M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

Item dexan y ranches mes pintor
vnt y mig sous y dimer
Item vn altre pareil dels dos de sus

M.C.D. 2018

M.C.D. 2019

M.C.D. 2018

M.C.D. 2019

METAPHY-
SICA DISPVTATIO, DE ENTE, ET EIVS PROPRIE-TATIBVS, QVAE COMmuni nomine inscribitur de Transcendẽtibus, in quinque libros distributa.

Auctore R. P. F. DIDACO MASIO, Valentino Vilarealensi, ordinis Prædicatorum.

Ad Illustrissimum, & Reuerendissimũ D. D. Ioannẽ Teres, Archiepiscopum Tarraconensem.

Cum priuilegio ad decennium.
Valentię apud viduam Petri Huete. Anno. 1587.

Expensis Balthasaris Simonis bibliopolæ, apud quem extant exemplaria.

Ex bibliotecha Antonij Ioannis Andrei
Auctoris dono

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

Lo Rey e per la Magestad.

DON Francisco de Mõcada Comte de Aytona, y de Osona, Vizcomte de Cabrera y de Bas, gran Senescal de Arago, lloch tinent y capita general, en lo present regne de Valencia. Per quant frare Diego Mas del orde de Predicadors nos ha humilment suplicat fossem seruit donar, e concedirli licencia e facultat pera que per lo temps a nos ben vist, puga fer imprimir vn llibre que ell ha compost, intitulat Metaphysica disputatio de ente & eius proprietatibus, in qninque libros distributa. Demanera que ninguns Impressors, llibres, mercaders, ni persones algunes de qualseuol genero, y estament puguen imprimir, ni fer imprimir dit llibre, ni portarlo impres de regnes estranys pera vendrel en la present ciutat y regne sens llicencia sua. E nos attes que la dita obra es vtil, y profitosa, y que pera dit effecte te llicencia del ordinari ho hauem tengut per be en la manera infrascrita. Perço per tenor de les presents, expressament y de certa sciencia, deliberadament y consulta, per la Real auctoritat de que vsam, donam, concedim, y otorgam llicencia, permis, y facultad al dit frare Diego Mas, para q̃ aquell, y la persona, ò perçones que son poder tindran y no altra alguna, per temps de deu anys del dia de la data de la present nostra y real licécia en auant cõtadors puixa imprimir o, fer imprimir lo dit llibre y vendre aquell publicament en la present. Ciutat y regne de Valencia per tot lo temps de dits deu anys, sense encorrimẽt de pena alguna. Sots pena que si algu dins lo dit termini intentara de fer lo contrari encorrega en pena de perdicio dels tals llibres, y de cent florins de or de Arago als reals cofrens applicadors, y dels bens de cada hu dels contrafaents irremisiblement exhegidors. E no res menys prouchim, y vedam à qualseuol llibrers y

M.C.D. 2018

mercaders, que durant lo dessus dit temps de deu anys no puxen portar, ni fer portar dit llibre de regnes estranys pera vendre aquell en la dita present ciutat y regne, sens llicencia sua. Diem perço y manam a vniuersos y sengles officials y subdits de la prefata real Magestat, dins lo present regne constituhits y constituhidors al qual, o als quals les presents peruindran, y en qualseuol manera presentades seran, que la present nostra llicencia guarden, y obseruen guardar y obser uar facen inuiolablement, si la gracia de sa Magestat te nen chara, y en pena de cinchcens florins de or, de Aragó, alas rels cofrens applicadors, segons dessus es dit, desijen no encorrer. Dat. en lo Real palacio de Valencia a, quatre dies del mes de Iuny. Any. M. D. huytanta set.

El conde de Aytona.

V. Pascualius. *V. Vidal.*

Guillelmus Nicolaus Dehona.

In diuers. xlv.
fo. lxxxij.

M.C.D. 2018

NOs don Iuan de Ribera, por la gracia de Dios y de la santa yglesia de Roma, Patriarcha de Antiochia, Arçobispo de Valencia y del consejo de su Magestad, &c. Por el tenor de la presente damos licencia, y facultad, para que en esta ciudad de Valencia, pueda imprimirse el libro, intitulado quinque libri de ente & eius proprietatibus, que ha cõpuesto el Reuerẽdo padre fray Diego Mas, de la orden de S. Domingo: el qual por commission, y mandato nuestro, ha visto, y examinado el Reuerẽdo maestro Gaspar Aldana, y no ha hallado en el cosa mal sonante, ni repugnante a nuestra santa fe Catolica, antes bien nos refirio, que era prouechoso, para los que professauan Philosophia, y Theologia. Dada en Valencia a 23. de Mayo. 1587.

El Patriarcha Arçobispo de Valencia.

Vidit Frexa.

Por mandado de su señoria Illustrissima.
Hieronymo Asoris secreta.

M.C.D. 2018

Quinque libros de ente, & eius proprietatibus, a R. P. F. Didaco Mazio ord. Prædi. editos, iussu Illustrissimi D. D. Ioannis de Ribera, Patriarchæ antiocheni, & Archiepiscopi valentini, ego Gaspar Aldana sacræ Theologiæ doctor, & eiusdem in Academia Valentina publicus professor, vidi, & acuratè per legi, in quibus præter quã quod nihil continetur quod sanæ doctrinæ, aut bonis moribus aduersetur, inueni eruditionem non vulgarem, variam veterum, & recentiorum philosophorum, cum verborum perspicuitate, coniunctam prælectionẽ. Ob quas rationes, arbitror illos futuros esse maximo vsui, omnibus qui veram, & sinceram Theologiam, & Philosophiam, consequi cupiunt. In quorum fidem his manu propria subscripsi. Valentiæ nona die Iunij 1587.

Gaspar Aldana.

M.C.D. 2018

NOS frater Sixtus Fabri Lucensis sacræ Theologiæ professor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis Generalis magister, & seruus. Cõmuni omnium utilitati, simulque nostri Ordinis decori (prout nostri est muneris) piè consulentes: harum serie, & nostri authoritate officij, tibi Reuerendo patri fratri Didaco Mas, lectori nostræ Prouinciæ Aragoniæ, licentiam concedimus, quinimo in meritum sanctæ obediẽtiæ mandamus, ut quinque libros de ente, & eius proprietatibus, & alia opera tam super Logicam, quam super Philosophiam à te composita quam citius impræsioni tradere, & prælo committere poßis, & debeas. Dummodo per Reuerendos patres magistros fratrem Lupertium Gueste, & fratrem Ludouicum Ystella, seu fratrem Laurentinm Ferrer, & fratrem Andream Balaguer, prius examinentur, & approbentur, ac omnia denique seruẽtur, quæ sacrum concilium Tridentinnm sessione quarta de editione, & ussu sacrorum librorum seruari iubet. In nomine patris, & filij, & spiritussancti Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunque. In quorum fidem his nostro sigillo munitis, manu propria subscripsimus. Dat. in nostro Collegio Oriolæ die sexta Aprillis 1587.

Frater Sixtus Fabri Lucensis.
qui supra manu propria.

Assumptionis nostræ
anno iiij.

Frater Io. Baptista Lancius magister Prouincialis terræ sanctæ.

M.C.D. 2018

EX commissione Reuerendissimi patris nostri Generalis, Ego frater Lupertius Guete ordinis Prædicatorum, legi et examinaui hos quinq; libros de Ente, & eius proprietatibus à R. P. F. Didaco Masio universitatis Valentinæ Dialecticæ, & Philosophiæ publico professore, & magistro æditos, nihil què in eis reperi quod maximè uero consentaneum non sit, quin potius omnia meis doctrinæ peripateticæ quam fideles in sectã sunt, imo uero in omnibus mira quadam eruditione, & perspicuitate, mentem tum Aristotelis, tum etiã S. Tho. quantum attinet ad propositum argumẽtum in his libris explicatam reperies. Nec nõ præter uariam eruditionẽ, ac ueterum, tum etiam & recentiorum Phylosophorum lectionẽ maximam uerborum ac sententiarũ (quares difficilime explicantur) quisq; poterit contemplari. Quare æquum esse, ac universis Metaphisicorum ac theologorum scholis utilissimũ arbitror, hos prædictos libros typis mandare, ac eosdem in lucem pro communi utilitate proferre. Qua propter hac mea sentẽtia propria manu scripta de huiusmodi opere hanc censurã ferre operæ pretium existimaui. In conuentu Prædicatorũ Valentiæ 24. Maij. 1587.

Frater Lupertius Guete
Magister.

M.C.D. 2018

EGO frater Ludouicus Ystella ordinis Prædicatorũ sacræ Theologiæ D. & in vniuersitate Valentina, eiusdem facultatis publicus professor, quinque libros de Ente & eius proprietatibus à R.P.F Didaco Mas eiusdem ordinis editos, ex commissione nostri reuerendissimi Generalis magistri vidi, in quibus nil fidei nostræ dissonũ reperi. Ingenij subtilitatem, eruditionem non mediocrem, stilum facilem, quæstionum delectum, & in illis discutiendis maturum iuditium, laudo, quare in communẽ Philosophorum vtilitatem typis mandari dignum iudico, & ad illorum lectionem studiosam iuuentutem hortor, non enim quam barbari homines sophisticam cognitionem appellant, sed reconditam & abstrusam veritatem inuenient, nec eorum ratio est habenda, qui tamquam in munda animalia, quæcunque ignorant, vt dicebat Iudas Apostolus blasphemant. Dat in conuentu Predicatorum Valentiæ, nona Iunij. 1587.

Frater Ludouicus Ystella.

M.C.D. 2018

ILLVSTRIS-

SIMO ET REVEREN-

DISSIMO D.D. IOANNI

Teres, Archiepiſcopo Tar-

raconenſi,

Frater Didacus Maſius ordinis Prædi-

catorum. S.P.Q.

QVINQVE libros quos de ente, & eius proprietatibus conſcripſeram, cùm paratos haberem, vt in publicũ euul garem, atq; mecum ipſe cogi tarem, cui ex principibus (vt fieri ſolet) il- los nuncuparem, tu mihi vnus ocurifti Il- luſtriſsime Pontifex, quẽ eligerem, vt il los tui nominis amplitudini, in perpetuũ obſeruantiæ monumentum, conſecrarem. Et meritò quidem, ſi enim D. Pauli teſti- monio, æquum eſt laborantem agricolam, primum de fructibus agri percipere, cui quæſo alteri quam tibi, hi primi ingenij mei fructus, qui hunc agrum, quamuis ex ſe ſterilem ſatis, & infœcundum, primus eru- ditionis tuæ vberrimis, & limpidiſsimis fon-

fontibus irrigarii, debebantur ? Tu enim mihi doctor, & fæliciſsima quadã mea ſorte, dum in hac florentiſsima Valentinorum Academia, cum maxima nominis celebritate, diſcipulorumqué incredibili quadã voluptate, & vtilitate, publici profeſſoris munus obires, ingenuarum artium, totiusque Philoſophiæ, longè chariſsimus, & colẽdiſsimus inſtitutor, extitiſti. Quę ergo tũc ex tuo ore te docente accepi, quamuis inferiora multò nunc prodeant, quam a te fuerint accepta, ecce nunc reddo tibi, vt ita ad locum vnde exierunt flumina, iure gratitudinis, eadem reuertantur. Acceſsit etiam ſingularis quidam amor, quo omnes litterarum ſtudioſos proſequeris, nihil enim tibi magis eſt in votis, quã literatos homines, honoribus proſequi, & cumulare beneficijs. Hos in delitijs habes, illorum colloquijs, & conſuetudine, iocundiſsimè delectaris, vnde illi in tuo patrocinio tamquã in tutiſsimo portu, ſecuriſsimè conquieſcunt. Prætereo humanitatem ſingularem, qua omnes ad tui amorem facile conuertis, feruens augendæ Chriſtianæ pietatis, & inflãmatum deſiderium, miraculo proxi

mam

M.C.D. 2018

mam in gubernandis tuæ curæ commissis ouibus, diligentiam, & solicitudinem, ita vt te pastore, pristinus ille antiquæ religio nis splendor, resloruisse videatur, & innumeras alias animi tui dotes, ob quas deus Op. Max. te inter ecclesiæ suæ principes, ad fastigium vsqué ecclesiasticæ dignitatis eucxit. Post duos enim episcopatus, Elnensem, & Dertusensem, in Tarraconensem Archiepiscopum singulari quodam beneficio, ingentiquæ ecclesiæ suæ vtilitate, tecreauit, superioribusqué, honoribus, hunc alterum (& vt speramus maiores) adiungere placitum sibi fuit. Tot igitur, tantisque titulis inuitatus, tot tuarum virtutũ exemplis commotus, vni tibi hos primos ingenij mei fœtus consecrare decreui. Patere igitur Illustrissime præsul, illos tui nominis fulgentissimis radijs splendere; si enim illud assecutus fuero, maiora quę nunc molior in publicum emittere nõ verebor. Deus Op. Max. tibi Nestoreos annos ad ecclesiæ suæ splendorem, & vtilitatem cõcedat, quemadmodum hi quos eruditionis tuæ lacte aluisti, optamus, & sedulò præcamur. Vale Illustrissime Antistes. Ex cęnobio Prędicatorũ Valentino. 13. Iunij 1587.

FRA-

FRATRIS DI-
DACI MASII IN SVOS
de ente, & eius proprietati-
bus libros

PRÆFATIO.

VAriæ sunt cauſſæ, & diuerſæ rationes, quæ commouere ſolent viros eruditos, vt ſuorum operũ monumenta in lucem emittant. Quosdam enim proprij nominis celebritas, quam poſteritati maximè commendare nituntur. Alios verò quæſtus, & inflammatum pecuniarum deſiderium, dum ex illis ſperant ſe maximos pecuniarum theſauros comparaturos, ſæpiſſimè incitant, ad ſuorum operum editionem. Me verò his duabus rationibus reiectus (quarum primam tanquam inanem, in opinione ſcilicet hominum, et in aura populari exiſtentẽ, qua nihil eſt fragilius, omnes probri contemnere debent: alteram verò, ex religionis ſtatu, quo me in paupertatem perpetuam Deo deuoui, iam diu neglexi) duæ aliæ impulerunt, vt opus hoc noſtrum de Ente, & eius pro-

M.C.D. 2018

proprietatibus.in publicum euulgarem, sunt autem, vtilitas, & obscuritas. Imprimis vtilitas, quæ quanta sit, nullus est qui vel leuiter dialecticam, & Philosophiam attigerit, vel qui in subtilioribus sacræ Theologiæ studijs, parum etiam versatus fuerit, qui non probè illam cognitam, perspectamquè habeat. Quis enim non probè nouit, sine cognitione entis, & suarum proprietatum, nos misere in omnibus disciplinis passim labi, & tanquã luce destitutos, in varios, eosque absurdissimos errores, sæpissimè incidere? Hæc disputatio est quæ sternit nobis viam, & præbet aditum, ad omnes scientias cum dignitate consequendas. Huic tanquam firmissimo præsidio, omnes aliæ innituntur. Vnde fit vt in quotidianis prælectionibus, & in scolasticis congressibus, & certaminibus, quæ in alijs disciplinis passim instituuntur, nihil crebrius audiatur, nullæ voces frequentius repetantur, quã sint hæ, quas in hoc opere explicandas suscepimus. Statim enim in entitatem, essentiam, existentiam, vnitatem, veritatem, & bonitatem incidimus: quod si argumentum, vel disputatio, paulisper à proposito instituto digrediatur, nescio quo genio, iterum in hæc eadem attributa relabitur, nec mirum, sunt enim illa cõmunissima, quæ suo latissimo ambitu, omnia complectuntur, & ad quæ omnia tandem

tandem debent reuocari. At quamuis tanta sit huius disputationis vtilitas, est tamen illa tam subtilis, obscura, & in tam profunda caligine delitescens, vt multi ipsius difficultate perterriti, ab eius pulcherrima, & iucundissima cognitione mentem reuocarint, quod æquo animo ferre nunquam potui. Vt igitur his tenebris, lucem aliquam, & subtilitati, facilitatem afferrem, ingenuosque adolescentes (procul omnino disiecta caligine) ad ipsius studium inflammarem, nullis vigilijs, & laboribus parcens, ad illius molitionem animum appuli, sperans, haud dubie superis benefauentibus, me (pro voto) illi splendorem aliquem allaturum. Quem autem in illius compositione sequerer, quemquè mihi immitandū proponerem, ex his qui hoc argumẽtum explicandum susceperunt, præter Chrysostomum Iauellum in sua tractatione de transcendentibus, & Picum Mirandulanum in libello de Ente & Vno, habui neminem. Quorum vterque illâ potius digito indicasse, quàm explicasse mihi visus est, ita breuiter, & succintè fuerunt amborum ipsâ prosequuti. Vnde ex assidua Theologorum, & Metaphysicorum prælectione, vt D. Thomæ, D. Alberti, Alexandri Alensis, Durandi, Scoti, Capreoli, Caietani, Aegidij, Argentinæ, Ferrarien. Sonci. Flandr. Anto. Andreæ, Anto. Trõbetæ,

M.C.D. 2018

betæ, Aquarij, Sueſani Zimaræ, Ianduni, & mul
torum aliorum tam veterum, quam recentiorum
hanc noſtram collegimus diſputationem, multis
additis quæ noſtris laboribus, & proprio mar
nobis iam diu comparaueramus. Vnde quæ apud
illos de hac re diſperſa cõtinentur, in hoc vno vo
lumine (niſi fallimur) vberius multo, & faciliori
methodo conſcripta, ſumus complexi. In omnibus
autem ſecuti ſumus veſtigia, & eruditionem D.
Tho. clariſſimi veritatis alumni, ſummi Theologi,
Philoſophi eruditiſſimi, & peripateticorum om-
nium abſque vlla controuerſia principis, cuius do
ctrinam omnes terrarum orbis academiæ ſucipi-
unt, colunt, admirantur, & quam omnes eruditi,
hi præſertim, qui veram, & ſolidam Theologiam
& philoſophiam, conſequi cupiunt, ſedulò immi-
tantur. Hic enim vnus eſt ex cuius prope modum
infinitis operibus, in omnem partem Philoſophiæ
diuinæ, & humanæ editis, inſtar vberrimi flumi-
nis, omnes Philoſophorum familiæ, & Theologo-
rum Gymnaſia, irrigantur. Illius doctrinam qui
ſemel complexus fuerit, ab omni erroris ſuſpicio-
ne liber ſemper exiſtet, illam enim quidã ex ſum-
mis pontificibus, vt Ioan. 22. diuinitus infuſſam,
Vrba. Quintus veridicã, & catholicam, & Pius
Quintus certiſſiam chriſtianæ doctrinæ regulam
eſſe

esse docent. Ex ipsius igitur litterarum monumentis, veluti ex agris omni genere florum ornatissimis, vt apes in saltibus, suauissimos, & odoriferos flores depascentes, nostrum hunc fauum mellis composuimus. Quam obrem verius multo quam olim Lucretius, libro 3. Epicurum suum, his carminibus affari possumus D. Tho.

Tu pater es rerum inuentor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuis ex inclyte chartis
Floriferis, vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetua, semper dignissima vita.

Imitatus est Pe-
rerium, qui lib. 5.
c. 1. de prijs rer-
naturæ ijs verbis
verbis quib. Lu-
cretius Epicurū
ille Atist. allo-
quitur: hic v?
D. Tho. Aquina-
tem:

Diuisimus totum opus in quinque libros, in quorū primo de ente, diuisionibus illius, analogia, & cōceptu, in secundo, de essentia & existētia, & proprietatibus entis in communi, in tertio de vno, in quarto de vero, & in quinto de bono, luculenter satis disseruimus. Decreueram sanè illud alio tēpore in lucē emittere. Arbitrabar enim (vt verbis Quintiliani vtar) nō dum satis maturuisse. Neque enim integrum mihi fuit, duabus quotidianis Philosophicis prælectionibus, in hac florentissima Academia Valentia, impedito, se mel atquè iterum in ipsum conijcere oculos, illud lamere, & lamendo, magis efformare, & perpolire. Assiduæ tamen discipulorum meorum longe charissimorum,

M.C.D. 2018

& multorum amicorum præces, me coegerunt vt quale nunc prodit in publicũ emitterem. Animaduertent tamẽ benigni lectores, nos quibusdã vocibus interdũ vſſos fuiſſe, quibus huius noſtræ Academiæ Philoſophi, apud quos politiores literæ ſemper floruerunt, vtuntur, vt ſunt homonymia, ſynonymia & quæ ab his deriuãtur homonyma, & ſynonima, categoriæ, propoſitio, & aſſumptio, ne tamẽ ex illis vlla poſſit perturbatio ſuboriri, homonymiæ nomine æquiuocationẽ intelligimus ſynonymiæ, vniuocationẽ, homonymorũ, nomine, æquiuoca, ſynonimorũ, vniuoca, intelligimus, nomine verò categoriarum prædicamenta, propoſitionis, maiorem, & aſſumptionis, minorem. Sat ſcio non defuturos aliquos calũniatores, qui illud reprehendant, quoſdã liuore animi, & cæca quadam reprehendendi libidine ductos, alios verò, quod quæſtiones, & controuerſias in illo pertractemus. Verum horũ hominũ iudiciũ, & cenſurã, nec pili quidem facio. Priorum quidem, quod hi in luce tenebras, & in ſole denſiſſimam caliginem (ſi ipſis libuerit) inuenient. Eo in ipſis reprehendi libido eſt progreſſa. Aliorum verò, quod dum quæſtiones criminantur, ſe ipſos imperitiſſimos, totius quæ Philoſophiæ ignaros apertiſſimè profitentur, ſic quæ fit vt dum imperitis periti vide-

vi vo-

ri volunt, à peritis imperiti iudicantur. At non sunt imperitissimi hi homines iudicandi, qui hanc præstantissimam methodum, qua res difficiles per quæstiones facilimè, & perspicuè explicat, ab omnibus Philosophorũ familijs, vt ab Stoycis, Academicis, & Peripateticis maximè laudatam, imo cum ipsa Philosophia ortam, contemnant, & aspernentur? Quod si rem aliter quam profitemur se habere dicant, conuertant quæso animũ ad superiores sectas philosophorum, paululumque antiquitatis refricata memoria, illorum monumenta mente percurrant, quod rogo aliud docendi genus quam per quæstiones, & disputationes, vel cũ superioribus, vel cum eiusdem ætatis philosophis institutas, inuenient? Seneca stoycus res naturales nõ alia methodo quam per quæstiones explicauit; septem enim libros edidit quæstionum naturalium, eandẽ rationẽ complexus antea fuerat Cicero academicus, in libris academicarum, & tusculanarũ quæstionũ, ex peripateticis Alexãder Aphrodi. 4. lib. edidit quæstionum naturalium; Philopo. & Simplicius longissimas disputationes, & digressiones sæpissime instituunt, vt innumeros latinos prætermittamus, qui hoc genus disputandi maxime coluerũt. Cum enim omnis quæstio in tres potissimas partes sit distributa, in recitatione, & confutatione fal-

M.C.D. 2018

ne falsarum opinionum, in explicatione veritatis, & in solutione argumentorum, & earum quæ se se offerunt dubitationum, in illis omnibus hæc tria acuratissimè, & ad vnguem obseruata cõspicies apertissimè. Et vt in numeros prætermittamus, vnus sufficiat nobis Arist. quem & ipsi, & nos in rebus philosophicis, iurè tanquam ducẽ sequimur, & immitamur, à quo hæc philosophandi ratio tanquã à fonte dimanauit, quid enim quæso aliud in suis operibus præstat, quã quæ nunc proxime diximus? Explicaturus, si quidem partem aliquã philosophiæ, varias veterum proponit de re illa sententias, ipsas confutat, veritatem explicat, & difficultates quæ se possunt offerre dissoluit subtilissime. Si ergo Peripateticorum, nomine gloriamini, cur methodum à peripateticorum principe maxime obseruatã, tam acriter reprehenditis? Si Arist. vestigia sequi vobis maxime Lubet, cur tam capitali odio prosequimini quæstiones, quarum ipse fuit tam diligens cultor, & religiosissimus obseruator? Si ipsius dicta, & sententias, tamquam oracula recipitis, recipite etiam illius sententiam pro quæstionibus in capite de Relatis, vbi concludens caput inquit, maxime vtilitatis esse de relatis, & alijs rebus quæstiones instituere, & alteram illustriorem 3. Metaph. cap. 1. vbi in toto ferè capite ni-

ten. aliud docet, quam quæstiones esse omnino necessarias ad facultatis, & veritatis cõsecutionẽ, & illos qui quæstiones ignorant, similes esse ijs, qui viã ignorant, ad terminũ essequendũ. Vereor, timen ne philosophorum principem, vt & alios qui quæstiones pertractant, sophistam nuncupetis. Quod si ipsius auctoritas non satis vos commouet, commoueat saltim Theologia scholastica, à Deo Op. Max. ecclesiæ suæ reuellata, qua fides saluberrima (vt D. August. lib. 14. de Trini. cap. 1. verbis vtar) gignitur, nutritur roboratur, quæ nulla alia ratione quam per quæstiones, res diuinas, & supernaturales pertractat, haud dubiè non ob aliã caussam, nisi quia hac methodo, maxime e tenebris eruitur veritas, & ab aduersarijs ipsa defenditur. Si igitur quæstiones sunt tãto vsui, ad veritates supernaturales explicandas, quis erit deinde ita audax, impudens, & imperitus, qui in Dialectica, & Philosophia, tamquam inutiles, sophisticas, & minime acommodatas adueritatem explicandã, illas audeat condemnare? Resipiscite igitur criminatores qæustionum, imo potius veritatis acerrimi hostes, dum superest locus penitentiæ, vosq. ad saniorem mentem, & meliorem frugem cõuertite, sinite iam eruditissimos Philosophos quorum ingenij aciem admirari, & eruditionem colere debe-

M.C.D. 2018

debebatis, importunos sophistas nuncupa. illos que probris, & contumelijs propter quæstiones Lacessere, si honori vestro, decori philosophiæ, & ingenuorũ adolescentum vtilitati, cõsulere cupitis. Verum aduersus vos hæc breuiter dixi, quæ fortasse commodius, & vberius alio loco iterum proponentur. Tu vero benigne lector in huius nostri laboris mercedem, me Deo Opt. Max. & omnibus cælitibus, in tuis præcationibus commendatum habeto.

M.C.D. 2018

IHS

DE ENTE, & eius proprietatibus, liber primus.

Auctore Fr. Didaco Masio Valentino, Ordinis Prædicatorum, in florentissima Valentinorum Academia Philosophiæ professore.

Cap. I. Quid sint, & in quas partes distribuantur transcendentia.

QVANTA sit vis, & facultas diuisionis, nõ solum præceptis a se editis, sed etiam diligenti, & accurata obseruatione, perpetuis literarum monumentis consignatum nobis reliquit Arist. Is enim, inuestigaturus alicuius rei diffinitionem, latentesque, & obscuras essentias expli

A catu-

caturus, vbique diuisione vtitur, tãquam instrumẽto maxime accommodato ad rerum naturas inueniendas, & colligendas diffinitiones. Hoc autem ita se habere, colligere licebit ex 2. de anima cap. 1. in quo loco, vt accuratam nobis animæ diffinitionem proponeret, à diuisione quadam rerum, in animatas, & inanimatas auspicatur; & 2. lib. Phy. naturæ diffinitionẽ traditurus, à generali diuisione rerũ, in eas quę à b arte, & in eas quę à natura oriuntur, exorditur. Inhærentes igitur & vestigijs; & præceptis Arist. quẽ in rebus Philosophicis, tanquã ducem, & anteslignanum sequi, & imitari debemus, disputaturi de trãscendẽtibus, non aliunde exordiemur, quàm à communi quadam eorum quæ sunt diuisione, vt ita facilius multò quid sint transcendentia, & quæ eorum natura, inuestigare possimus. Eorũ ergo quæ sunt, quædam sub certis, & diffinitis categoriarum limitibus continentur, alia verò sunt, quæ omnium generum limites egrediuntur, seseque per res omnes diffundunt, & per omnes categorias diuagantur. Prioris generis sunt, cãdor, atror, linea, magnitudo, paternitas, & similitudo; ex quibus, candor, & atror, sub patibili qualitate, linea, & magnitudo, sub categoria quantitatis, paternitas verò, & similitudo, sub categoria relationis continentur. Posterioris verò sunt, Ens, Vnum, Verum, Bonum;

Arist. vtitur diuisione ad colligẽdã diffinitionem animæ, & naturæ.

Diuisio generalis eorum quæ sunt.

Bonum; hæ enim naturæ, nullius categoriæ limitibus circunſcribuntur, ſed per omnes illas ſe diffundunt: nulla ſiquidem eſt categoria, in qua hęc attributa nō reperiantur. Intercedit vero inter hæc duo genera rerum latum diſcrimen, quia quæ ſunt prioris generis, non dicuntur de rebus omnibus, quemadmodum candor, non dicitur de coruo, vel ebeno; poſtcrioris verò generis, de omnibus efferuntur, nihil enim eſt quod horum attributorum communium naturam ſubterfugere vlla ratione queat. Vnde quemadmodū ex cauſsis, quædam ſunt generales, vt Deus, & orbes cœleſtes, quarū vis, ad omnes effectus producendos ſeſe diffundit; aliæ verò ſunt particulares, quæ tantùm certos quoſdam effectus poſſunt procreare, vt ignis, & homo, quia ignis tantum generat ignem, & homo hominem; ita quoq; ex attributis, quæ de rebus enuntiantur, quædam ſunt generalia, quæ de omnibus efferuntur; vt ſunt Ens, & ipſius proprietates; alia verò ſunt particularia, quæ de vna, vel altera tantùm natura prædicantur; vt magnitudo, & candor. Ex his ergo attributis, illa, quę de certis naturis prædicantur, priuatis categoriarum nominibus exprimuntur; illa vero, quæ de rebus omnibus efferuntur, proprio, & accommodato nomine, tranſcendentia nuncupantur; eo quòd, vincant, ſuperent, & tranſcendant

Diſcrimen inter hæc attributa.

Diſcrimen inter attributa vniuerſa, & particularia.

limites omnium categoriarum. Poterunt itaque transcendentia, ex allato discrimine, ita diffiniri; attributa vniuersa, quæ de rebus omnibus prædicãtur. In qua diffinitione prima pars obtinet locum generis, cùm sit communior, & efferatur de omnibus trãscendentibus; omnia enim illa, sunt quædã attributa; altera verò obtinet locum differẽtiæ; separat enim transcendentia ab alijs priuatis attributis, quæ de vna tantùm, vel altera natura dicuntur. Libuit tamen Antonio Trombetæ, 1. Metaphysico. q. 1. ad quartũ argumentum, & in suo opere formalitatum, posteriorẽ partem diffinitionis reijcere: existimat enim ille, non esse de ratione transcendentium, dici de rebus omnibus, sed non contineri per se in aliqua certa categoria; quod, ne temerè constitutum esse videatur, ita confirmat. Necessarium, & infinitum, sunt transcendentia, atqui illa non dicuntur de rebus omnibus, sed de solo Deo Opt. Maxi. Præterea, idẽ, & diuersum, simile, & dissimile, sunt quoque transcendentia, quæ tamen non dicuntur de rebus omnibus; quia non omnis res est similis, vel eadem alteri, ergo non erit de ratione transcendentium, de rebus omnibus prædicari. Cæterùm quàm falsa sit huius Philosophi sententia, quamque rectè à nobis fuerit illa particula in diffinitione proposita, ex ipso transcendentium nomi-

Diffinitio transcendentium.

Anto. Trõbeta.

1. Argum. Tromb.

2. Argum.

Reijcitur Trombi.

nomine, luce clarius poterimus intelligere.
Sunt enim transcendentia, ex eo sic nuncupata, quia transcendunt, & superant omnium rerum naturas, non quasi ab eis separata, sed cum eisdem coniuncta, & secundùm naturã vnita; hoc autem quid aliud est, quàm transcendentia de rebus omnibus prædicari posse? Adhæc, ex transcendentibus, Ens est cõmune subiectum, reliqua verò sunt illius proprietates: de Ente perspicuum est, illud de rebus omnibus, etiam de vltimis differentijs dici, vt auctor est Arist. 3. lib. Metaphysico cap. 3. nihil enim nisi non Ens, potest subterfugere naturam Entis. De proprietatibus verò, quæ sunt Vnum, Verum, Bonum, illas dici de rebus omnibus, ad hunc modũ suadeo. De eisdem, de quibus prædicatur subiectum, prædicari quoque debent proprietates ipsius; quia proprietates reciprocantur cum suo proprio subiecto, vt docet Arist. 1. Topico. cap. 4. sed Ens, quod est ipsarum subiectum, de omnibus enuntiatur, ergo & proprietates quoq; de omnibus prædicabuntur. Argumẽta verò proposita à Trõbeta, ita dissoluimus. Ad primum respondemus, necessarium, & infinitum, non esse transcendentia, si per se, & seorsum sumantur, sed necessarium, vel contingens, finitum, vel infinitum, cum disiunctione, esse trãscendentia: qua ratione non de solo Deo, sed de re-

1. Argum.

2. Argum.

Dissoluitur primũ argumentum Trõbetæ.

de rebus omnibus prædicantur; omnis enim res vel est finita, vel infinita, necessaria, vel contingens. Hac eadem ratione satisfacimus

Dissol. secundum.

secundo argumento, scilicet, idem, vel simile, per se, & seorsum, non esse transcendẽtia, sed cum disiunctione, idem, vel diuersum, simile vel dissimile, qua ratione illa de rebus omnibus prædicãtur; quia omnis res, vel est eadem, vel diuersa, similis, vel dissimilis alteri. Præterea diuiduntur transcendentia, in

Diuisiotrã scendẽtiũ.

simplicia, & coniuncta, simplicia sunt, quæ vnico nomine exprimuntur, vt Ens, Vnum, Verum, & Bonum; Coniuncta verò, quæ pluribus nominibus declarantur, vt caussa, vel effectus, principium, vel quod ortum habet ab illo, idem vel diuersum, simile, vel dissimile, perfectũ, vel imperfectum; ex his, simplicia, per se, & seorsum, de rebus omnibus prædicantur: omnes enim sunt entia, bonæ, & sic de alijs; ex coniunctis verò, nulla pars per se, & seorsum, dicitur de rebus omnibus, sed vel vna, vel altera, cum disiunctione; non n. omne Ens est caussa, neq; omne effectus, sed omne cum disiũctione, vel est caussa, vel effectus. De transcendentibus cum disiunctione agit Arist. 5. lib. Metaphy. de simplicibus verò lib 4. Nos autem in hac disputatione alijs prætermissis, tantùm de simplicibus disputabimus.

Cap.

C.D. 2018

CAP. II. De numero transcendentium.

SVB quo tamen numero sint transcendentia comprehensa, non satis constat apud Philosophos; sunt enim inter eos de hac re diuersæ, multumq; inter se discrepantes opiniones. Laurentius Valla lib. 1. suæ Dialecticæ, vnum solum Transcendens, rem, scilicet, agnouit. Verùm hæc sententia quàm sit falsa, ex eo constare poterit, quia transcendẽtia sunt quædam attributa vniuersa, quæ de rẽbus omnibus prędicantur: at non solùm res, verùm etiam Vnum, Verum, Bonum, dicuntur de rebus omnibus, quare pręter rẽ, plura alia erunt constituenda. Alij è quorum numero est Petrus Gregorius, lib. 10. Syntaxis artis mirabilis, cap. 15. tomo 2. opinãtur nouem esse transcendentia, quæ sunt Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, Cognitio, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria. Cui opinioni adhęrere videtur Philip. Mocenicus, in sua vniuersali institutione, contemplatione tertia, parte 1. cap. 2. vbi constituit esse decem Transcendentia, scilicet; Ens, quod est subiectum commune, de quo omnes proprietates demonstrantur, ea nimirum ratione, qua denotat es-

1. Opinio. Ita de Valla tradit Monlorius in disputatione de Vniuersis.

2. opinio. petrus Gregorius.

Philip. Mocenicus.

tat essentiam; Virtutem, Veritatem, & Bonitatem, quæ sunt tres primæ proprietates Entis, Existentiam, Durationem, Vnitatem, Perfectionem, Pulchritudinem, & Vim. H. tamen authores maximè errãt, eo quod constituunt illa esse transcendentia, quæ sub certis categorijs sunt comprehensa. Voluntas enim, Virtus, Potestas, & Cognitio, sub qualitatis speciebus continẽtur; Virtus sub prima specie, si significet habitum operandi, si verò significet facultatem naturalem, continetur sub secunda. Reliqua etiam sub secunda, quia sunt facultates quædam naturales; cognitio verò, est terminus facultatis cognoscendi; & ita continebitur reductiuè tanquã terminus in eadem secunda specie, sub qua continetur intellectus; pulchritudo quoque habitus quidam est iudicio Arist. 7. Physi. cap. 3. vt prætermittam magnitudinem, si proprie loquendum sit, in categoria quantitatis esse comprehensam, & durationem ad quantitatem quoque esse reuocandam, sub qua omnes eius mensuræ continentur.

Confutatur 2. opinio.

3. Opinio multorum Latinorũ.

Tertia opinio est multorum Latinorum, qui secuti Auicennam in sua Metaphysica, sex tantũ constituunt Transcendentia, quæ sunt Ens, Vnum, Verum, Bonum, Res & aliquid. Horum tamen Philosophorum opinio, etiã nobis displicet, ex eo quod asserunt, rem, & aliquid, esse Transcendentia ab ente distin-

Confutatur superior opinio.

cta,

cta, cum reuera ab eo nullo modo differant; sed sint nomina synonyma, cum eo eandem naturam explicantia; quemadmodum sunt gladius, & ensis, vestis, & indumentum. Imprimis rem, nulla ratione distingui ab ente, ita ostendimus, Ens apud Aristot. & D. Tho. non tantum significat existentiam, sed etiam essentiam, vt ostendemus in capit. sequenti, non ergo constituendum est aliquod Transcendens ab ente distinctum, quod significet essentiã, vt illi constituunt rẽ. Deinde neque aliquid, esse Transcendens ab Ente distinctum, ad hunc modum demonstro. Primò, quia aliquid, nihil aliud est quam aliquod Ens; at aliquod Ens non potest esse affectio Entis, quemadmodum neque aliquis homo potest esse affectio hominis. Secundo quia aliquid, significat alietatem, vel diuersitatem, vnius Entis ab alio, idem autem, & diuersum, sunt proprietates Entis cum disiunctione, quare aliquid nulla ratione recen seri poterit inter proprietates simplices Entis. Est quarta opinio aliorũ, qui constituunt tantùm esse quatuor Transcendentia, scilicet, Ens, Vnum, Verum, Bonum, ab eorũq; numero reiiciunt, rem, & aliquid: volunt enim hæc duo sub Ente contineri. Hanc opinionem secutus fuit Picus Mirandulanus, vir acerrimi ingenij, de omni parte Philosophiæ benemeritus, & nostræ familiæ Prædi

Res non differt ab Ente.

Aliquidnõ distinguitur ab Ente.

1. Argumẽtum.

2. Argumẽtum.

4. Opinio.

Picus Mirandulanus.

catoriæ insigne ornamentum (etenim ipsum ante obitum sacram Prædicatorum familiam professum fuisse, testatur in eius vita Franciscus Mirandulanus, illius ex fratre nepos) in opusculo aureo, de Ente & Vno, cap. 8. candemque amplexus est Petrus Fonseca 4. Metaphy. cap. 2. q. 5. & Ioannes Baptista Monlorius, in disputatione de rebus vniuersis cap. 7. Opinor tamen hanc sententiam, ab alijs Philosophis vetustioribus prius excogitatam fuisse: Nam Alexander Alensis Theologus præstantissimus, & author antiquus, prima parte q. 13. membro secundo, illam explicat, duobusque argumẽtis, quæ deinde proponemus, cõfirmat, & Thomas Argentina etiam vetus author, & inter præstãtes Theologos merito recensendus, in primo Sententiarum dis. 2. q. 2. in tertia parte illius argumento 1. verba faciens de Transcendentibus, tantùm hæc quatuor, alijs duobus prætermissis re, scilicet, & aliquo, proponit. quæ sententia, iudicio nostro, est multò verior, quàm sint aliæ, quas proposuimus; confirmareque illam possumus his duobus argumentis, ex quibus hoc sit primum, petitum ex quadam analogia, quæ inter animã, & eius facultates, & inter Ens & ipsius proprietates, intercedit. Eadem ratione se habet Ens ad suas proprietates, qua anima rationis cõpos ad suas facultates; sed tres sunt facul-

Petrus Fõseca.

Ioannes Mõlorius.

Alexander Alensis.

Thomas Argentina

Laudatur 4. opinio. confirmaturq. 2. argument.

1. Argum.

facultates animæ rationis compotis, ea ratione, qua est intelligens, scilicet intellectus, memoria, & voluntas, quæ cum anima quæ est earum proprium subiectum, constituunt numerum quaternarium, ergo tres quoque erunt proprietates Entis, scilicet, Vnum, Verum, Bonum, Vnum, quod respondeat memoriæ; in qua res retinent vnitatem; verum intellectui per cuius conformitatem res dicuntur veræ; & bonum voluntati, quæ refertur ad ipsum, tanquam ad appetibile; quæ tres proprietates cum Ente, earum proprio, & adęquato subiecto, constituent numerum quaternarium. Secundum argumentum est hauſtum ex Pico Mirandulano. Vnaquęq; res duobus modis sumi potest, vel vt est in se, vel ea ratione qua refertur ad Deum Op. Max. si hoc posteriori modo vsurpetur, vel refertur ad Deum tanquam ad causſam efficientem, vel tanquam ad exemplar, vel tanquam ad finem; si referatur tanquã ad causſam efficientem dicitur Ens, quia quod confertur à Deo, vt est causſa efficiens, per creationem, vel per quamuis aliam productionẽ, est ipsum esse; si tanquam ad exemplar, dicitur vera, quia veritas nihil aliud est, quàm cõformitas cum exemplaribus diuinis: si tanquam ad finem, dicitur bona, eo quod bonitas rei, quæ destinatur in finem, debet ab eo postulari; tandem si res sumatur, vt est in se, dicitur

2. Argu. ex Pico.

M.C.D. 2018

dicitur vna, quia vnum nihil est aliud, quàm illud quod in se est indiuisum. Hanc eandem rationem ferè eisdem verbis, ante Picũ, proposuerat Alexander Alensis in loco allato; quamuis in eo differat à Pico, quòd rationẽ vnius, colligat ex ratione vnius causſæ efficientis primæ; quemadmodum enim veritas creaturarum exprimit rationem exemplarium diuinæ mentis, & bonitas bonitatem illius supremi finis, ita etiam & vnitas indicabit vnitatem naturæ diuinæ, quæ rerum omnium est prima, & suprema causſa. Quod si quis obiiciat nobis authoritatem D. Tho. asserẽtis in opusculo 42. cap. 2 esse sex Trã scendentia, inter quæ recensetrẽ & aliquid. Respõde. opus illud quamuis eruditum non esse D. Tho. quemadmodum neq; multa alia quæ eius nomine circũferuntur, & ita in operibus Romæ excusſis, hoc opus, & alia de quibus suboriri poterat dubitatio, num essent D. Tho. fuerunt minoribus characteribus edita. At verò D. Thomam hanc quoq; nostram sententiam amplexum fuisse ex his duobus locis constare poterit. Primus petitur ex 1. lib. Sent. dist. 19. q. 5. art. 1. ad 3. vbi ita loquitur, Et *ideo hæ quatuor conuertuntur, ens, bonum unũ & uerum*. Quod si D. Tho. existimasset rem, & aliquid, esse transcendentia, & conuerti cum Ente, cur quæso recensens ea quæ conuertuntur cum Ente, hæc duo

Hoc argu. est etiã Alexandri Alensis.

Obiect. ex D. Tho.

Solutio.

duo etiam non recenſuit? Secundus locus eſt ex eodem libro 1. diſt. 3. q. 2. art. 2. in corpore, in quo loco tantum has tres proprietates Entis conſtituit; vnum, verum, bonum, alijs duabus, re ſcilicet, & aliquo prætermiſsis. Prætereà Capreolus Thomiſtarum eruditiſsimus, in quo ſemper D. Tho. loquentem intueor, tantum has tres proprietates in Ente agnoſcit: verba eius ſunt in 1. diſt. 2. q. 1. ad 12. contra 5. concl. Ad 12. dicendum quod concludit, quod Ens habet aliam rationem à ſuis paſsionibus, quæ ſunt, Verum, Vnum, Bonum, ex quibus omnibus rectè colligere poſſumus D. Thom. opinioni noſtræ fauere. Capreolus

Cap. III. De Ente, & eius ſignificationibus.

QVid ſint, & quo numero comprehendantur tranſcendentia, conſtitutum eſt in capitibus ſuperioribus, ſupereſt ia, vt de ſingulis, ſeorſum, & ſigillatim diſputationem inſtituamus; in qua hunc ordinem obſeruabimus, vt prius de ente, deinde de vno, mox de vero, & tandem de bono diſputemus. Vt igitur à nomine entis initium ducamus. Ens, quæ m-

quemadmodum & essentia, nomina sunt Latina, nec sunt tanquam barbara contemnenda, si credimus Quintiliano 8. lib. institutionum oratoriarum cap. 3. quamuis enim illa non ita crebrò fuerint à veteribus Latinæ linguæ antesignanis vsurpata, ex vsu tamen posteriorũ, qui his nominibus, vt Latinis vtuntur, erunt illa omnino retinẽda. Est enim facultas apud vsum, & Philosophorũ consuetudinem, ex nominibus barbaris Latina, & ex Latinis, barbara eadẽ iterum reddere, & sæpissimè apud maiores multa nomina non significant idipsum, quod apud posteriores significare videntur, vt acutè conscriptum reliquit Rodolphus Agricola 1. lib. de inuentione, cap. 23. quod idem his carminibus elegãter cecinit Horatius, in arte Poetica;

Quintilia.

Rodol. Agricola.

Horatius.

Mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia uiuax
Multa renascentur, quæ nunc cæcidêre, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
Quẽ penes arbitriũ est, & us, & norma loquẽdi.

Iusta aduersus quosdam fastidiosos reprehensio.

Quare æquo animo ferre non possum quorundam hominum fastidiosorum arrogantiam, qui cum vix labijs prima elemẽta Philosophiæ attigerint, & in scholis Grammaticorum tanquam senes edentuli diu consenuerint, veluti censores seueri (quamuis iniqui) audacter has voces, causalitas, idẽtitas, realitas, hæccæitas, vniuersale, scibile, & alias

C.D. 2018

alias multas, à præstantissimis Philosophis vsurpatas, contemnunt, & aspernãtur. Verùm hi tanquam Philosophiæ ossores, & præstantissimarum artium imperiti, potius sunt sibilis à cœtu Philosophorum explodendi, quàm sit eorum leue iudiciũ, in aliquo prætio habendũ. De his tamen hęc fuerint satis; ad nostramq; disputationẽ de Ente intermissam regrediamur. Quam vt probe perspectã teneamus, erũt breuiter nonnulla de concretis & abstractis nominibus altius repetenda. Nominum itaque, quædam sunt quæ significãt naturas concretas, & alia sunt, quæ exprimunt naturas abstractas. Concreta nomina sunt, quæ significant formas alicui subiecto accommodatas, vt candidum, lucens, homo; abstracta verò sunt quæ significant formas ab omni subiecto, (vt his nominibus significantur) auulsas, vt candor, lux, humanitas. Inter quæ hęc tria potissimè intercedũt discrimina. Primum, abstracta sunt talia per seipsa, concreta verò sunt talia per abstracta; quemadmodũ albedo seipsa est albedo, album verò albedine dicitur albũ. Secundò, abstracta sunt partes concretorum, at verò concreta, sunt tota quædam respectu abstractorum; vt humanitas pars est hominis, homo verò, est totum respectu humanitatis. Tertium abstracta, nullam continent permixtionem alterius naturæ, sed purã, & imper-

Lege Picũ Mirandulanum in epistola ad Hermolaũ Barbarũ.

Quædam sunt nomina concreta, & alia abstracta.

Tria discrimina inter concreta, & abstracta.

1. discrimẽ

2. discrimẽ

3. discrimẽ

permixtam naturam significant, vt albedo, solam albedinem impermixtã denotat, concreta vero, impuram naturam, variisque accidentibus vnitam significant; quemadmodum album significat albedinem cum innumeris accidentibus, vt cum calore, frigore, dulcedine, & aliis confusam. Cum ergo ens sit nomen concretum, & esse sit illius abstractum, hæc eadem discrimina, quæ interueniunt inter concreta, & abstracta, interuenient quoque inter Ens, & ipsum esse, quæ accuratè proponuntur à Seuerino Boëtio in libello de hebdomadibus, adhibitis eruditissimis commentariis D. Tho. in eundem libellum. In primis esse, quod est abstractum, est tale per seipsum, non enim aliunde esse habet esse, sed à seipso, Ens vero participatione ipsius esse, est, & consistit in se. Deinde, esse est quædam pars Entis, Ens vero totum quoddam est respectu ipsius, componitur enim ex essendi forma, & subiecto quod est. Præterea esse, cum nulla natura permisceatur ab eo diuersa, Ens vero, quamplurima obtinet à sua natura omnino distincta; vt esse, vel essentia hominis, solam & impermixtam eius naturam comprehendit, verum homo, qui est id quod est, multa continet accidentia, à sua natura prorsus diuersa. His igitur de Ente & esse eius abstracto explicatis, superest declaremus, quid significet ipsum

Boëtius in libello de Hebdo.

D. Tho.

1. discrimẽ inter esse, & id quod est.

2. discrimẽ

3. discrimẽ

esse

esse, à quo ens est id quod est. Sunt enim multi viri eruditi, qui censent, esse quod nomine Entis exprimitur, solam existentiam denotare, & nullo modo essentiam, quam opinionem amplectuntur omnes illi, qui constituũt rem, esse transcendens, distinctum ab Ente; docent siquidem, esse significare existẽtiam, rem verò essentiam, quæ sentẽtia etiam placuit magistro Soto cap. 4. ante categoriarũ q. 1. in solutione tertiæ rationis. Alij tamen, vt Durandus, primo lib. Sentent. dist. 8. q. 2. ad 6. argum. Archiepiscopus Hispalensis in eodem loco q. 1. & Philippus Mocenicus in sua institutione, contemplatione 3. parte 1. cap. 2. existimant ens solam essentiam significare. Vt tamen in hac re veram sententiam explicemus; annotandum est primo, in nominibus aliud esse illud à quo nomen imponitur, & aliud illud ad quod significandum est nomen impositum, quemadmodum passim obseruat D. Thom. Vt in nomine lapidis exemplo satis protrito, licet intueri, in quo illud à quo nomen est impositum, est lęsio pedis, illud verò ad quod significandum est impositum, non est lęsio, sed substantia quædã corporea inanimata. Præterea animaduertimus, nomẽ entis sumi posse duobus modis, vel vt est participium verbi substãtiui sum, denotatq; idem quod existens; vel vt est nomen substantiuum eiusdem verbi, qua ratio

Quidam existimant esse significare existẽtiam.

Magister Soto.

Duran.

Deça.

Mocenic⁹.

Annot. 1.

D. Thom. 1. p. q. 13 ar. 11. 2. ad. 1.

Annot. 2. ens sumitur vel vt est nomẽ vel vt est participij

M.C.D. 2018

ne significat idem quod habens naturam, & essentiam: quemadmodum hæc vox Viuẽs, his eisdem modis sumi potest, vel vt est participium verbi viuo, qua ratione significat actum viuendi, & non essentiam viuentis, opponiturque mortuo, vel vt est nomen substãtiuum eiusdẽ verbi, quomodo significat essentiam viuentis, continetúrque in categoria substantiæ, tanq; attributũ essentiale, immediatè sub corpore cõprehensum: & hæc est illa tam decantata diuisio entis, in ens nominaliter, & participialiter sumptum, quam apud Caietanũ, Ferrariẽsem, & apud alios grauissimos Philosophos frequenter legimus. Cùm igitur his duobus modis ens sumi possit, si iuxta nominis impositionẽ, vel iuxta illud à quo nomen est impositum vsurpetur, solum actum existendi significat, ab eo enim fuit hæc vox, Esse, imposita rebus quemadmodum etiam actus eisdem rebus existentibus, vt & motus, fuerunt imposita, vt auctor est Arist. 9. Metaphy. cap. 3. At verò iuxta illud ad quod significandum est nomen impositum, esse non tantum existentiam, sed etiam essentiam significabit. Vnde tam essentia, quàm existẽtia nomine entis significabuntur. Quod confirmare possumus testimonijs Arist. & D. Thomæ, qui multis in locis docent ens aliquando significare essentiam, & aliquando existentiam. Quamuis

Caiet. c. 4. de ente, & essentia.

Esse ab actu existẽdi est impositũ rebus.

Ens significat essentiam & existentiam. apud Aristo & D. Thom.

in eo

M.C.D. 2018

in eo differant apud Arist. quod ens significatum in casu accusandi, significat existentiam; significatum tamen in casu dandi significat essentiam, vt cõstare poterit ex his duobus locis, quorum primus est petitus ex 3. de anima cap. 4. vbi ita habet: Aliud est magnitudinẽ esse, & aliud magnitudini esse, i. Alia est existẽtia, & alia essentia magnitudinis; alter verò est collectus ex 7. lib. Met. c. 7. in quo ita loquitur, Aliud est bono esse, & liud bonum esse, id est, Alia est essentia, & alia existentia boni. Deinde, vt ad D. Thomam accedamus, ens significare existentiam est apud ipsum certissimum, vt ex innumeris eius locis constare poterit. Significare verò essentiam, quod est magis dubium apud eum, suadere possumus ex quodlibeto. 2. q. 2. art. 1. quæst. 1. de malo, art. 1. ad penultimum argumentum. q. 21. de veritate art. 1. ad primum, & art. 4. ad quartum, in quibus locis, apertè satis profitetur, ens significare essentiam, & naturam rerum omnium, essentiali diffinitione significatam. Præterea Ens non tantùm significare existentiam, sed etiam essentiam, ita confirmamus. Omnes scientiæ agunt vel de Ente in communi, vt prima Philosophia, vel de aliqua parte Entis, vt aliæ scientiæ priuatæ, auctore Arist. 4. Metap. cap. 1. at scientiæ non agunt de rerum existentijs, parùm enim illę curant, sint

Alio Arg. confirmatur ens significare essentiam.

M.C.D. 2018

ne, vel non ſint; earum obiecta à parte rei, quia ſcientiæ tantum verſantur in obiectis perpetuis, exiſtentiæ verò rerũ non ſunt perpetuæ, cùm aliquando res exiſtant, & aliquando non exiſtant, ergo Ens non tantum exiſtẽtiam, ſed etiam eſſentiam ſignificabit. Cæterum cùm Ens ſumi poſsit, vel vt eſt participium, vel vt eſt nomen, hæc duo hac lege ſignificabit, Ens quod eſt participium, ſignificat exiſtentiam; illud autem quod eſt nomẽ ſubſtantiuum, ſignificat eſſentiam; & ita eſſe quod eſt abſtractum Entis, ſi ſumatur vt eſt abſtractum Entis ſumpti ea ratione qua eſt participium, idem erit quod exiſtentia; ſi verò ſumatur vt eſt abſtractũ Entis ea ratione qua eſt nomen, idem erit quod eſſentia.

Ens vt eſt nomen ſignificat eſſentiã, vt tamen eſt participiũ ſignificat exiſtentiã.

Obiectio. Quòd ſi quis opponat nobis auctoritatem Ariſt. ex 2. de demonſt. cap. 7. Ens non eſſe attributum eſſentiale, neq; ſignificare eſſentiam, ſed exiſtentiam: reſpondẽdum erit, Ariſt. locutum fuiſſe de Ente participialiter, quòd ſolam exiſtentiam denotat; loquebatur enim in eo loco de Ente, & cõcluditur de ſubiecto per demonſtrationem, quod non eſt aliud quàm exiſtentia proprietatis in ſubiecto, concludimus enim per demonſtrationẽ, actualem vnionem proprietatis in ſubiecto, quæ vnio, & in proprietatibus, & in alijs accidentibus eſt eorum naturalis exiſtentia, vt in alio loco docuimus. Annotat etiam Pi-

Solutio.

cus

cus Mirandulanus, in libello de Ente, & vno, cap. 4. duas esse Entis significationes, vnam latè patentem, in qua Ens significat quicquid non est nihil, & alteram angustiorem, in qua tantùm significat id quod est. Si ens sumatur in prima significatione, nullum est medium inter ipsum & nihil; qua ratione verum est illud pronuntiatum Metaphy. De qualibet re, vera est affirmatio, vel negatio, de nulla verò, ambæ simul, vel impossibile est idẽ simul esse & non esse. Quod si in altera significatione vsurpetur, datur mediũ inter Ens, & nihil, scilicet ipsum esse abstractum, quod neque est nihil, vt est apertũ, neq; Ens, quia esse non est id quod est, sed est id quo medio aliquid est, vt acutè explicat D. Seuerinus Boëtius in libello de Hebdomadibus, his verbis, ita dicens, Diuersum est esse, & id quod est, ipsum enim esse, non dum est, at vero id quod est, accepta essendi forma est, atque consistit in se. Quemadmodum enim albedo, non est alba, sed est illud quo medio nix est alba, & quemadmodum iustitia non est iusta, sed est illud quo medio homo est iustus; ita quoque esse, non est id quod est, sed est illud quo medio aliquid est: quare sumpto Ente in hac significatione, nõ erit verum illud pronuntiatum. Verùm aduersus hæc dicet aliquis. Quidquid non est Ens est non Ens, si ergo esse abstractum non

Annot. ex Pico Mirã. eaq. acuta.

Seuerinus Boëtius.

Obiectio.

M.C.D. 2018

est Ens, erit non Ens, sed quod est non Ens est nihil, ergo esse abstractum erit nihil. Vt

Solutio. tamen huic dubitationi satisfaciamus, obseruandum erit, nonnulla attributa posse duobus modis ab aliquibus subiectis denegari; primò quia rationes attributorum non possunt vllo modo illis subiectis conuenire, qua ratione negamus à candore atrorem, & à calore frigus, quia neque ratio candoris atrori, neque ratio caloris potest frigori conuenire. Secundo, quia rationes attributorũ nobiliori modo reperiuntur in subiecto quàm exprimãtur per nomen attributi, qua ratione à cãdore negamus esse candidũ, non quod cãdor sit atror, sed ex eo quod ratio cãdidi præstãtiori modo reperitur in candore abstracto, quàm in cãdido concreto reperiatur: hac igitur ratione, ab esse negamus Ens; non quod esse sit non Ens, sed ex eo quòd ratio Entis longè nobiliori modo in esse abstracto reperitur, quã in Ente concreto possit reperiri.

Caput IIII. de diuisionibus Entis.

PRoximum est vt post explicatam naturam Entis, illius diuisiones breuiter, pro instituti scilicet ratione, proponamus; ex quibus sit hæc earum prima, Ens aliud rei, & aliud rationis, quæ diui

sio

sio proposita fuit ab Arist. 5. Metaphy. cap. 2. sub his verbis, Entium aliud est in anima, & aliud extra animam, Ens in anima vocat Ens rationis; extra animã verò Ens rei. Diffinitur autem Ens rei, illud quod habet esse à parte rei extra operationem intellectus, vt sunt cælum, elementa, & mixta, quæ ex eis conflantur. Ens verò rationis diffinitur, illud quod tãtum habet esse beneficio intellectus. vel quod habet esse tantũ in anima. Verùm cum tribus modis possint aliqua esse in intellectu, vel tanquam in caussa, vt sunt actiones intelligendi, & verbum mentis per intellectionem productum; vel tanquam in subiecto cui inhærent, vt sunt species intellectiles, artes, & scientiæ, vel tanquam obiecta cognita ab eo, vt homo, vel equus; controuersum est apud Philosophos ex his tribus propositis quodnam illorum vocari debeat Ens rationis. Quidam enim existimant illud dici Ens rationis, quod producitur ab intellectu tanquam à caussa efficiente, vt sunt verbum mentis, & actiones intelligendi. Huius rei auctor est Herueus, quodlib. 3. q. 1. art. 1. hæc tamen opinio est omnino falsa, vt constare poterit ex his duabus rationibus, quarũ prima est. Quidquid per se & directè fit à caussa rei est Ens rei; sed actiones intelligendi, & verbum mentis, fiunt ab intellectu per se, & directè, qui est caussa rei, ergo erunt Entia rei,

1. Diuisio Entis. Arist.

Quid sit Ens rei.

Quid sit Ens rationis.

1. Opinio.

Herueus.

Confutatur opinio duobus argumentis.

1. est.

M.C.D. 2018

rei. Secunda, Quæ continentur in categoria qualitatis sunt Entia rei; quia in categoria sola Entia rei collocantur; sed actiones intelligendi, & verbum mentis continentur in categoria qualitatis, sub secunda specie, tanquã termini intrinseci intellectus; qui est facultas naturalis; ergo actiones intelligendi, & verbum mentis, non erunt entia rationis, sed

2. Opinio rei. Alij verò opinantur Ens rationis illud esse quod est in intellectu, tanquam in subiecto, vnde artes, scientias, & alios habitus intellectus, qui intellectui inhærent vocãt entia rationis; ita de quibusdã veteribus Philosophis referunt Durandus 1. sen. dis. 19. q.

Durãdus. Herueus. 5. Et Herueus in loco superiori. Hanc tamẽ

Confutat. hæc opinio duob' argu. 1. est. opinionem alijs duabus rationibus euertere possumus, prima est. Inhærere subiecto, ex communi consensu Philosophorum, est proprietas accidentis rei, ergo illa quæ erũt in intellectu tanquam in subiecto, non erunt en

3. Argu. tia rationis. Præterea, Quæ inhærent intellectui continentur in categoria qualitatis, sunt enim habitus, vel species intellectiles,

Reijciunt qui dicũt ens rationis esse nihil. sed quæ continentur in categoria qualitatis, sunt entia rei, ergo quæ erunt in intellectu sunt entia rei, & non rationis. Neque ferendi sunt illi, qui non verentur profiteri ens ra

Pet. Niger. Suessanus 1. argumẽ. tionis esse nihil; vt tradunt Petrus Niger 1. p. Clypei Thomistarum, q. 4. & Suessanus 6. lib. Meta. q. vltima; quia in explicando ni-

hilo.

hilo, nulla scientia versari potest; at in explicanda natura entis rationis, versatur Dialectica, non ergo Ens rationis erit nihil. Deinde, Nihil nullum habet fundamẽtum in rebus; at verò Ens rationis in rebus ipsis fundatur, quemadmodum cæcitas, fundatur in his quæ nata sunt habere visum; genus, & species; subiectum, vel attributum, in natura hominis, vel animalis: quare hæc duo inter se maximè differunt. His igitur opinionibus explosis, Ens rationis iuxta aliorum opinionem, illud debet nuncupari, quod consequitur rem, ea ratione qua habet esse obiectiuè in intellectu; vt sunt, subiectum, & attributum; genus, & species; antecedens, & consequens, & alia huius generis. In hac sententia extiterunt grauissimi viri, Durandus, Herueus, Suessanus, & Petrus Niger, in allatis locis, Soncinas 6. Meta. q. 18. Iauellus in disputatione de transcendẽtibus, diuisione prima, magister Sotus q. 3. de Vniuersis, & vt multos alios prætermittam, D. Tho. semper extitit in ea. Verùm vt illam explicemus, annotandum erit, esse duo genera attributorum, quæ de rebus dicũtur, illis quędam enim conueniunt præter omnem operationem intellectus, vt homini conueniunt esse candidum, vel atrum, capacem disciplinæ, & animal particeps rationis. Alia verò sunt, quæ tantum conueniunt rebus, beneficio,

2. argumẽ.

Vera opinio.

Duran.
Herueus.
Suessan.
Pet. Niger.
Soncinas.
Iauellus.
Sotus.
D. Tho. opus 48 tra. 2. cap. 1. & 58.

Anno.

M.C.D. 2018

cio, & ope intellectus; vt vniuersum, genus, & species, subiectum, & attributum; quia à parte rei hæc non conueniunt rebus, quemadmodum homini nõ competit esse speciẽ vel subiectum, sed hæc illi conueniunt beneficio intellectus abstrahẽtis naturam humanam à phantasmatibus, & à proprietatibus singularibus. Cùm igitur dẽtur hæc duo genera attributorum; Ens rationis recẽseri debet inter attributa secundi generis, quæ scilicet conueniũt rebus beneficio intellectus, tam agentis, quàm patibilis; & huius, tam in prima, quàm in secunda, quam in tertia eius functione. Hoc autem ita sese habere, ex superioribus ad hunc modum possumus confirmare. Ens rationis illud dicitur, quod habet esse in intellectu, vel ratione; vel ergo habebit esse in ea, tanquam in causa, vel tanquam in subiecto, vel tanquam obiectum cognitum; sed confirmatũ est in superioribus, Ens rationis non esse illud quod habet esse in intellectu, vel tanquam in causa, vel tanquam in subiecto, erit ergo illud quod habebit esse in eo tanquam obiectum cognitum. Hoc autem non est ita intelligendum, vt Ens rationis secundùm se, & actu, apprehẽdi debeat ab intellectu, sed vt illud sit, sat est, q cognoscatur illius fundamentũ, ex cuius cognitione, illico, per naturalem quandam resultantiam, illud consequatur; vt erudite an

Ens rationis recẽseri debet inter attributa quæ rebus conueniunt beneficio intellectus.

Quæ requirantur ad esse Entis rationis.

notauit

notauit Soncinas, 6. Metaph. q. 18. in hac enim enuntiatione, Homo est animal, quam efficit intellectus, reperitur actu subiectum, & attributum, cùm tamen nihil contemplemur de notione subiecti, vel attributi; sed cognita natura hominis, illico ex hac cognitione passiua, sequitur in eo notio subiecti, tanquam extrinseca quædam denominatio, quę denominat hominem subiectum; & idem iudicium est de notione attributi, respectu naturæ animalis. Diuiditur autem Ens rationis à D. Tho. q. 21. de veritate, art. 1. in corpore, & in solutione secũdi, in negationem, & relationem, negatio est vt non homo, relatio verò vt subiectum, vel attributum. Verùm quia priuatio est secundùm essentiam negatio, à Thomistis deinde illud est diuisum in negationes, priuationes, & relationes. De Ente tamen rationis hæc sint breuiter explicata, quæ à nobis luculenter satis alio loco tradita fuerunt.

Soncinas.

Diuisio entis rationis.

D. Thom.

Secunda diuisio est, Ens, aliud est per se, & aliud per accidens. Præterea, Ens per se, aliud est secundùm essentiam, & aliud secũdùm caussam. Secundùm essentiam illud dicitur, vel quod est omnino simplex, à nullo dependens, nullamque in se admittens compositionem, vt est Deus Opt. Max. vel si fuerit compositum, est illud cuius partes in eadem categoria continentur, ita tamẽ vt vna obti-

Secũda diuisio entis in ens per se, & per accidens.

obtineat rationem potentiæ, & altera rationem actus; quia ex his duobus constitui debet Ens, & vnū per se; vt docet Arist. 8. Metaphy. cap. 6. & 2. de anima cap. 1. Huius generis sunt homo, cœlum, & elementa; quia omnia hæc conflantur ex potestate, & actu, eiusdē categoriæ; ex materia scilicet, & forma. Ens per se secundùm causſam, est omnis causſa per se; dicitur autem causſa per se, illa quæ iuxta propriam rationem producit effectum, vt architectus, est causſa per se domus; quia iuxta propriam rationem, & ea ratione qua est architectus, erigit eam; & statuarius est causſa per se statuæ; quia ea ratione qua est statuarius, conficit statuam. Pari ratione Ens per accidens duplex quoque erit, vnum secundùm essentiam, & alterum secundùm causſam, secundùm essentiam triplex est, vt tradit Arist. 5. Metap. c. 7. subiectum cum accidente, vt homo albus, accidēs cum subiecto, vt albus homo; & accidens cū accidente, vt albū Musicū: secundùm causſam verò est duplex, vnum ex parte causſæ, & alterum ex parte effectus; ex parte causſæ dicitur illud, quod iuxta propriam rationem non producit effectum, neque influit aliquid in eum, sed accidit causſæ per se, vt Musicus est causſa per accidēs statuæ, quia ea ratione qua Musicus est non conficit statuam; sed quia accidit statuario esse Musicum; ob hāc

Ens per accidens est duplex, secūdùm essentiam & secundùm causſam.

causſam

cauſſam Muſicum dicimus eſſe cauſſam ſta- Obſeruatio Ariſt.
tuæ. Annotandum tamen eſt ex Ariſt. 5. Me
taph. cap. 2. & 2. Phyſi. cap. 3. ex his cauſsis
accidentarijs, quaſdã eſſe magis, & alias mi-
nus accidentarias; quia illæ quæ magis acce
dunt cauſſæ per ſe, erũt minus accidentarię,
illæ verò quæ magis ab ea recedent, erunt
magis accidentariæ; vt in conſtitutione do-
mus, animal & homo erunt minus cauſſæ ac
cidẽtariæ, quam Muſicum, vel albũ; quia ma
gis accedunt homo, & animal ad architectũ,
qui eſt cauſſa per ſe, quàm Muſicum, & albũ:
at verò ex parte effectus illa nuncupatur
cauſſa per accidens, cui accidit productio
illius effectus, vt architectus eſt cauſſa per
accidens optimæ valetudinis, quia acci-
dit, vt domus quæ per ſe erigitur ab archi-
tecto ſit ſalubris, & fodiens terram eſt cauſ-
ſa per accidens inuentionis theſauri, quia i-
ta euenit, vt ex foſſione terræ, quæ eſt effect'
fodiẽtis per ſe, ſubſequatur inuentio theſau
ri. Tertia diuiſio eſt, Ens rei, & per ſe, aliud 3. Diuiſio
eſt relatum, & aliud abſolutum, illud dicitur in relatũ,
abſolutum quod eſt ad ſe, & non ad aliud, & abſolu-
quod intelligi debet tãquam ad terminum, tum.
non autem tanquam ad ſubiectum, vel obie
ctum, quia quæ hoc modo referuntur ad a-
liud, abſoluta ſunt, & non relata, vt facultа-
tes naturales quæ referuntur ad obiecta, &
accidentia quæ referuntur ad ſubiecta. Re-

latum

latum verò dicitur, cuius tota vis, & natura est, vt ad aliud referatur; vt pater, & filius, dominus, & seruus, sunt relata, quia tota vis patris est habere filium, & domini possidere seruum. Verum de relatis superuacaneũ est velle plura hoc loco proponere, quæ in categoria relationis fuerunt à nobis abundè

Quarta diuisio in vnũ, & multitudinẽ.

Quarta di satis explicata. Quartò diuiditur Ens in vnum, & multitudinem. Annotandum tamẽ erit, duplicem esse vnitatem, vnam transcendentem, & alteram categoriæ quantitatis, illa prior cõsequitur intima, & essentialia rei attributa, hæc verò posterior consequitur in diuisionem quantitatis coniunctæ. Eadem quoque ratione duplex erit multitudo, vna transcendens, & altera categoriæ quantitatis, transcendens est quæ componitur ex vnitatibus transcendentibus, vt est multitudo decem essentiarum, vel decem Angelorum: quantitatis verò est, quę conflatur ex vnitatibus quantitatis coniunctæ, vt est multitudo quinque lapidum, vel equorũ. In hac ergo diuisione nomine vnius, & multitudinis, tantùm intelligere debemus vnitatẽ & multitudinem transcendentem, quia hæc duo sunt quæ de omnibus efferuntur, & non vnitatẽ & multitudinem quantitatis, quæ solũ dicuntur de his quæ sunt affecta quantitate coniuncta. Quinta diuisio est, qua diuiditur

Quinta diuisio in tria tranſcen.

Ens in tria transcendentia, s. in vnũ, verum, & bo-

& bonũ: hanc tamen diuisionem infra vberius explicabimus. Sexta diuisio est, Entium quoddam est finitum, & aliud infinitum. Verum vt hanc diuisionem explicemus obseruandum erit, finitum illud esse quod limitibus, vel finibus est circunscriptum; infinitum verò esse, quod caret huiusmodi finibus. Est autem duplex finitum, & duplex itidem infinitum, vnum secundùm essentiam, & alterum secundùm quantitatem. Illud dicitur finitum secundùm essentiam, quod est compositum ex genere, & differentia, & est circunscriptũ alicuius categoriæ limitibus, vt homo, Angelus, magnitudo, & candor. Illud verò dicitur infinitum secundùm essentiã, quod neque constat genere, & differentia, neque vllis categoriarũ finibus comprehenditur, vt Deus Opt. Max. qui in nulla categoria continetur, sed omnes illas post se longo relinquit interuallo. Finitum secundùm quontitatem est illud, quod circunscribitur terminis categoriæ quãtitatis, vt linea, quæ circunscribitur punctis; extremitas, lineis, & corpus extremitatibus. Infinitum autem secundùmquantitatẽ nuncupatur, quod caret huiusmodi terminis, quemadmodum si esset aliqua linea nullis punctis terminata, diceretur illa infinita secundùm quantitatẽ. In proposita ergo diuisione nomine finiti, & infiniti, non intelligimus finitum, & infinitũ secun-

Sexta diuisio in finitum, & infinitum.

secundùm quantitatem, sed secundùm essentiam, quia duo illa priora, in solis substantijs affectis quantitate reperiuntur, vt docet Aristoteles 1. Physi. cap. 2. duo verò posteriora, de omnibus Entibus prædicantur, omne siquidem Ens, vel est finitum, vel infinitum, secundùm essentiam. Septima diuisio, Entiũ aliud est actu, & aliud potestate. Ens potestate, vel possibile illud est, quod nondum est, potest tamen esse; vel vt inquit Arist. 9. Metaphy. cap. 3. quo posito in actu nihil impossibile sequitur, vt si quis sedere potest, & ei sessio conueniat, nihil impossibile sequetur. At verò Ens actu, vt Arist. in eodem libro profitetur cap. 6. est, illud non ita esse, vt erat quãdo sola vi, & potestate erat, quemadmodum antequã fieret in ligno statua Mercurij, erat in illo potestate, deinde verò postquam iam est effecta, est in ipso actu, eo quòd alio modo sit, quàm quando erat potestate. vel, vt alijs verbis rem hanc explicemus, Ens actu illud vocari debet, quod est à parte rei productum extra facultatẽ suarum causarum, & hoc est esse alio modo quàm quando erat potestate, tunctemporis enim poterat à suis caussis produci, at verò quando est actu, iam non potest produci, cùm sit productum.

Septima diuisio est in ens actu, & potestate.

Vltima diuisio in decem categorias.

Vltima diuisio est, qua diuiditur Ens per se finitum, quod est actu, vel potestate, in decẽ categorias, vel vt dicunt prædicamenta, vt insub-

in substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, actionem, passionem, vbi, quando, situm esse, & habere, quæ diuisio omnibus est satis perspicua, tamen quænam illa sit, inferius quando agemus de analogia Entis examinabimus.

Cap. V. Quænam sit prima diuisio Entis.

ANceps tamen, multumque dubia inter viros eruditos extitit controuersia, de ordine harum diuisionum Entis, quænam scilicet ex illis sit prior, & quæ sit alijs posterior. Est enim sententia D. Tho. in commentarijs in cap. 7. lib. 5. Metaphy. existimãtis primam diuisionem esse illam in qua diuiditur Ens in decem categorias, cuius sententiam amplectuntur D. Albertus Mag. 7. Meta. in principio, Simplicius 2. de Anima cap. 1. & Algazel 1. lib. suæ Meta. si Suessano credimus 1. Meta. disp. 2. Auerroes in hac quæstione explicanda est nimiũ lubricus, & inconstans, aliquando enim diuidit 1. Ens, in Ens per se, & per accidens, vt 6. Meta. commen. 1. aliquando in decem categorias, vt 5. Meta. commen. 14. aliquando in infinitum, & in infinitum, vt 1. Phy. commen.

D. Tho.

D. Albert. 2. de Simplici°.

Algazel.

Suessanus

Opinio Auer.

M.C.D. 2018

6. & aliquando in actum, & potestatem, vt in 3. Phy. cõmen 3. Scotus verò 1. lib. Sen. dist. 8. q. 3. & quodlib. 5. & illius alumni Antonius Trombeta 1. Meta. q. 1. & in tractatu formalitatum, Antonius Sirecti, in eodẽ formalitatum opere, & alij, arbitrantur Ens esse primo diuidendum in quantum, & non quantum, nomine quanti intelligentes quantitatem virtutis, vel perfectionem naturæ, nomine verò non quanti, imperfectionem illius. Deinde quantum diuidunt in finitum, & in infinitum, finitum est illud quod sub limitibus alicuius categoriæ continetur, vt homo, & arbor, infinitum verò, quod sub nulla categoria comprehenditur, vt Deus Opt. Max. Præterea profitentur, diuisionem Entis in vnum, & multitudinem, esse posteriorem diuisione Entis in finitum, & in infinitum. Tandem alij vt Paulus Soncinas 10. Meta. q. 1. & Chrysostomus Iauellus in tractatu transcendentium, opinantur primam diuisionem Entis rei, esse illam, in qua Ens est diuisum in vnum, & multitudinẽ, hancq; constituunt esse priorem diuisione illius in finitum, & in infinitum. Ita viri cruditissimi de hac quæstione opinantur. Ceterum vt inter has opiniones nostram etiam sententiam proponamus, animotamus in primis, duplicem esse diuisionem, vnam nominis, & alterã rei, nominis est illa, in qua multas eiusdem vocis signifi-

Scotus. Trombeta Sirecti.

Viguerius cap 2. suarum institutionum paragrapho 2. verbo 2. diuidit ens primo in finitum, & infinitum. Soncinas. Iauellus.

Duplex est diuisio nominis &

M.C.D. 2018

significationes recenſemus, vt quando in hac voce canis, enumeramus tres ſignificationes, in quibus ſignificat canem cæleſtem, domeſticum, & marinum, hæc tamen non tam dicenda eſt diuiſio, quàm enumeratio, vt animaduertunt Seuerinus Boetius in commen. ante categoriarum, explicans diuiſionem Entis in decem categorias, & Rodolphus Agricola 1. lib. de inuentione Dialectica cap. 7. in ea enim nihil diuidimus, ſed tantum recẽſemus diuerſas ſignificationes eiuſdem nominis. Diuiſio rei eſt communioris in minus communia diſtributio, quę triplex eſt, totius vniuerſi, vt animalis, in hominem, & equum; totius integri, vt hominis in caput, brachia, & pedes; & accidentaria, vt animalis in candidum, & atrum, & medio colore affectum. Prætermiſſa diuiſione totius integri, diuiſio totius vniuerſi eſt duplex, vna generis in ſpecies, vt animalis in hominem, & leonem; vel analogi in analogata, vt eſt diuiſio pedis, in pedem montis, & ſcamni: & altera generis in differentias, vt animalis in particeps, & expers rationis; vel analogi in ſuas quoque differentias, vel modos internos, vt eſt diuiſio Entis, in eſſe per ſe, & in alio. Accidentaria verò triplex eſt, ſubiecti in accidentia, vel propria, vel communia; accidentis in ſubiecta; & accidentis in accidentia. Hæc omnia collecta ſunt ex D. Seuerino Boetio, in libel

Boëtius.

Rodol.

Triplex eſt diuiſio rei.

Boëtius.

M.C.D. 2018

Louanie. lo de diuisionibus, & ex concilio Louanien
sit hoc o- se, in tractatio. de diffinitione, & diuisione.
pus in eo- Animaduertendum est etiam, duobus mo-
rum Logi dis posse esse vnam diuisionem altera prio-
ca in fine rem, vno modo secundùm dignitatem, & al
Categoria tero secundùm naturam, illa est prior secun
rum. dùm dignitatem, cuius membra diuidentia
sunt alijs longè nobiliora; illa verò est prior
secundùm naturam, cuius membra diuiden-
tia immediatiùs, & prius continentur sub re
diuisa, quàm alia contineantur. His constitu
1. Assertio. tis sit prima assertio. Diuisio Entis in Ens
rei, & rationis, est omnium prima. Hanc asser
tionem omnes Philosophi profitentur, con-
firmarique potest in hunc modum. Illa diui
sio constitui debet omnium prima, quæ tra-
Confir. ditur per membra magis distantia; sed Ens
rei, & rationis, magis distant quàm quælibet
alia Entia rei, per quæ traduntur aliæ diui-
siones, ergo proposita diuisio erit omnium
prima. Assumptio est satis perspicua, con-
fir. propositio. Lex est optimæ diuisionis, vt
tradatur per membra cõtraria; sed quæ ma-
gis distant sunt magis contraria, ergo diuisio
tradita per membra magis distantia, erit om
nium prima. Verùm cùm dictum sit, duob⁹
Obseruat. modis posse vnam diuisionẽ esse altera prio
rem, vel secundùm nobilitatem, vel secun-
dùm naturam, intelligi debet assertio de di-
uisione priori secundùm naturam; quia hæc
duo

M.C.D. 2018

duo membra priùs & immediatiùs quàm quælibet alia continentur ſub Ente; non autem de priori ſecundùm nobilitatem; eo quòd vnum ipſius membrum, ſcilicet Ens rationis, eſt omnium Entium infimum, & ignobilius. Sit ne autem illa enumeratio vocis homonymæ in ſua ſignificata, vt plerique conſtituunt, vel vera diuiſio analogi in analogata, vt ego cum alijs exiſtimo, deinde inquiremus. Secunda aſſertio, Diuiſione generis in ſpecies (nomine generis quamuis naturam vniuerſam intelligendo, ſiue ſynonymam, ſiue analogam) ens rei debet primò diuidi in decem Categorias; ita vt nihil neque prius natura, neque immediatius, poſsit ſub Ente contineri. Hanc aſſertionem expreſsis verbis profitetur Ariſt. 8. Metaphy. cap. 6. docens Ens, & vnum, immediatè efferri de decem Categorijs, & 7. Meta. cap. 1. tradit, Ens primo dici de ſubſtantia, & deinde de accidentibus: iã ergo Ens erit primò diuiſum in ſubſtantiam, & accidentia. Præterea in illa mẽbra eſt Ens primò diuiſum, quibus primò cõpetit ratio ſignificata nomine Entis; ſed hæc ratio, quæ eſt eſſe, primò competit ſubſtantiæ, & accidentibus; imò eſſe nulli rei poteſt conuenire, quæ non ſit ſubſtantia, vel accidens, ergo hæc erit prima diuiſio. Tertia aſſertio, Diuiſione generis in differentias (nomine differentiarum tam veras differẽtias,

2. Aſſertio.

Ariſtot.

2. Argum.

3. Aſſertio.

M.C.D. 2018

quam modos internos complectendo. Ens rei est primò diuisum in Ens per se, & per accidens; hæ enim sunt primæ differentiæ, vel modi interni, Ens primò, & immediatiùs diuidentes. Vt tamen hanc assertionem faciliùs intelligamus, explicandum erit quid significent hę duæ differentiæ. Obseruandũ est igitur ex D. Tho. 5. Metap. cap. 7. ex Didaco Deça, primo Sent. dist. 8. q. 1. & ex Zimara, in tabula, dictione Ens, dum Entis diuisiones proponit, hanc diuisionem non esse eandem cũ ea, in qua Ens est diuisum in substantiam, & accidentia; ita vt nomine Entis per se, intelligamus substantiam, nomine verò Entis per accidens, ipsa accidentia; quia tam substantia, quã accidentia, continentur sub Ente per se, vt auctor est Arist. 5. Metap. cap. 7. sed nomine Entis per se, intelligimus differentiam, vel quendam modum internũ Entis; quo contrahitur Ens ad illud esse, vel quod est omnino simplex; vel quod est compositum ex partibus, quæ continentur intra limites ciusdẽ Categoriæ: nomine verò Entis per accidens, intelligimus modum alium internum, contrahentem Ens, ad illa Entia, quæ cõponuntur ex partibus in diuersis Categorijs comprehensis. Hac itaque ratione exposita assertione, illam his duobus argumentis confirmamus. Primum est, Illa diuisio debet esse omnium prima, quæ traditur

D. Thom. Deça. Zimara.

1. Argum.

per

per differentias communiores; quia diuisio tradi debet per ea quæ sunt communiora; sed duæ hæ differentiæ, per se, & per accidens, sunt omnibus alijs communiores; ergo Ens erit primò diuisum in has duas differẽtias. Confirmatur Assumptio; illæ differentiæ sunt communiores, sub quibus aliæ continentur, sed sub his duabus differentijs esse per se, & per accidens, omnes aliæ continentur; vt sunt finitum, & infinitum, actus, & potestas, per se, & in alio; quæ omnes continentur sub Ente per se; iam ergo hæ differentię erunt omnibus vniuersaliores. Alterum est, omne Ens proximè, & immediatè, vel est simplex, vel coniunctum; præterea si fuerit coniunctum, vel partes componentes sunt eiusdẽ, vel diuersæ Categorię; si fuerit simplex, vel coniunctum, ita tamen, vt partes componentes sint in eadem Categoria, erit Ens per se: si verò fuerint illæ diuersarum Categoriarum, erit Ens per accidens; igitur omne Ens, proximè, & immediatè, vel erit per se, vel per accidens. 2. Argum.

Quarta assertio. Diuisione subiecti in accidentia propria, diuisio Entis in vnum, verum, & bonum, est omnium prima. Hanc assertionem non est cur argumentis multis cõfirmemus; cum sit illa ab omnibus Philosophis vno ore comprobata; omnes siquidem profitentur, has tres esse primas Entis pro- Assert. 4.

M.C.D. 2018

prietates. Diximus autem, diuisione subiecti in accidentia propria; eo quod Ens non potest diuidi diuisione subiecti in accidentia communia, cùm illi nulla accidẽtia communia possint euenire.

Ex his omnibus quæ hactenus exposita fuerunt colligimus inprimis, has omnes diuisiones propositas esse omnium primas, vnãquamque tamen in suo genere, & ordine, nã quædam est prior simpliciter, & absolutè; alia diuisione generis in species; alia diuisione generis in differentias; & tandem alia diuisione subiecti in accidentia propria. Quòd si quispiam percontetur; quænam ex his tribus posteriorib⁹ diuisionib⁹ sit altera prior, respondendum erit, nullam ex illis esse altera priorem, vel posteriorem; quia comparatio quælibet intercedere debet inter ea quę sunt eiusdem generis; & ita cùm hæ diuisiones sint diuersorum generum, & rationum; alterius enim rationis est diuisio generis in differentias; & alterius generis in species, & alterius subiecti in accidentia; ob hanc causam hæ diuisiones conferri inter se nulla ratione possunt secũdùm rationem prioris, & posterioris. Colligimus secundò inanem esse, & superuacaneum, disputationem illam, quam quidam anxiè nimis pertractant; num sit Ens primò diuidendum in finitum, & infinitum, vel in vnum, & multitudinem; con-

Consec.

Dubitatio

Solutio.

2. Consec.

M.C.D. 2018

stat enim has duas diuisiones, cũ vna sit subiecti in accidentia propria; vt diuisio in vnũ, & multitudinem; & altera generis in differentias, vel modos internos, vt est diuisio infinitum, & in infinitum, non posse inter se vlla ratione conferri, secundùm rationem prioris, & posterioris.

Offerunt se tamen duæ dubitationes dissoluendæ aduersus superiora. Prima est, In quauis diuisione membra diuidentia sunt extra rationem rei diuisæ, sed nihil potest esse extra rationem Entis, ergo Ens nulla ratione poterit in membra diuidi. Respondemus tamen huic dubitationi, veram esse propositionem in diuisione generis in differentias; esse tamen falsam in diuisione analogi trãscendentis in sua analogata; ratio autem disparitatis hæc est, Genus significat diffinitã quandam naturam, efficientem compositionem cum suis differentijs, ad constituendas naturas specificas, ob quam causam est extra rationem suarum differentiarum diuidẽtium: at transcendens analogum, vt Ens, significat naturam illimitatam, & omnia ambientẽ, quæ cum nulla re potest efficere cõpositionem; & ob hanc causam includi debet in suis differentijs, vel modis internis diuidentibus. Obiect. Solutio.

Secũda dubitatio est, In Ente nullæ possunt esse differentiæ, vt auctor est Arist. 3. 2. Obiect.

M.C.D. 2018

Metaphy. cap. 3. sed illa tantùm diuidi possunt, quæ habent differentias; quia differentiæ sunt quæ diuidunt ea, quæ sub eodem genere continentur; vt docet Porphyrius in cap. de differẽtia; ergo Ens nulla ratione poterit diuidi.

Solutio. Respondemus Ens nullas habere differentias proprie dictas, habere tamen modos internos; distinguentes naturas, quæ sub ipso continentur, quemadmodum esse per se, & in alio distinguunt substantiã ab accidentibus, & accidentia à substantia; ad diuisionem autem, non est necesse, vt membra diuidentia secernantur per veras differentias, sed vel quòd secernãtur per illas, vel per modos internos.

Cap. VI. De Analogia in communi.

RAceptũ est prædiæ, ab Arist. traditum. 1. lib. de partibus animalium cap. 1. in omni disputatione, ea esse prius proponenda, quæ communiora sunt, & vniuersaliora, ne si à minus vniuersis exordiamur, cogamur deinde eadem sæpius inculcare. Hoc igitur præceptum in hac nostra disputatione reti-

nere

nere cupientes, disputaturi de analogia Entis ad Ens rei, & rationis, ad substantiam, & accidentia, & ad Deũ, & creaturas; ea prius præfabimur, quæ ad analogiam in communi cognoscendam, intelleximus esse necessaria. Illud autem breuiter, & succinctè præstabimus, cùm copiosior huius rei disputatio ad tractationem de homonymis, & synonymis, in Antecategorijs institutam, debeat reuocari. Verùm quia analoga, sub homonymis à consilio sunt à Philosophis comprehẽsa, erunt nonnulla de homonymis altiùs repetenda, quæ ab Ammonio, & Simplicio, in commment. Antecategoriarum proponuntur vberiꝰ. Homonyma igitur, quædã sunt à casu, & alia à cõsilio; à casu dicũtur illa, quorum nomen temere, & forte fortuna, multa significat; qua ratione hoc nomẽ Taurus, dicitur homonymum; quia temerè, forteq; fortuna, ita euenit, vt & montẽ Taurum, & animal, & secundum signum Zodiaci significaret. Homonyma à consilio illa vocantur, quorum nomen est commune, ob rationem aliquam, & deliberationem, quo modo hoc nomen homo est homonymum; vt effertur de homine viuo, & picto; dicitur enim de homine picto, quia refert effigiem, & ideam hominis viui. Præterea, homonyma à consilio, alia dicuntur à memoria, alia ab spe, alia ab analogia, alia ab vno, & tandem alia ad vnũ.

Diuisio homonymorum.

Quæ dicãtur homonyma à casu.

Quæ dicantur à consilio.

A me-

A memoria dicũtur illa quæ ob alicuius me moriam imposita fuerunt, vt hoc nomẽ Philippus, de Caroli filio dicitur homonymè, quia fuit illi hoc nomen impositum ob memoriam aui Philippi. Ab spe verò illa dicũtur, quæ ob certam aliquam spem aliquibus indita fuerunt, vt hoc nomen Thomas dicitur de aliquo homine, de quo certa spes effulserat illum, & sanctitate vitæ, & eruditione literarum in alterum D. Thomam Aquinatem euasurum. Ab analogia illa dicũtur, quando ab alicuius rei proportione quidquam nũcupamus; vt pes, qui enunciatur de pede animalis, & montis, propter analogiã; quia quemadmodum pes animalis sustinet grauitatem animalis, ita pes montis sustinet grauitatem montis. Illa vocantur ab vno, quæ habent idem nomẽ, vt ab vno aliquo deriuantur: hæc autem, vel deriuantur ab vno exemplari, vt homo pictus deriuatur ab homine viuo; vel ab vno efficiente; quemadmodum homo Medicus, instrumẽta medica, & libri Medici deriuantur ab vna, & eadem arte Medicinæ, tanquam ab vno primo principio, vel ab vno subiecto, quemadmodum accidentia deriuantur à substantia. Illa deniq; dicuntur ad vnum, quæ obtinent idem nomen, vt ad eundem finem referuntur; quo genere homonymiæ, sanum est homonymum; quia dicitur de vrina, dieta, & medicamen-

tis sa-

tis sanis, vt referuntur, tanquam ad finem, ad vnam, & eandem sanitatem animalis. Ex his ergo homonymorum generibus, Græci, vt Simplicius, & Ammonius, quos ex recentioribus multi sibi imitandos proposuerunt, sola homonyma à proportione censent esse vocanda analoga, cùm ea quæ sunt ab vno, vel ad vnum, quæ à Latinis analoga attributionis nuncupantur, nunquam ab Arist. sint ita vocata: sed proprio, & accommodato nomine dicta sunt ab eo, homonyma ab vno, vel ad vnum: vt constare poterit ex lib. 4. Meta. cap. 2. lib. 5. cap. 6. lib. 7. cap. 4. lib. 12. cap. 4. lib. 2. de demonst. cap. 16. & ex alijs plerisq; locis: maximè verò ex cap. 6. lib. primi Ethico. vbi apertissimis verbis separat analoga ab his quæ dicuntur ab vno, vel ad vnum; & ita à Quintiliano, & ab alijs Latinæ linguæ antesignanis, analogia proportionē aliquorum inter se significat; non autem deriuationem ab vno principio; vel habitudinem ad vnum finem. Latini verò nomen analogiæ latiùs multum vsurpantes, præter proportionem aliquorum inter se, etiam deriuationem ab vno principio, vel habitudinem ad vnum finem, hoc nomine significari opinantur, in qua significatione deinceps illo vtemur, cùm simus disputaturi de analogia, cũ his qui hanc vocem in hac significatione vsurpant. Sunt itaque duo genera analogorum

Simplicius & Ammonius sola homonyma à proportione vocant analoga.

Quæ vocétur à Latinis analoga.

M.C.D. 2018

rum explicanda, vnum attributionis, & alte rum proportionis, nam alia quæ analoga inæqualitatis dicuntur, qualis est natura generis, quæ diuersa ratione in suis speciebus continetur, cùm sint verè synonyma, ab analogorum numero erunt meritò reijcienda.

Quæ sint analoga attributionis.

Analoga attributionis, quæ à D. Tho. 1. lib. Sent. dist. 19. q. 5. art. 2. ad primum, analoga secundùm intentionem, & non secundũ esse nuncupantur, diffiniuntur: Quorum nomen est commune, ratio verò nomini accommodata, partim est eadem, & partim diuersa; eadem, secundùm terminum, diuersa verò, iuxta diuersam habitudinem ad illum; vt sanitas, quę in vrina, dięta, medicamento, & animali reperitur, est analogum attributionis; quia omnia hæc dicuntur sana, per habitudinem ad vnum terminum, ad sanitatẽ scilicet existentem in animali, quãuis in omnibus illis sit diuersa habitudo, nam in animali est sanitas tanquam in subiecto, in vrina tanquam in signo, in medicamento tanquam in caussa producente, & in dięta tanquam in caussa conseruante. Hæc analoga partim dicuntur ab vno, & partim ad vnũ;

Diuisio horum analogorum.

Ad vnum sunt illa quæ in eundem finem referuntur. Ab vno verò dicuntur, quæ ab eodem principio deriuantur, siue illud fuerit materia, & subiectum, siue caussa efficiens, siue exemplar. Illustrari poterunt hæc omnia

M.C.D. 2018

nia exemplis propositis in hoc cap. de homonymis ab vno, vel ad vnum.

Ornari verò debent hæc analoga tribus proprietatibus. Prima est, Analogum tantũ est in vno ex analogatis secundum essentiã; vel inhęsiuè; in alijs verò est secundum extrinsecã denominationẽ: quẽadmod sanitas tãtùm est secundum essentiã in animali, in vrina verò, aut medicina, est secundum extrinsecam denominationẽ. Secunda est, omnia analoga diffiniẽda sunt per præcipuum analogatum, vt in eodem exemplo, si vrina, & medicina diffiniri debeant vt sana sunt, diffinienda erunt per sanitatem animalis, ad huiusmodum: Vrina est signum sanitatis animalis, & medicina est causa sanitatis animalis. Tertia est, in his analogis non est vna, & eadem omnium illorum diffinitio; sed multæ sunt illæ & diuersę, tot scilicet, quot sunt partes diuidentes analogum; nõ enim est vna omnium quæ dicũtur sana diffinitio; sed alia diffinitio est vrinæ sanæ, & alia medicamẽti sani, quas in superiori proprietate posuimus, & alia animalis sani. Annotat autem D. Tho. prima par. q. 13. art. 5. & 1. cõtra Gen. cap. 34. hæc analoga diuisa esse in analoga duorum, vel plurium ad vnum; & in analoga vnius ad vnum. Prioris generis sunt vrina, medicina, & dięta sana; vt referãtur ad eandem sanitatem animalis; quia plura ad

1. Proprietas analogorum.

2. Propri.

3. Propri.

D. Thom.

M.C.D. 2018

ra ad vnum referuntur. Posterioris verò, est sanitas vrinæ, relata ad sanitatem animalis; tunctemporis enim vnum refertur ad vnum; vt vna sanitas vrinæ, ad vnam sanitatem animalis.

Quę dicãtur analoga proportionis. D. Thom.

Analoga proportionis, vel vt alij dicunt proportionalitatis, quæ à D. Thoma in eodem loco analoga secundùm intentionem, & secundum esse vocantur, sunt illa; quorũ nomen est commune; ratio verò nomini accommodata partim est eadem, & partim diuersa; eadem secundùm proportionem, diuersa tamen absolutè; etenim cùm sint illa media inter homonyma, & synonyma, & in synonymis ratio sit simpliciter, & absolutè eadem, in homonymis verò sit simpliciter, & absolutè diuersa; in his analogis ratio partim erit eadem; in qua re conuenient cum synonymis, & partim diuersa, in qua re conueniunt cum homonymis. Sit exemplum in pede, qui effertur de pede animalis, & de pede montis, in quo nomen est commune vtrique, ratio verò quamuis absolutè sit distincta, est tamen eadem secundùm proportionem; est siquidem eadem proportio pedis montis ad montem, & pedis animalis ad animal; nam quemadmodum pes montis sustinet grauitatem illius, ita etiam & pes animalis sustinet grauitatem animalis.

Nonnulli analoga attributionis vocãt analoga proportionis, & quæ nos vocamus proportionis, nuncupant proportionalitatis.

Diuiduntur hæc analoga in analoga pro

priè

prie, & in ea quæ impropriè, vel per Metaphorã sunt ita vocata: Huius posterioris generis sunt illa; quorum nomẽ est commune, ratio verò nomini accommodata; in vno eorum proprie, in alijs verò, propter quandam similitudinem, quam cum præcipuo significato obtinent, reperitur, vt ridere est analogum huius generis, quod effertur de homine, & de prato floribus ornato, de homine verò propriè ea ratione qua exprimit veram lætitiam, & hilaritatem in corde latentem; de prato autem dicitur metaphoricè; quia quando illud floret, præseferre videtur quãdam hilaritatem similem illi, quæ in hominibus reperitur. Prioris verò generis sunt illa, quorum nomen est commune, & ratio nomini accommodata, est propriè, & secundùm essentiam in vtroque analogato; vt pes qui dicitur de pede montis, & pede animalis, est analogũ huius generis; quia nomen est commune, & ratio nomini accommodata, secundùm essentiam reperitur in vtroque; nam sustinere corpus graue, quod est ratio nomini accommodata, reperitur & in pede montis, & in pede scamni; in qua re, hoc genus analogorum, maximè secernitur ab analogis attributionis; quia in illis, analogum in vno solo reperitur secundùm essentiam, & in alijs secundùm extrinsecam denominationem; in his verò, ratio analogi, inest

Diuisio horum analogorum.

Quæ dicãtur per metaphoram.

Quæ sint propria analoga.

M.C.D. 2018

omnibus analogis secundùm formam, & essentiam; poteramus in hac disputatione analogorum, longius spatiari, si instituti ratio ita postulasset; verùm cum non instituerimus agere de analogia in communi, sed de analogia Entis, solum ea proposuimus, sine quibus illa commodè intelligi non poterat: si quis tamen cupit in hac re affatim sitim explere, adeat vberrimos, & limpidissimos fontes, D. Tho. dico, in loco superiori, Caietanum acutissimum, in duobus opusculis aureis, à se editis de nominum analogia, Ferrariensem 1. contra Gen. cap. 34. Dialecticos in Antecategorijs, & Metaphysicos 4. Metap. cap. 2.

D. Thom.
Caietan.
Ferrar.

Cap. VII. Num Ens sit analogum ad Ens rei, & rationis.

HActenus ea proposuimus, quæ præbent nobis aditum ad eas quæstiones, quas deinde de Ente inuestigabimus, facilius intelligendas; quibus tanquam fundamentis firmissimis constitutis, consequens est vt ad illas explicandas nostra conuertatur oratio, erunt autem illæ quatuor,

prima

prima erit de analogia Entis ad Ens rei, & rationis, secunda de analogia ad Deum, & creaturas: tertia de analogia ad substãtiam, & accidentia; & tãdem quarta erit de illius conceptu, quibus omnibus absolutis, finem etiam huic nostro primo libro imponemus.

Vt igitur à prima disputatione initium ducamus, non est leuis controuersia inter viros eruditos, sitne Ens homonymum, vel potius analogum, ad Ens rei, & rationis. Sunt enim quidam qui tuentur acerrimè Ens esse purè homonymum ad hæc duo membra. Hãc sententiam profitentur Paulus Soncinas, 4. Metaph. q. 5. & 10. q. 1. Chrysostomus Iauellus in disputatione de tranfcendentibus, cap. 1. & 1. lib. Metaph. q. 1. Zimara, in sua tabula, verbo Ens, agens de eius diuisionibus, & in contradictionibus 6. lib. Metap. cõtradictione prima; Antonius Trombeta, & Sirecti, ex Scotistis idem opinantur; ille quidem, primo Metaph. q. 1. ad primum, hic verò in suis formalitatibus: & Franciscus çumel in Comm en. 1. par. q. 13. art. 5. q. 1. conclu. 3. quam opinionem Soncinas, & alij multis argumentis confirmare nituntur: sit igitur primum.

Soncinas. Iauellus. Zimara. Trombe. Sirecti. çumel.

Nulla res vocari potest analoga, nisi in habitudine ad ea, quibus ratio significata nomine illi? potest cõuenire; sed ratio significata nomine Entis, nulla ratione potest conuenire Enti rationis, ergo Ens non erit analogũ

1. Argum?

M.C.D. 2018

ad Ens rei, & rationis. Assumptionẽ ità confirmamus. Ratio significata nomine Entis, est substantia, vel accidens; sed Ens rationis, neque est substantia, neque accidens, ergo ratio significata nomine entis non conuenit Enti rationis.

2. Argum. Secundum argumentum. De eisdem de quibus dicitur Ens analogicè, potest enunciari esse, vel existentia; sed de Ente rationis, non potest enuntiari existentia; ergo Ens nõ dicitur analogicè de Ente rationis. Cõfirmatur assumptio. De quo non potest dici essentia, neque poterit dici existentia, quia existẽtia est terminus, & actus essentiæ; sed de Ente rationis non potest dici essentia; eo quod illa neque habent, neque possunt habere essentiam, ergo neque poterit de eis dici existentia.

3. Argum. Præterea, inter analoga interuenire debet aliqua similitudo, sed inter Ens rei, & rationis nulla similitudo interuenit, quia esse Entis rationis non est esse, at verò esse Entis rei, est esse verè, & propriè; ergo Ens non dicitur analogicè de Ente rei, & rationis.

4. Argum. Deinde, quemadmodum sese habent homo viuus, & pictus; ita quoque se habent Ens rei, & rationis; etenim vt homo pictus ex eo dicitur homo, quia est similitudo hominis viui: ita quoque Ens rationis ex eo erit Ens; quia est imago quædam Entis rei, sed homo

dicitur

dicitur homonyme de homine viuo°, & picto, vt auctor est Arist. in antecategorijs, in diffinitione homonymorum, ergo Ens dicitur homonymè, de Ente rei, & rationis.

Adhæc, in analogis vnum ex eis, vel est signũ, vel causſa alterius; quemadmodum in ſanitate, vrina est signum illius, medicina verò est eiusdem causſa; sed Ens rationis, neq; est signum, neque causſa Entis rei, vt est satis perspicuum, ergo Ens non erit analogum ad Ens rei, & rationis. 5. Argum.

Sextum argumentum. Illud ens constitui debet analogum, quod est obiectum primæ Philosophiæ; quia Arist. 4. lib. Metaph. constituens prius obiectum primæ Philosophię esse Ens, docet deinde illud esse analogum secundùm attributionem; eo modo quo sanum, sed obiectum primæ Philosophiæ nõ complectitur Ens rationis, iuxta Arist. 6. Metaph. cap. 2. docentem Ens in anima, ꝙ est Ens rationis, reijciendũ esse à prima Philosophia, ergo Ens non erit analogum ad Ens rei, & rationis. 6. Argum.

Septimum argumentũ. Maior distantia reperitur inter ens rei, & rationis, quàm inter Deum, & creaturas, ergo reperietur inter illa minor conueniẽtia; sed Deus, & creaturæ conueniunt in analogia entis, ergo ens rei, & rationis non conueniunt in analogia, sed in sola significatione vocis homonymæ, 7. Argum.

M.C.D. 2018

quæ est minor conuenientia, quàm conuenie
tia secundùm analogiam. Denique si ens es
8. Argum. set analogum ad ens rei, & rationis, illud es-
set vnum aliqua vnitate: cùm omne analogu
aliqua vnitate sit vnum, hoc autem fieri nul
la ratione potest. quod ita cõfirmo, si ens es-
set vnum aliqua vnitate ad hæc duo mem-
bra, vel illa vnitas esset vnitas rei, vel ratio-
nis; sed non potest inprimis esse rei, quia ita
non conueniret enti rationis, neque deinde
potest esse rationis; quia si hoc esset, non cõ
ueniret enti rei: ergo ens nullam obtinebit
vnitatem ad ens rei, & rationis, & ex conse-
quenti neque poterit esse analogum.

Cap. VIII. In quo vera sententia explicatur.

HAec hi viri eruditi suã opinio-
nem confirmant. Verùm neq;
ipsorum auctoritas, quæ non
est vulgaris, neque proposita
vis argumentorum, poterunt
nos à contraria opinione, quæ est Ens nõ ho
monymè, sed analogicè dici de ente rei, &
rationis, vllo modo reuocare: præsertimque
cum cernamus magni nominis Philoso-
phos, hanc sententiam amplexos fuisse: ex
D. Thom. quorum numero sunt D. Tho. q. [illegible] de verita
te, ar-

M.C.D. 2018

te,art.11.ad 5.& in Commentarijs in cap.2. lib.4.Metap. Capreolus in 1.dist.2.q.1.in so lutionibus argumentorum contra 9. cõclu. Caietanus in libello de nominum analogia cap.8. Aquarius 4.Meta.q.1.M. Vincentius Iustinianus in suis eruditissimis institutioni bus lib.3.cap. 10. in quæstione proposita in illo. Petrus Fonseca in eodem lib.4. cap.2. q.1. sec.7.& plerique alij; vnde in explicatio ne huius opinionis sit prima assertio. Capreol. Caieta. Aquarius. Fonseca.

Ens non dicitur pure homonymè de ente rei,& rationis. Hanc assertionem his argu mentis confirmamus, primum est. Obiectum alicuius sententiæ, debet esse vnum aliqua vnitate, sed ens quod suo ambitu cõtinet ens rei,& rationis, est obiectum primæ Philoso phiæ, erit ergo vnum aliqua vnitate, vel sy nonymiæ, vel analogię; sed non est vnum v nitate synonymię, vt est perspicuum, ergo e rit vnum vnitate analogiæ. Vt tamen huius argumẽti vis facilius multo perspici queat, erunt singulæ illius propositiones explican dæ. Propositionem constituit Arist. 4. Me ta.cap.2.& lib.11.ca. 6. quam etiam in hũc modum suademus, diffinitio est vna oratio, ergo quod diffinitur, debet esse vnum. An tecedens est Arist.1. de interpreta. cap. sed quod diffinitur in quauis scientia est illius subiectum, ergo subiectum in omnibus sciẽ tijs debet esse vnum. Præterea assumptionẽ 1. Assertio. 1. Argum.

 auctо-

M.C.D. 2018

auctoritate itidem Arist. confirmamus, qui 4. lib. Meta. cap. 2. docet obiectum primæ Philosophiæ, quod est ens in communi, esse homonymum ab vno, & ad vnum; ambireq; illud sub se negationes, & priuationes, sed negationes, & priuationes, ex consensu omnium Philosophorum, præsertimque Thomistarum, sunt entia rationis, ergo obiectũ primæ Philosophiæ continebit etiam entia rationis. Præterea, obiectum cuiuslibet potentiæ, debet esse vnum aliqua vnitate; intercedit enim inter potentiam, & obiectũ, aliqua similitudo, & facultates desumunt naturam, & essentiam à suis obiectis, & ex consequenti vnitatem; sed obiectum adæquatũ intellectus est ens commune enti rei, & rationis; intellectus enim non solùm apprehendit ens rei, verum etiã & ens rationis, ergo ens commune enti rei, & rationi erit vnum aliqua vnitate; quæ cùm non sit synonymiæ erit analogiæ. Adhæc, magis differunt ens finitum, & infinitum, vt Deus, & creaturæ, quam ens rei, & rationis; quia inter hæc duo posteriora, est distantia finita, inter alia verò priora est infinita; sed ens commune enti finito, & infinito, dicitur de illis secundum analogiam, vt ostendemus deinde; ergo ens quod effertur de ente rei, & rationis, dicetur secundum analogiam. Tandem illud ens de quo concluduntur proprietates, est vnum aliqua

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum

M.C.D./2018

aliqua vnitate; sed de ente cõmuni enti rei, & rationis, concludimus vnum, verum, bonum, & alias proprietates; etenim non solũ ens rei, verumetiam & rationis est in se indiuisum, & ita erit vnum, & apprehenditur ab intellectu, ob quam causam dicetur verum, ergo ens commune enti rei, & rationis erit vnum aliqua vnitate; quæ cùm non sit synonymiæ, erit analogiæ.

Secunda assertio. Ens est analogum secũdum attributionem, ad ens rei, & rationis. 2. Assertio.

Confirmatur assertio his argumentis. Primum est, Ens quod est commune enti rei, & rationis est homonymum ab vno, & ad vnũ; sed quæ suut hac ratione homonyma sunt analoga attributionis, vt docuimus in cap. superiori, ergo ens erit analogum secundũ attributionem ad ens rei & rationis. Confirmatur propositio Arist. 4. Metaph. cap. 2. postquam docuit ens esse homonymum ab vno, & ad vnum, diuidit illud in substantiã, quantitatem, qualitatem, negationes, & priuationes; sed negationes, & priuationes sunt entia rationis, ergo ens erit homonymũ ab vno, & ad vnum, ad ens rei, & rationis. 1. Argum.

Deinde, eodem modo alicui competit ratio subiecti, quo conueniunt illi proprietates ab eo dimanantes, sed proprietates entis conueniũt enti rationis per attributionem ad ens rei, vt esse verum, vel intelligi posse conue- 2. Argum.

M.C.D. 2018

nit entirationis per attributionem ad ens rei: est n. ens rationis, intelligibile per ens rei. Quemadmodum negatio cognoscitur per affirmationẽ, & priuatio per habitum; ergo ens erit analogum secundum attributionem ad ens rei, & rationis. Præterea D. Tho. in locis superioribus profitetur, ens q̃ dicitur de ente rei, & rationis, esse eo modo analogum, quo sanum: quod dicitur de animali, & de vrina sana; sed sanum est analogũ secundùm attributionem, ergo & ens quoq; erit analogum secundùm attributionem.

3. Argum. D Thom.

3. Assertio. Tertia assertio. Ens non solùm secundũ attributionem, verum etiam secundùm proportionem est analogum ad ens rei, & rationis. Hanc assertionem ita ostendimus, Si ens solùm esset analogum secundùm attributionem ad ens rei, & rationis, sequeretur, vt solum ens rei, quod est membrum præcipuũ huius analogiæ, esset ens intrinsecè, & secũdum essentiam; hoc enim commune est omnibus analogis solius attributionis, vt exposuimus in capite sexto, sed ens rationis non est ens extrinseca denominatione, sed intrinseca, & secũdum essentiam; quemadmodum etiam est vnum secundum essentiam, ergo ens commune enti rei, & rationis, erit analogum secundum proportionem. Præterea, quemadmodum se habet ens rei ad suum esse, ita quoque & ens rationis se habebit

1. Argum.

bebit ad ſuum; quẽadmodum n. ens rei dici tur ens per ſuum eſſe, ita & ens rationis dici tur ens per ſuum eſſe; ſed hæc eſt analogia ſecundùm proportionem, ergo ens erit ana logum proportionis ad ens rei, & rationis.

Cap. IX. in quo diſſoluuntur rationes Soncinatis, & aliorum.

EXplicata in ſuperiori capite noſtra opinione, cõſequẽs eſt, vt argumentis propoſitis à Sõ cinate, & ab alijs ſatisfaciam⁹. Ad primum reſpondemus, ra- Ad. 1. tionem nomine entis ſignificatam, non eſſe hoc diſiunctum ſubſtantia vel accidens; quẽ admodum in alia quæſtione ſibi perſuaſerat Soncinas; ſed eſſe ipſummet eſſe, abſtrahens à ratione ſubſtantiæ, & accidentis, quod eſt tamen vtrique commune ſecundùm analo- giam. Ad ſecundum reſpondemus, ens ratio Ad 2. nis vtrunque obtinere eſſentiam, & exiſten- tiam, quid tamen hæc duo ſint in ente ratio- nis eſſentia, & exiſtentia, duobus modis illud poſſumus explicare. Quidam enim dicunt eſſentiam entis rationis, nihil aliud eſſe quã poſſe denominare aliquod ſubiectum, vt eſt cognitum ab intellectu; exiſtentiam verò eſ- ſe denominationem illius ſecundum actum;

vnde

M.C.D. 2018

vnde quemadmodum essentia accidentis rei est posse inhęrere subiecto, existentia verò est actu inhærere: pari ratione denominare posse ens rei, erit essentia entis rationis, actu verò denominare erit illius existentia. Alij verò multo verius arbitrantur tam essentiam quàm existentiam entis rationis, petendam esse, non à subiecto quod denominant, sed ab intellectu. Vnde eo modo se habebũt entia rationis ad intellectum, quo accidentia rei ad subiectum; & ita quemadmodum accidentia rei, per habitudinem ad subiectum secundùm actum, habent existentiam, per habitudinem verò secundùm potestatem, obtinent essentiam, eadem ratione, per habitudinem ad intellectum secundùm actum, vt scilicet actu illa apprehenduntur ab intellectu, entia rationis obtinebunt existentiam; at verò, vt referuntur ad intellectum secundum aptitudinem, vt scilicet possunt ab illo apprehendi, quamuis actu non apprehendantur, suam naturam, & essentiam consequentur. Ad tertium respondemus. Inter ens rei & rationis, intercedere similitudinem non vnam, & eandem simpliciter, & synonymã, sed analogam, & secundum quid. Ad quartum respondemus. Admittentes eodem modo se habere ens ad ens rei, & rationis, quo se habet homo ad hominem pictum, & viuũ; at homo non dicitur purè homonymè de vi

1. Solutio.

Ad 3.

Ad 4.

uo,

M.C.D. 2018

uo,& picto;cùm dicatur de picto,ex eo q̃ re fert imaginem viui. Quòd si Arist.in Antecategorijs docet, hominem dictum de viuo, & picto esse homonymum,ex eo est, quia cũ analoga sub homonymis à consilio contineã tur,sæpe fit, vt ea quæ sunt verè analoga,nũ cupẽtur homonyma;viide & hæc dicta sunt homonyma,non quia verè ita sint , sed quia sub homonymis à consilio comprehendun-tur,sub quibus omnia analoga continentur.

Ad quintum respondemus inprimis,in ana- Ad 5.
logis secundùm proportionem non esse aliquod ex membris analogatis,vel signum,vel causam alterius,quemadmodum pes animalis,neque est signum,neque cassa pedis montis,de quibus dicitur pes secundùm analogiam proportionis. Deinde falsum est, ens rationis,neque esse signum , neque causam entis rei; quia nomina, verba, orationes, & enuntiationes secundùm essentiam,& significationem,sunt entia rationis,quæ tamen significant entia rei,non tanquam signa, vt dicunt formalia,sed tanquam signa instrumentalia; quæ ex hominum instituto ortum habent. Præterea ens rationis est effectus entis rei,scilicet intellectus, non primo, & per se, sed secundario productus: quia primus effectus intellectus , est intellectio, verùm quia ad intellectionem, sequitur in rebus eas esse genera, vel species, subiecta , vel attributa,

quæ

M.C.D. 2018

quæ sunt entia rationis ; ob hanc causſam ens rationis ſecundario producetur ab intel

Ad 6. lectu. Ad ſextum dicimus, ens rationis duo- bus modis ſumi poſſe, primò, vt habet na- ram, & eſſentiam, ſecundò, ea ratione qua af ficit, & denominat entia rei: vt notio generi ca ſumi poteſt, vel ea ratione qua eſt vniuer- ſum formale, & ens rationis Logicum; quæ conueniunt illi ſecundùm eſſentiam ; vel ea ratione qua denominat animal, vel arborem genus : ſi ens rationis ſumatur ſecundo mo- do, reijci debet ab obiecto primæ Philoſo- phiæ , quia prima Philoſophia non agit de notionibus ſecundis, vt denominant primas, cum hoc ad munus, & officium Dialectici at tineat. Si verò primo modo vſurpetur, ſpe- ctat ad primam Philoſophiam agere de en- te rationis; illi enim incũbit ex proprio mu- nere, de rerum omnium eſſentijs diſputare.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondemus, maiorem eſſe diſtantiam inter ens rei, & rationis, quàm in ter duo entia rei , ſi vtrumq; fuerit finitum, quòd ſi vnum fuerit finitum, & alterum infi nitum, res è conuerſo ſeſe habebit , quia ma ior erit diſtantia inter duo entia rei, quàm in ter ens rei, & rationis; maior ſiquidem diſtã tia eſt inter ens finitum, & infinitum , quàm inter quælibet alia duo entia finita. Reſpon demus etiam maximam eſſe latitudinem in eodem genere diſtinctionis , quia quædam

magis

M.C.D. 2018

magis & alia minus differunt, quemadmodum omnes homines solo numero inter se distinguuntur, nihilominus tamen magis differunt duo homines, quorum vnus sit mediocris, & alter vastæ magnitudinis, quàm alij duo qui obtinent æqualem, & parem magnitudinem. Et ita intra genus analogiæ erit latitudo secundùm distinctionem; quare magis distinguẽtur secundùm analogiam, ens finitum ab infinito, vt Deus à creaturis, quàm ens rei ab ente rationis. In dissoluendo vltimo argumento Bonetus 1. lib. suę Metaphysicæ cap. 6. & alij Scotistæ existimant ens habere vnicum conceptum, & esse synonymũ ad ens rei, & rationis. Hi tamen auctores maximè decipiuntur; quia vbi natura superior prius dicitur de vno ex inferioribus, quàm de altero, non potest vnitas conceptus, vel synonymiæ interuenire, & ita cùm ens prius dicatur de ente rei, quam de ente rationis, vt de affirmationibus, quàm de negationibus, & de habitibus, quàm de priuationibus, non poterit illud dici synonymè de ente rei, & rationis. Reiecta igitur hac solutione Capreolus in 1. dist. 2. q. 1. ad finem in solutione sextæ rationis, pro secundo supposito aduersus nonam assertionẽ docet esse vnicum cõceptum, & vnam rationem ad ens rei, & rationis, non simpliciter, & absolutè, sed secundùm solam attributionem; quę ratio inquit, neque

Bonetus, & Scot.

Reiciũtur Scot.

Capreol.

M.C.D. 2018

neque enim ens rei, neque rationis, sed est a-
uulsa ab illis, & indifferens ad vtrunque. Re
spondere tamẽ possumus, esse in ente vnam
rationem, & conceptum: hanc tamẽ non es-
se præcisam, & separatam ab ente rei, & ra-
tionis; quemadmodum natura animalis est
præcisa à participe, & experte rationis, sed
includere eam vtrumque membrum, ea ra-
tione qua retinent similitudinem aliquam se
cundum analogiam in ente; vnde cùm hic
conceptus, vel ratio entis, tam rationem en-
tis rei, quàm rationis includat, poterit de en
te rei, & rationis dici. Verum hanc solutio-
nem facilius multo intelligemus inferius, a-
gentes de conceptu entis.

Legitima solutio.

Cap. X. Sitne ens homonymum ad Deum, & creaturas.

ABsoluta priori quæstione de analogia entis, sequitur altera de eadem analogia multo difficilior disputanda, an scilicet ens sit analogum ad Deum, & creaturas, vel qua ratione sit affectum ad illa: & quidem si veterum monumenta diligẽter percurramus, inueniemus nonnullos Philosophos existimasse ens purè homonymè dici de Deo, & creaturis, & non analogicè.

Ita do-

M.C.D. 2018

Ita docuit Rabi Moyses, vt auctor est D. Thom. q. 7. de potentia, art. 7. ita etiam arbitratur Aurcolus apud Capreolum, in 1. dist. 2. q. 1. quorum opinionem his argumentis possumus confirmare.

Aureolus.

Primum est, In omnibus analogis interuenire debet aliqua ꝓportio, sed inter Deũ, & creaturas, nulla est proportio; ergo inter Deum, & creaturas nulla erit analogia, sed pura homonymia. Confirmatur assumptio, inter ens finitum & infinitum nulla est proportio, sed Deus est ens infinitum, creaturæ verò sunt entia finita, ergo inter Deum, & creaturas nulla erit proportio.

1. Argum.

Secundum. Quando aliquid effertur secũdum nomen, & non secundùm rationẽ, prędicatur purè homonymè, sed sapientia prædicatur de Deo, & creaturis, secundùm nomen, non tamen secundum rationẽ, ergo prędicabitur de illis homonymè. Confirmatur assumptio, amoto genere, amouetur ratio significata per nomen, vt si amouetur substantia, quę est genus animalis, illicò amoueri debet animal; sed sapientia quæ reperitur in creaturis, est qualitas in ratione generis, quę amouetur à sapientia diuina; quia sapientia in Deo non est qualitas; ergo nulla erit ratio eadem quæ conueniat vtrique sapientiæ; cũ igitur sit eadem ratio entis, & sapientiæ, sequitur ens dici purè homonymè de Deo, &

2. Argum.

M.C.D. 2018

creaturis.

3. Argum. Tertium. Eadem est ratio entis, & causæ, vt dicũtur de Deo, & creaturis, sed causa dicitur homonymè de illis; quia Deus est causa homonyma, pleræque verò creaturæ sunt causæ synonymæ, ergo ens etiam dicetur synonymè de Deo, & creaturis.

4. Argum. Quartum. In omnibus analogis interuenire debet aliqua similitudo: sed inter Deũ, & creaturas nulla interuenit similitudo, iuxta illud: Deus quis similis tibi? ergo. Confirmatur argumentum, magis distant Deus, & creaturæ, quàm linea, & paternitas, sed inter lineam, & paternitatem nulla interuenit similitudo, ergo.

Psalm. 82.

Cap. XI. In quo vera sententia explicatur.

D. Thom. Theol. HAec tamen sententia, & cõmuni Theologorum consensui aduersatur, vt videre licet apud D. Thomam, 1. p. q. 13. art. 5. q. 7. de pot. arti. 7. & 1. contra Gen. cap. 34. & apud alios Theologos in 1. dist. 25. & 26. quando agunt de persona: & veritati ipsi apertissimè contradicit. Quod vt omnibus perspicuum fiat, proponendæ erunt duæ diuisio-

M.C.D. 2018

uiſiones, quarũ vna erit ſynonymorũ, & altera homonymorũ; ex quib⁹ deinde verã & legitimam huius quæſtionis explicationẽ colligemus. Synonyma igitur in duas partes ſunt diſtributa, in Logica, vel Metaphyſica, & in Phyſica. Illa dicuntur ſynonyma Phyſica, quorum ratio eſt communis, & ex æquo participata à ſuis inferioribus, vt exiſtit in illis; qua ratione natura humana eſt ſynonyma, quia eſt illa communis omnibus indiuiduis, vt Dominico, & Thomæ, in quibus ex æquo reperitur. Hoc autem genus ſynonymorum in ſolis ſpeciebus atomis inuenitur, & non in generibus; quia in his, propter inæqualitatẽ differentiarũm, quæ in ſpeciebus reperitur, non poterit natura ex æquo participari: at cum natura ſpeciei, non contrahatur ad indiuidua per differentias inæquales, ex æquo ipſa in indiuiduis reperietur. Illa verò dicũtur ſynonyma Logica, vel Metaphyſica, quorum ratio, vt concipitur ab intellectu, ex æquo reperitur in ſuis inferioribus; qua ratione corpus eſt natura ſynonyma, ad corpora ſuperiora, & inferiora, quia eius ratio quæ eſt conſtare trina dimenſione, vt apprehenditur ab intellectu, ex æquo reperitur in illis, quamuis excellentiori modo in ſuperiorib⁹, quàm in iſtis exiſtat. Totidem etiam ſunt homonymorum genera Phyſica ſcilicet, & Logica, vel Metaphyſica. Phyſica illa nuncupã-

tur.

Diuiſio ſynonymorum.

Quæ dicãtur ſynonyma Logica.

Quæ homonyma Phyſica.

M.C.D. 2018

tur, quæ vt ſunt à parte rei, inæqualiter participantur à ſuis inferioribus; qua ratione omnes naturæ genericæ ſunt homonymæ; quia illæ nobiliori modo reperiuntur in vna, quàm in altera, ex ſuis ſpeciebus: vt animal, nobiliori modo reperitur in homine, quàm in equo: atque hoc erat quod docebat Ariſt. 7. Phy. ca. 4. iuxta genera latere æquiuocationes, vel contineri multa; eo quod natura generis præſtãtiori modo reperitur in vna ſpecie quàm in altera. Illa verò ſunt homonyma, homonymia Logica, vel Metaphyſica, quæ in nulla natura conueniunt, ſed in ſola nominis ſignificatione; qua ratione canis eſt homonymum ad canem cœleſtem, domeſticum, & marinum, quia illis nullam habet rationem communem, ſed ipſum ſolum nomen. Ortum autem habent hæc duo genera ſynonymorum, & homonymorũ, ex diuerſa ratione conſiderandi res ipſas; nam quia Philoſophus contemplatur res, ea ratione qua exiſtunt à parte rei, illam naturam appellat ſynonymã, quæ vt exiſtit à parte rei, ex æquo reperitur in ſuis inferioribus; alteram verò quæ diuerſa ratione in illis exiſtit, vocat homonymam; at verò quia Logicus, & Metaphyſicus verſantur in rebus explicãdis, ea ratione qua apprehenduntur ab intellectu, illas naturas profitentur eſſe ſynonymas, quæ vt ſunt in intellectu, ex æquo refe-

Quæ homonyma Logica.

runt

runt ſua inferiora,& dicuntur de illis. Illas tamen naturas,quæ vt ſunt in intellectu,neque referunt ex æquo, neque dicũtur de ſuis inferioribus,vocant homonymas. His diuiſionibus conſtitutis, vt veritatẽ explicem⁹, ſit prima aſſertio.

Ens,& quælibet alia nomina quæ de Deo & creaturis efferuntur, dicuntur de eis homonymè homonymia Phyſica. Confirmatur his duobus argumentis. 1. Aſſertio.

Primum eſt. Illa natura quæ vt eſt à parte rei, nobiliori modo reperitur in vno quã in altero ex ſuis inferioribus, eſt homonyma homonymia Phyſica, ſed natura entis nobiliori modo reperitur in Deo, quàm in creaturis,ergo erit homonyma homonymia Phyſica. 1. Argum.

Secundum argumentum. Quælibet natura generica,vt dictum eſt ex Ariſt.7.Phyſi. cap.4.eſt homonyma homonymia Phyſica, ergo natura entis cùm ſit communior, erit etiam homonyma,hoc eodem genere homonymiæ. 2. Argum.

Secunda aſſertio. Ens & alia nomina quę de Deo,& creaturis efferuntur, non dicuntur de eis homonymè, ſecundum homonymiam Logicam,& Metaphyſicam. Confirmatur his rationibus. 2. Aſſertio.

Prima eſt. Vbi eſt pura homonymia,nulla intercedit ſimilitudo; ſed inter Deum, & 1. Argum.

M.C.D. 2018

creaturas, intercedit similitudo in entitate, vnitate, bonitate, & in alijs attributis, ergo eis non dicetur de eis homonymè.

2. Argum. Secunda. In his quæ dicuntur homonymè, neque ratio aliqua, neque vllus ordo, secundum prius & posterius in significatione nominis reperitur; sed in nomine entis, & in alijs nominibus, quæ de Deo, & de creaturis prædicantur, reperitur ratio, & ordo prioris & posterioris; quia hæc attributa prius dicũtur de Deo, quàm de creaturis, ratione rei significatæ; quemadmodum & omnia alia attributa, quæ sunt communia causſæ, & effectui, prius dicuntur de causſa, quàm de effectu, ergo, &c.

3. Argum. Præterea in homonymis ex cognitione vnius, non possumus deuenire in cognitionẽ alterius; quemadmodum ex cognitione canis domestici, non possumus deuenire in cognitionem syderis cœlestis; sed ex creaturis deuenimus in cognitionem Dei Opt. Max. vt testantur sacræ literæ ad Romanos 1. In uisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: & Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. Imo ob hanc causſam, hic mundus videtur à Deo conditus, vt ex eius miro opificio, ipsum Deum opificem cognosceremus; non ergo cre-

Ad Rom. 1

Sapien. 13.

gorens dicetur homonymè de Deo, & creaturis.

Argumentis verò propositis ita satisfaciDissoluun
mus. Ad primum dicimus ex D. Thom. 1. p. tur argu.
q. 12. art. primo ad quartum, & q. 8. de veri- proposita.
tate, art. 1. ad sextum, & 3. contra Gen. cap. D. Thom.
54. duplicem esse proportionem, vnam propriam, & alteram communi quadam rationne dictam. Propria est ea quæ in rebus Ma- Duplex p
thematicis reperitur; vt est proportio dupli portio pro
ci ad dimidium. Altera verò est quælibet ha pria, & cõ-
bitudo vnius ad alterum. Inter infinitum er- munis.
go & finitum, nõ est proportio propria, quæ tantùm reperitur in his quę sunt affecta quãtitate; quales sunt res Mathematicæ; est tamen altera proportio communis, quæ intercedit inter quamlibet causam, & suum effectum, & inter actum, & potestatem; est siquidem Deus, cui soli ratio infiniti, secundùm essentiam potest conuenire, causa, & actus purus: creaturæ verò sunt effectus, & habent permixtam potestatem.

Ad secundum resp. nõn contuneri aliqua 2. Argum.
sub eodẽ genere, auferre quidẽ synonymiam ab eis; non tamen analogiam, quemadmodùm vrina sana, & medicamentum sanum, genere differunt, cùm vnum eorum, scilicet vrina, sit in genere signi, & alterum sit in genere causæ; quæ tamen sunt analoga attributionis, & ita quamuis sapientia creata, & diui-

M.C.D. 2018

na genere differant, ex eo non colligitur sapientiã non dici de eis secundum analogiã, sed tantum colligitur non dici secundum synonymiam. Ita huic argumento satisfacit D. Thomas q. 7. de Potentia art. 7. ad 2.

D Thom.

3. Argum. Ad tertium respondemus, hæc esse inter se multum diuersa, Deum esse caussam homonymam, & rationẽ caussæ prædicari homonymè de Deo, & creaturis. Dicitur enim Deus caussa homonyma, quia non producit effectum sibi similem in natura; ratio tamen caussæ non dicitur homonymè, eóque illa non solùm secundùm nomen, verùm etiam & secudum rationẽ effertur de Deo, & creaturis; quemadmodum etiam corpora cælestia sunt caussæ homonymæ, de quibus tamẽ & de his rebus inferioribus, non dicitur homonymè ratio caussæ.

Ad vltim. Ad vltimum respondemus, Inter Deum & creaturas interuenire aliquam similitudinem, non synonymam, sed analogam: nõ quà Deus sit similis creaturis, sed qua creaturæ sunt similes Deo: est autem hæc similitudo qualis reperitur inter imaginem, & rem quã repræsentat; sunt enim creaturæ veluti imagines, & adumbratæ similitudines referentes nobis diuinam naturam. Ad cõfirmationem verò dicimus esse multum diuersam rationem inter lineam, & paternitatem; quàm sit inter Deum, & creaturas; quia neque linea est

Ad confir.

M.C.D. 2018

nea est causa, vel principiũ paternitatis, neq; è conuerso, ob quam rationem, nulla interueniet inter illa similitudo: at vero Deus est causa, & principium omnium creaturarũ; & ita inter ipsum & creaturas interuenire debet illa similitudo, quæ inter principium, & inter id quod ortum habet à principio reperitur.

Cap. XII. An Ens dicatur synonymè de Deo & creaturis.

QVM constet ex capite superiori, Ens non dici homonymè de Deo, & creaturis, restat inuestigemus, efferatur ne de eis saltim synonymè, Scotus enim in 1. dist. 3. q. 1. & 3. & dist. 8. & 4. Meta. q. 1. Antonius Andreas in eodem lib. q. 1. Trombeta q. 2. Bonetus 1. lib. suæ Meta. cap. 6. & Nominales, vt Ochamus, & Gabriel in 1. di. 2. q. 9. Gregorius in eadem 2. dis. 8. q. 3. existimant, Ens dici synonymè de Deo, & creaturis. Quam opinionem vt explicent Scotisq; distinguũt triplicem synonymiam, Physicam, Logicam, & Metaphysicam. Physica est vnitas naturæ indiuisibilis omnino formaliter, quæ à parte rei in multis indiuiduis reperitur: hæc tamẽ synonymia in sola spe-

Scotus. Andreas. Tromb. Bonetus. Ocham. Gabriel. Grego.

Triplex synonymia secundum Scotistas.

M.C.D. 2018

cie atoma, & non in superioribus generibus potest reperiri; quia genera non habent vnã naturã formaliter indiuisibilem; species autem quælibet indiuisibilis est secundùm formam, & essentiam. Metaphysica dicitur vnitas naturæ abstractæ per intellectum, à proprietatibus singularibus, & differentijs contrahẽtibus, ea ratione, qua ab ea separamus omnem secundam notionem denominantẽ. Logica verò est hæc ipsa natura auuisa à proprietatibus singularibus, vt afficitur tamẽ aliqua notione secunda, vel generis, vel vniuersi. Qua distinctione constituta, asserũt Ens non esse synonymum synonymia Physica; quia cum sub illo tot naturæ contineantur, & genere, & specie diuersæ, fieri non poterit, vt sibi synonymia Physica adaptetur. Asserunt tamẽ, illud alijs duobus modis esse synonymum secundùm synonymiam Logicam, & Metaphysicam; etenim cum exprimat vnum conceptum, & naturã præcisam à proprijs rationibus Dei, & creaturarum, merito synonymum Metaphysicum nuncupabitur: & quia huiusmodi vna natura, affici potest aliqua notione secunda, vel attributi, vel vniuersi, vocabitur synonymum Logicum. Confirmant hanc suam opinionẽ multis argumentis, quorum primum est.

1. Argum. Conceptus certus, & distinctus, diuersus est à conceptu dubio, & obscuro, sed possu-

mus

mus certo, & distincte scire aliquod esse ens, & dubitare sit ne illud infinitum, vel finitũ, Deus, vel creatura, ergo conceptus Entis diuersus erit à conceptu creaturarum, & Dei, quare erit vnꝰ, & ex consequẽti synonymus.

Secundum, Metaphysici hoc modo progrediuntur in cognitione Dei; inprimis, cognoscunt rationem formalem alicuius attributi, vt sapientiæ verbi caussa; deinde separatis ab ea omnibus imperfectionibus, vt esse finitam, qualitatem inhærentem subiecto, & aliis huius generis, quod supereſt attribuũt Deo; sed hoc fieri nulla ratione posset, nisi sapientia, & alia attributa dicerentur synonyme de Deo, & de creaturis, ergo ea quę sunt communia Deo, & creaturis, synonymos efferuntur. 2. Argum.

Tertium, In his attributionibus, Deus est Ens, creaturæ sunt Entia, aut nomine Entis intelligimus naturam aliquam communem Deo, & creaturis, aut in prima attributione nomine Entis intelligimus Ens diuinũ; & in secũda Ens creatũ, & finitũ; sed hoc secundũ dici non potest, quia fieret, vt hæ attributiones essent idẽticæ: redderentque hunc sensum. Prima, Deus est Deus. Secunda, creaturæ sunt creaturæ; erit ergo primum verum; Ens igitur erit vna, & communis natura ad Deum, & creaturas; & ex consequenti erit synonymum. 3. Argum.

Quar-

M.C.D. 2018

4. Argum. Quartum, Si Ens non significaret communem aliquam, & sinonymam naturam, Deo, & creaturis, sequeretur, vt Deus non posset cognosci à nobis, cognitione aliqua simplici, atqui hoc videtur esse absurdum, ergo. Confirmatur propositio, Ea tantum possumus cognoscere simplici cognitione (quamdiu anima est in corpore) quæ repræsentantur in phantasmatibus illustratis lumine intellectus agentis, sed solæ creaturæ sunt, quæ repræsentantur lumine intellectus in phantasmatibus, ergo si non esset ipsis, & Dei, natura entis communis, & synonyma, nõ possemus cognoscere Deum cognitione simplici.

5. Argum. Quintum. Quidquid repugnat Deo, vt est ens, repugnat quoque creaturis, ea ratione qua sunt entia, ergo ens dicetur de ipsis synonymè. Consequentia est satis aperta, cõfirmatur antecedens. Deo vt ens est, repugnat nihilum, & non ens; sed hæc eadem repugnant creaturis, vt sunt entia, ergo.

6. Argum. Sextum. Quæ dicuntur de suis inferioribus, eodem nomine, & eadem ratione, sunt synonyma, vt constare poterit ex diffinitione synonymorum, sed ens effertur de Deo, & creaturis, eodem nomine, & eadem ratione, quia tam Deus, quàm creaturæ dicuntur entia, obtinentque eandem entis rationem, quę est habere esse, ergo ens erit synonymũ. Quod si quis dicat, ens non esse synonymũ,

quam-

M.C.D. 2018

quamuis dicatur nomine,& ratione de Deo & creaturis,ex eo, quia dicitur de Deo simpliciter,& de creaturis secundum quid. Aduersus hanc solutionem ita insurgo. Ens ita est de essentia creaturarum, quemadmodũ & de essentia Dei,sed ex eo dicitur de Deo simpliciter,quia est de illius essentia,ergo dicetur quoque de creaturis simpliciter, cùm sit etiam de earum essentia.

Septimum. Omnis comparatio fieri debet in aliqua natura synonyma; quia fieri debet inter ea quę continentur sub eodem genere, vt auctor est Arist.7. Physi.cap.4,sed comparamus Deum cum creaturis in ente; dicimus enim Deum esse magis ens, quam creaturas, erit igitur ens natura quæ dicatur synonymè de Deo, & creaturis. 7. Argum.

Octauum. Illa natura quæ est mensura entitatis,& veritatis aliorum,est eiusdem rationis, & synonyma cum rebus mensuratis, auctore Arist.2.Metaph.cap.1.sed Deus est mensura entitatis,& veritatis rerum omniũ, ergo erit eiusdem rationis synonymæ cum alijs entibus. His argumentis poterit confirmari opinio Scoti,vt interim multa alia prętermittam, quæ proponit Capreolus in 1.dist. 2.q.1. 8. Argum.

Capreol.

Cap.

M.C.D. 2018

Cap. XIII. In quo contraria sententia tanquam verior explicatur.

CONtrariam tamẽ sententiam, ens scilicet, nulla ratione posse dici synonymos de Deo, & creaturis, profitentur D. Thomas in 1. par. q. 13. art. 5. q. 7. de potentia, art. 7. & 1. contra Gentes. cap. 33. Theologi, vt D. Bonauentura, Aegidius Romanus, Durandus, Argentina, & alij, in 1. dist. 25. & 26. agentes de persona, in quo loco constituunt, neque personam, neque vlla alia nomina dici posse synonymè, neque homonymè, sed analogicè de Deo, & creaturis, & Metaphysici 4. Metaph. cap. 2. Iauellus, & Sueßanus q. 1. Soncinas q. 4. Flandrẽsis q. 2. art. 3. Fonseca q. 1. Petrus Niger in 1. p. clypei Thomistarum q. 49. & Magister Sotus q. 1. Antecategoriarum. Cæterum antequam hanc opinionem confirmemus, animaduertendum erit tria esse necessaria, vt aliqua natura sit synonyma ea synonymia, quæ fuit diffinita ab Arist. in Antecategorijs, vt ferè omnes eius interpretes, in Commentarijs illius loci obseruarunt. Primum est. Vt sit nomen commune. Secundum, vt ratio, ideſt, natura essentiali, vel accidentaria,

D. Thom.
D. Bonau.
Aegidius.
Durandus
Argenti.
Iauellus.
Sueßanus
Soncinas.
Flandrẽ.
Fonseca.
Niger.
M. Scotus.

Tria sunt necessaria ad synonymiã diffinitã ab Aris.

M.C.D. 2018

ria, diffinitione explicata sit vna præcisa, & communis. Tertium, vt ex æquo participetur à suis inferioribus; hac lege, vt non efferatur de ipsis, neque secundùm prius, & posterius; neque secundùm magis, & minus: quæ si vera sunt, nō erit aduersus Scotum in hac quæstione disputandum, cū ipse nomine synonymię nō vtatur in hac significatione, sed in alia à se conficta, in qua synonymia significat vnitatē alicuius naturæ præcisam à suis inferioribus, siue de illis efferatur secundū prius, & posterius, siue quauis alia ratione, dum tamen sit vna, & communis ipsis: Vnde & nonnulli ex illius imitatoribus docuerūt cum hac synonymia, naturam synonymam simul posse esse analogam, eo quod in huiusmodi naturis, quemadmodum & in analogis datur ratio prioris, & posterioris. Agendū tamen erit aduersus eum inferius, quando disputabimus de conceptu. Nunc autem cō firmamus ens non dici synonymos synonymia proposita his argumentis, quorum primum est.

Anto. An. 4. Metaph. q. 1. in solutione 1. argum.

Quando aliqua forma communis multis, de quibusdam prædicatur in concreto, de alijs vero in abstracto, non potest esse synonyma: sed natura entis, quæ communis est Deo, & creaturis, de Deo dicitur in abstracto, de creaturis verò in concreto, ergo non poterit illa esse synonyma. Propositio est mani- 1. Argum.

M.C.D. 2018

manifesta, quia ea quæ habent naturam abstractam, sunt talia per seipsa, & à nullo iuxta talem formam dependent: concreta verò sunt talia ab abstractis, à quibus dependent secundum talem naturam; at natura, quæ de quibusdã dicitur ex se, & independẽter, de alijs verò ratione alterius, & dependenter, non potest esse synonyma. Confirmatur assumptio. De nulla creatura dicimus in abstracto eam esse ipsum esse, bonitatem, veritatem, vitam, & vnitatem; sed in cõcreto dicimus illam esse bonam, veram, viuentem, & vnam; atqui de Deo dicimus in abstracto esse ipsummet esse, vitam, veritatem, & vnitatem, iuxta illud: Ego sum via, veritas, & vita; quæ omnia sunt nomina abstracta, & quę sola proprie; & non concreta prædicantur de Deo, vt annotat D. Bernardus sermone 80. in Cantica aduersus Gilbertum Pictauorum Episcopum, asserentem concreta, & non abstracta prædicare de Deo, ergo.

Joan. 14.

D. Ber.

Secundum, Illud attributũ quod de quibusdam dicitur simpliciter, & sine vlla limitatione, de alijs verò cum limitatione, non dicitur synonymè; quia priùs competit tale attributum ei, de quo dicitur sine limitatione, quàm ei de quo effertur cum illa; sed ens dicitur de Deo, simpliciter, & sine vlla limitatione, de creaturis verò cum aliqua limitatione, ergo non dicetur de vtrisque synonymè.

2. Argu.

M.C.D. 2018

mè. Confirmatur assumptio. De nulla creatura absolutè, & sine vlla limitatione enuntiamus esse, sed cum limitatione dicimus esse humanum, vel animalis, vel plantæ, De Deo autem absolutè enuntiamus esse, vt cõstare poterit ex illis verbis Exodi 3. Ego *sum qui sum, & qui est misit me ad uos*, in quibus appellatio entis, simpliciter, & absolutè, manifeste tribuitur Deo, ergo. Probe noui à quibusdam viris eruditissimis, hanc auctoritatem non referri ad aliquod nomen diuinũ, sed ad auxiliũ quod Deus illi populo se præstiturum pollicebatur, ita enim illi vertunt. Ego ero qui ero, idest, ego Moyses qui ero tecum, te omnipotenti manu mea protegẽs; ero etiã cũ hoc populo Israelitico, illum vindicans de suis inimicis. Cæterum sancti patres, hanc auctoritatem legũt, eo modo quo fuit à nobis proposita; illamque referunt ad diuinum nomen, quod maximè exprimitur per has voces, *Sum qui sum*, vt Diuus Hieronymus in epistola ad Marcellam, de Nominibus diuinis, D. Hilarius in principio librorum de Trinitate, D. Augustinus 5. lib. de Trinitate cap. 2. & in opere peculiari de his verbis Exodi; quamuis Erasmus illud nolit esse D. Augustini.

Exod. 3.

Quorundam interpretatio.

Ita Caieta. Hieronymus ab Oleastro, Sãctes Pagninus, Burgensis Lippomanus, & alij vertunt.

D. Hiero.
D. Hilari⁹.
D. Augus⁹.
Consule.
D. Thom. 1. p. q. 13. arti. 11.

Tertiũ, Homo non dicitur synonymè de homine viuo, & picto, quia homo pictus est quædam adumbrata similitudo hominis vi

3. Argum.

M.C.D. 2018

ui; sed omnes creaturæ sunt quædam imagines, & adũbratæ similitudines, Dei Opt. Max. ergo ens nõ dicetur synonymè de Deo &creaturis. Confirmatur assumptio. Illud dicitur adumbrata similitudo alicuius quod illud repræsentat, & cum eo comparatum est ferè nihil; sed creaturæ repræsentant Deum, & cum eo comparatæ sunt fere nihil, vt constat ex Esai. cap. 40. omnes gentes quasi non sint, ante te, & Ioan. 1. *Quod factũ est in ipso uita erat*; quasi apertiùs dicat, omnes creaturæ quæ sunt per verbum diuinũ conditæ, in se cosistentes videntur esse veluti mortuæ, omnisque vitæ expertes; at in verbo diuino, sunt viuẽtes, vita diuina, ergo.

Esai. 40.
Ioan. 1.

4. Argum. Quartum, Illa non dicuntur synonyma inquibus aliquid effertur de vno quod non effertur de altero, iuxta tale nomen; sed de sapientia diuina aliquid effertur, vt sapientia est, quod non dicitur de sapientia humana; quia de diuina dicuntur bonitas, iustitia, pulchritudo, & alia innumera attributa; quę nulla ratione dici possunt de humana: sapiẽtia etenim diuina ita est sapientia, vt sit etiã iustitia, pulchritudo, & bonitas, humana verò, ita est sapientia, vt neque sit bonitas, neq; pulchritudo, ergo sapientia non dicetur synonyme de diuina, & creata, & idem iudiciũ est de ente.

5. Argum. Quintum, Magis differunt Deus & creaturæ,

M.C.D. 2018

turæ, quàm genera ſuprema, ſed generibus ſupremis non eſt aliqua natura ſynonyma communis, quia ſunt illa primò diuerſa, & primò diuerſa non poſſunt conuenire in aliqua natura ſynonyma, ergo ens non erit ſynonymum. Tandem hanc aſſertionem non obſcuris verbis profitentur D. Auguſtin. de Trinitate cap. 1. D. Hieronymus in illa verba Epheſ. 3. à quo omnis paternitas, in cælo & in terra nominatur; & D. Dionyſius cap. 5. de Miſtica Theologia; erit igitur illa vera. D. Aug. D. Hiero. D. Diony.

Cap. XIIII. In quo argumenta aliorum diſſoluuntur.

ARgumentis verò quæ in patrocinium ſententiæ Scoti, in ſuperioribꝰ propoſuimus, ita ſatisfacimus.

Ad primum reſpondemus admittentes ens obtinere vnum conceptum communem ad Deum, & creaturas, hinc tamen non rectè colligitur illud eſſe ſynonymum, cum natura entis illo conceptu repreſentata, non ex æquo reperiatur in Deo, & creaturis. Ad 1.

Ad ſecundum dicimus Metaphyſicos in principio inueſtigationis, progredi ab attri- Ad 2.

M.C.D. 2018

butis synonymis, quando inquirunt aliquod attributum in his rebus inferioribus: deinde verò in progressu, quando seiunctis ab illo omnibus imperfectionibus, illud Deo tribuunt, progrediuntur ab attributis analogis; quia hæc attributa ab omnibus imperfectionibus separata, Deoque attributa, non sunt homonyma, sed analoga.

Ad 3. Ad tertium. Dicimus in illis attributionibus, intelligẽdum esse ens, quod est vnum, & secundùm rationem abstractum à Deo, & creaturis; negamus tamen illud esse synonymũ: quia prius, & magis dicitur de Deo, quàm de creaturis.

Ad 4. Ad quartum. Dicimus duplicem posse esse cognitionem Dei simplicem, vnam adęquatam, & perfectam, & alteram inadęquatam, & imperfectam; illa prima in nulla natura creata potest reperiri. Nullus enim intellectus creatus potest comprehendere diuinam naturam; posterior verò à quolibet intellectu potest obtineri, illuminatis siquidẽ phantasmatibus, cognitaque natura in eis repræsentata per simplicem apprehensionem simul cognoscitur in eadem cognitione ipse Deus; quia cognita imagine, simul quoque cognosci debet res quam repræsentat, creaturæ verò sunt quædã imagines Dei. Alias solutiones proponit Ferrariensis 1. contra Gen. cap. 32. quas consulat cui libitũ fuerit.

Ferrarien.

Ad

Ad quintum. Reſpondemus negandam eſſe conſequentiã; quia ad hoc, vt quicquid repugnet Deo, repugnet quoque creaturis, ſat eſt naturã entis in Deo, & creaturis, eſſe analogam, & non eſt neceſſe illam eſſe ſynonymam. Ad 5.

Ad ſextum. Reſpondemus ad ſynonymiam præter nomen, & rationem communem neceſſarium eſſe, vt huiuſmodi ratio ex æquo participetur a ſuis inferioribus, quod nullo modo competit enti, vt effertur de Deo & de creaturis. Ad confirmationem reſpondemus, ens ſumi poſſe vel vt ſignificat eſſentiam, vel vt ſignificat exiſtentiam; ſi hoc poſteriori modo ſumatur, non eſt alicuius creaturæ attributum eſſentiale; quia in ſolo Deo exiſtentia eſt ſua eſſentia; ſi verò priori modo vſurpetur, eſt attributũ eſſentiale, tam Dei, quàm creaturarum, non tamen dicitur ſimpliciter, & ſine limitatione, de creaturis, quia dicitur de eis cum dependentia ad Deum, & per participationem diuinæ naturæ. Ad 6.

Ad ſeptimum. Reſpondemus comparationem non tantùm fieri inter ſynonyma, ſed etiam inter analoga; quemadmodũ Ariſto. comparat in ratione naturæ materiam cũ forma, 2. Phyſi. cap. 1. de quibus dicitur natura analogicè, cùm prius, & magis dicatur de forma, quàm de materia; vt in Com- Ad 7.

M.C.D. 2018

mentarijs illius loci, cum Arist. docuimus: & ita comparamus Deum cum creaturis in natura entis, non tanquam in synonyma, sed tanquam in analoga natura.

Ad 8. Ad octaum. Respondemus cum D. Tho. 1. p. q. 13. art. 5. ad tertium duplicem esse mensuram, vnam proportionatam, qualis est albedo respectu colorum; quia vtrunque & mensura, & mensuratum, sunt res finitæ: & alteram improportionatam, quando scilicet vnum eorum est finitum, & alterum infinitum. Mensura ergo, & mẽsuratum primi generis, sunt eiusdem naturæ synonymæ; at verò mensura, & mensuratum, secundi generis, non sunt eiusdem naturæ synonymæ; & ita cùm Deus sit mensura infinita, & improportionata creaturis, non erit eiusdem naturæ synonymæ cum eis. Arist. autem intelligi debet de mensura, quando est proportionata mensurato.

Cap. XV. Qua ratione sit Ens analogum ad Deum, & creaturas.

IVculenter satis demonstratum fuit in capitibus superioribus, ens neque secũdùm synonymiam, neque secundùm homony-

M.C.D. 2018

nymiam dici de Deo,& creaturis; vnde consequens est,vt explicemus,efferaturnè de illis secundùm analogiam. Verum vt illiud facilius à nobis intelligi queat, atque vt magis huius rei veritas eluceſcat,proponenda erùt quædam argumenta, ad confirmandum ens non dici ſecundùm analogiam de Deo , & creaturis.

Primum eſt . Ens ex eo dicitur analogicè de ſubſtantia,& de accidẽtibus; quia de ſubſtantia dicitur ſimpliciter , de accidentibus verò ſecundùm quid; ſed ens nõ dicitur ſimpliciter de Deo,& ſecundùm quid de creaturis; ſed ſimpliciter, & abſolutè dicitur de creaturis;quemadmodum de Deo,ergo ens non dicetur ſecundùm analogiam de Deo, & de creaturis. 1. Argum.

Secundum argumentum. In analogis ſecundùm attributionem , res analogata tantùm dicitur de membro præcipuo, ſecundũ eſſentiam ; de alijs verò extrinſeca denominatione ; vt docuimus in legibus analogorũ in cap. 6. propoſitis ; ſed ens non tantùm dicitur de Deo,ſecundùm eſſentiam , ſed etiã de creaturis , ergo non poterit prædicari de Deo,& creaturis ſaltim ſecundùm analogiã attributionis. 2. Argum.

Tertium. In analogis ſecundùm attributionem,analogum minus præcipuum diffiniri debet per illud quod fuerit magis præci- 3. Argum.

M.C.D. 2018

puum, quemadmodum in eisdē legibus perscripsimus, sed creaturæ vt entia sunt, non diffiniuntur per Deum, tum primo, quia optimè diffiniuntur esse illa, quæ habent esse, quia hæc est ratio entis habere esse, in qua diffinitione non continetur Deus. Rursus creaturæ fuerunt prius cognitę à nobis, quã fuerit cognita vlla dependentia earum ad Deũ, ergo & fuerũt prius diffinitę sine Deo, iam igitur ens non prædicabitur de Deo, &
4. Argum. de creaturis analogicè. Præterea in analogis secundùm attributionem membrum præcipuum est forma quædam denominans alia analoga quæ sunt minus præcipua, vt sanitas quæ inest animali est forma denominans vrinam, & medicamenta sana, si ergo ens est analogum secũdùm attributionem ad Deũ, & ad creaturas, ergo Deus qui est analogũ magis præcipuum erit forma denominans creaturas, hoc autem fieri nulla ratione potest, cùm Deus non possit obtinere rationẽ formæ, quemadmodum neque materiæ, ergo ens non dicetur analogia secundùm attri
5. Argum. butionem de Deo, & creaturis. Tandem D. Thomas q. 2. de veritate, art. 11. docet inter Deum, & creaturas, non esse analogiam vnius ad alterum, siue secundùm attributionem, sed esse tantùm secundùm proportionem, iudicio ergo D. Thomæ ens non erit analogum secundùm attributionem ad Deũ,

& ad

M.C.D. 2018

& ad creaturas. His argumentis suaderi potest ens nõ efferri analogicè de Deo, & creaturis. In hac igitur quæstione explicanda opinatur Caiet. cap. 2. de Ente, & essentia. q. 3. ens nulla ratione esse analogum secũdùm attributionem, sed secundùm solam proportionem ad Deum, & ad creaturas. Aegidius tamen Romanus in primo dist. 8. q. 1. art. 2. existimat illud esse analogum secundùm solam attributionem. Quia quamuis creaturæ inquit, ex se, & suapte natura obtineant aliquod esse, est tamen ita minimum, vt ab eo nulla ratione queant illæ vocari entia; sed dicuntur entia per attributionem ad entitatẽ, quæ in solo Deo per essentiã reperitur: quẽadmodum quamuis accidentia sint formaliter entia; est tamen eorum entitas ita exigua, vt ab ipsa non possint entia nuncupari, sed vocantur entia per attributionem ad entitatem, quæ in substantia reperitur. Vt tamen huic dubitationi satisfacimus, reuocanda erunt ad memoriam ea quæ de analogia iu cap. 6. fuerunt enarrata, dictum enim est analogiam secundùm attributionem quandam esse duorum ad vnum tertium, & aliã vnius ad alterum. Præterea ex analogis secundùm attributionem, quædam esse ab vno, & alia ad vnum; ab vno vel exemplari, vel efficiente, vel subiecto, ad vnum, vt sunt ea quæ referuntur ad vnum finem & scopũ.

Caiet.

Aegidius Romanus.

Annot.

M.C.D. 2018

Quibus animaduersis in explicationem huius quæstionis sit prima assertio.

1. Assertio. Ens non dicitur analogicè secundùm attributionem duorum ad vnum tertium, de Deo, & creaturis ita constituit D. Thomas 1. contra gentes, cap. 34. 1. p. q. 13. art. 5. & q. 7. de potentia, art. 7. Confirmaturque hoc argumento. Si ens diceretur analogicè secundùm hanc analogiam de Deo, & creaturis, illud tertium esset prius Deo, & creaturis; quemadmodum quia sanum dicitur de vrina, & medicina per attributionem ad vnum tertium, scilicet, ad sanitatem animalis: sanitas animalis prior est ea sanitate quæ in vrina, & medicina reperitur; sed Deo nihil potest esse prius, neque secundùm rem, neq; secundùm rationem, ergo non erit ens analogum ad Deum & creaturas, secundum attributionem duorum ad vnum tertium.

Obiectio. Insurget tamen aliquis aduersus hanc rationem, & dicet illam inniti falso fundamẽto, scilicet, nihil esse prius Deo, neque secundum rem, neque secundum rationem, quod esse falsum, ita possumus confirmare. Illud quod est Deo communius est eo prius, quia communiora sunt priora minus communibus, sed ens, sapientia, bonitas, & multa alia attributa sunt Deo communiora, cum conueniant ipsi, & creaturis, ergo aliquid poterit esse prius Deo secundum rationem.

Occur-

M.C.D. 2018

Occurrendum tamen erit huic dubitatio ni cum Caietano acutissimo 1.p.q.3. art.5. attributa quę conueniunt Deo & creaturis, nimi posse, vel secundum se, vel ea ratione, qua apprehẽduntur à nobis, si primo modo sumantur, nullum attributum, neque secundum rem, neque secundũ rationem est prius Deo, quia nulla entitas, bonitas, vel sapientia, secundum se, & à parte rei, est prior bonitate, vel sapientia diuina, quia nulla est abstractior, vel simplicior: quoad nos tamen, qui simplicia more compositorum apprehẽdimus, qui quæ non probè ea quæ sunt simpliciora, & priora cognita habemus, datur aliquid prius, & communius Deo. Consulẽdus est Ferrariensis 1. contra Gen. cap. 32. & 34. qui acutè satis explicat, qua ratione nihil possit esse prius, vel simplicius Deo. Solutio ex Caieta. Ferrarien.

Secunda assertio. Ens est analogum secũdum attributionem vnius ad alterum, ad Deum & creaturas; quia creaturæ per attributionem ad Deum, sunt & dicuntur entia. Hanc assertionem confirmamus inprimis testimonijs D. Thomæ, qui expressis verbis illam profitetur in locis propositis in prima assertione, & in prologo sententiarum, art. 2. eandem constituit. 2. Assertio. D. Thom.

Secũdò. Omne attributum de his de quibus prædicatur secundum participationem, dicitur per attributionem ad ea, de quibus præ- 1. Argum.

M.C.D. 2018

prædicatur secundum essentiam, vt est per se manifestum, sed ens dicitur de creaturis per participationem, de Deo vero secundũ essentiã, ergo dicetur de creaturis per attributionem ad Deum.

2. Argum. Adhæc non minus dependent creaturæ à Deo quàm accidentia dependent à substãtia; sed accidentia quia dependent à substantia sunt entia per attributionem ad eam, ergo & creaturæ erunt entia per attributionẽ ad Deum, cùm ab eo quoque dependeant.

Annotatio & explicatio assertionis. Verùm cùm traditum sit in superioribus analogiam secundùm attributionem quandã esse ab vno, & aliam ad vnum, & rursus priorem quandam esse ab vno exemplari, alterã ab vno efficiente; & aliam ab vno subiecto: iuxta hæc genera analogorũ ita explicamus

1. Dictum. assertionem. Inprimis asserimus, ens esse analogum secundùm attributionem ab vno exemplari, ab vno efficiente, & ad vnum finem. Ab vno exemplari, quia omnes creaturæ deductæ sunt ab exemplaribns, & ideis mentis diuinæ, ab vno efficiẽte, quia omnes illæ productæ sunt à Deo tanquam à prima, & suprema causa, ad vnum finem, eo quòd omnes creaturæ referuntur ad Deum, tanquam ad vltimum earum finem & scopum, ex qua triplici analogia attributionis oriuntur quattuor transcendentia, recensita scilicet ens, vnum, verum, bonũ: etenim iuxta at-

ta attributionē ad Deum, vt ad cauſſam effi cientem, oriuntur ens, & vnū; ens, vt confert eſſe creaturis, vnū verò ea ratione qua hæc prima cauſſa eſt in ſe vna, quemadmodū enim in ſe retinet vnitatem, ita quoque eandē largitur creaturis, iuxta attributionem ad Deum vt ad cauſſam exemplarem, oritur veritas, quæ nihil eſt aliud quàm conformitas quædam creaturarum cum exemplaribus diuinis, & tandem iuxta attributionem ad Deum vt ad vltimum finem, oritur bonitas, omnis ſiquidem bonitas quæ in creaturis reperitur, deriuatur àdiuina bonitate, quemadmodum etiam bonitas mediorum, deriuatur àbonitate finis.

Præterea, conſtituimus ens non eſſe ana- 2. Dictum.
logum ſecundùm attributionem iuxta analogiam quæ eſt ab vno ſubiecto. Ratio eſt ſatis manifeſta. Deus non eſt ſubiectum creaturarum, quemadmodum eſt ipſarum exemplar, & cauſſa efficiens, ergo non erit analogū ſecundùm attributionē ad vnum ſubiectum; in qua re maxime ſeparatur hæc analogia ab analogia ſubſtantiæ, & accidentiū, quia ens in hac poſteriori analogia, eſt analogum ſecundùm attributionem, ad vnum ſubiectum, ſunt enim ex eo accidētia entia, quia ſunt in ſubſtantia, tanquā in ſubiecto, aut ſicuti affectiones, aut ſicuti menſuræ, aut ſicuti quippiam aliud, analogia verò Dei & creatura-

M.C.D. 2018

turarum non potest esse secundùm vnũ subiectum.

3. Assertio. Tertia assertio, Ens est analagum secundùm analogiam proportionis ad Deum, ad creaturas, & non secundùm solam attributionem, vt constituebat Egidius: confirmatur his argumentis.

1. Argum. Primum, Quemadmodum se se habet Deus ad suum esse, ita & creaturæ sese habent ad suum esse; etenim quemadmodum Deus est ens per suum esse, ita & creaturæ sunt entia per suum esse, sed hæc est analogia secundùm proportionem, ergo ens erit analogum secundùm proportionem.

2. Argum. Secundum, Si ens esset analogum secundùm solam attributionem, ergo solus Deus qui est membrum præcipuum huius analogiæ esset ens secundùm essentiam, & formaliter creaturæ verò essent entia extrinseca denominatione; quia in analogis secundùm solam attributionem; hanc legem solam obseruandam esse diximus, vt res analoga in præcipuo analogato reperiatur secundùm essentiã, & in minus præcipuis secundũ extrinsecam denominationem; sed hoc est omnino absurdum; cum creaturæ sint formaliter, & secundùm essentiam entia, ergo ens non dicetur secundùm solam analogiam attributionis. Explicata igitur nostra opinione, antequam argumentis propositis satisfaciamus,

ciamus. Erunt duæ dubitationes quæ se offerunt circa hanc analogiam breuiter dissoluendæ. Prima est, cum in ente duplex interdat analogia respectu Dei & creaturarũ; vna proportionis, & altera attributionis, rogamus quænam ex his analogijs sit altera prior, & quæ posterior. Secunda est, cum in omni analogia saltim proportionis interuenire debeat aliqua similitudo, & in omni similitudine assignari debeat aliquod fundamentum; querendum erit quodnam sit fundamentum similitudinis analogiæ, quæ inter Deum & creaturas intercedit. 1. Dubita. 2. Dubita.

Primæ dubitationi respondemus, analogiam secundum attributionem priorem esse natura, analogia proportionis, cuius ratio est; quia prius creaturæ debent in se habere esse, quam quod cum altero conferantur, cum ergo per analogiam secundum attributionem obtineant esse; per analogiã verò secundum proportionem conferantur cum altero, vt est omnibus satis perspicuũ; analogia secundum atrributionem prior natura erit altera, quæ est secundum proportionem. Solutio 1. dubitationis.

Secundæ dubitationi respondemus, in analogia secundum proportionem fundamẽtum esse modum habendi formaliter, & secundum essentiam rationem entis, quæ ratio quodammodo est eadem in omnibus entibus, Solutio 2. dubitationis.

M.C.D. 2018

tibus, in analogia verò secundum attributionem, fundamentum esse diuinam entitatem, à qua creaturæ omnes extrinseca denominatione dicuntur entia, vt à primo efficiente, exemplari, & fine.

Cap. XVI. In quo dissoluuntur argumenta proposita in capite superiori.

ARgumentis verò in superiori capite propositis, ita satisfacimus.

Ad 1. Ad primũ dicimus, ens simpliciter, & absolutè dici de solo Deo, de creaturis verò secundum quid, & extrinseca denominatione, secundum analogiam attributionis; at verò secundum analogiam proportionis, de vtroque dicitur esse intrinsecè, & secundum essentiam, neque enim est necesse, vt in omni analogia res analoga efferatur de vno analogo secũdum essentiam, & de alio extrinseca denominatione, hoc enim obseruari solùm debet in analogis secundum attributionem. Resp. etiam possumus cum Caietano, in libello de nomi num analogia cap. 9. creaturas sumi posse, vel secundum se, vel secundũ rationem ana-

Caietan.

logiæ

logiæ ad Deum, si primo modo sumantur, sunt illæ entia intrinsecè, & secundum essentiam, vel simpliciter; si verò altero modo vsurpentur, sunt entia secundum quid, sunt enim quasi non essent; quia creaturæ collatæ cum creatore, sunt quasi nihil.

Ad secundum respondemus, propositionem intelligendam esse, quando illa sunt analoga secundum solam analogiam attributionis, non autem quando cũ hac analogia sunt simul analoga secũdum proportionem; quia ea parte qua sunt analoga secundum proportionem, res analoga dicitur de omnibus analogatis intrinsecè, & secundum essentiã. Ad 2.

Vel dicere possumus solutionem propositam magis explicantes, creaturas esse, & non esse entia extrinseca denominatione, esse entia, si in ipsis contemplemur analogiam secũdum attributionem, non esse entia, si consideremus in eisdem analogiam secundũ proportionem. 2. Solutio.

Vt tertio argumento satisfaciamus explicanda erit celebris illa dubitatio, num in analogis præcipuum debeat in aliorum diffinitione contineri. Sunt enim variq, multumque diuersæ inter se Philosophorum sentẽtiæ, in huius rei explicationem. Caietanus acutissimus 1. p. q. 13. art. 6. vt huic dubitationi satisfaciat, distinguit analoga in duo genera, quia quædam sunt in quibus exprimitur Celebris dubitatiõ num in analogismẽ brum minus præcipuum sit diffinien-dũ per magis præcipuum.

M.C.D. 2018

mitur certa habitudo ad vnum aliquem terminum, vt sunt vrina, medicamenta, & dieta sana, quæ exprimunt certam habitudinem, aut causſæ, aut signi ad sanitatem animali; alia verò sunt in quibus non exprimitur huiusmodi habitudo, sed fundamentum illius, vt sunt sapientia, bonitas, & alia attributa Deo, & creaturis communia, in quibus non exprimitur habitudo ad Deum, sed solùm denotatur forma aliqua absoluta, in qua deinde fundatur relatio quædam signi ad diuinam sapientiam, vel bonitatem. In analogis igitur primi generis primum debet contineri in aliorum diffinitionibus, & de his intelligi debet D. Tho. 1. p. q. 13. art. 6. docens in omnibus analogis membrum præcipuum contineri debere in aliorum diffinitione, in alijs vero secundi generis primum non debet contineri in aliorũ diffinitione, eoquòd alia non exprimant habitudinem ad ipsum, de quibus intelligi debet idem D. Thomas q. 2. de veritate art. 11. ad 6. constituẽs non esse necesse vt in omnium analogorum diffinitione primum contineatur. Præterea idẽ Caietanus in libello de nominum analogia cap. 7. alia ratione dissoluit hanc dubitationem, docens in analogis secundùm attributionem, & in alijs secundùm proportionem, in quibus tamen analogum de vno membro dicitur propriè, & de altero metaphoricè, vt

Caiet.

M.C.D. 2018

ridere, quod effertur de homine proprié, & de prato metaphoricè quando floret, debere analogũ magis præcipuum contineri in diffinitionibus aliorũ, in analogis verò secũdum ꝓportionẽ, in quibus proprie & secundum essentiam analogum enuntiatur de suis inferioribus, vt pes qui dicitur de pede montis, & animalis, non debere vnum analogum per alterũ diffiniri, hanc etiam explicationem sequuntur plerique, è quibus est Aquarius 4. Metaphy. q. 1. Ferrariensis 1. contra Gen. c. 34. diuersa ratione rem hanc explicat, inquit enim, analoga sumi posse, vel absolutè, vel ea ratione qua sunt analoga, si absolutè vsurpẽtur, illud quod est magis præcipuum non debet contineri in aliorum diffinitione: si verò sumantur vt analoga sunt, debet magis præcipuum in aliorum diffinitione esse comprehensum; quod vt accuratius intelligatur, annotat ille, sapientiam v. g. quæ secundum analogiam dicitur de sapientia diuina, & humana, sumi posse trib⁹ modis. Primo, vt fuit imposita ad significandam sapientiam humanam, quam homines primo agnouerunt. Secundo, vt fuit imposita ad diuinam sapientiam exprimendam, homines enim post cognitam sapientiam humanam, mentem erexerunt ad diuinam sapientiam intuendam, cernentes, quæ inter eas intercedere aliquam similitudinem, humanam q; à diuina tanquã

Aquarius Ferrarien.

M.C.D. 2018

à quodam exemplari esse deductam. Tertio loco imposuerunt hoc nomẽ humanæ sapiẽtiæ, ea ratione qua refertur ad diuinam sapientiam. In prima ergo significatione, sola sapientiã humanam significat, de qua dicitur synonymè: & in secunda sapientiã diuinã de qua etiam effertur eo modo. In tertia verò dicitur analogicè; & ita primo modo sapientia humana non debet diffiniri per sapientiam diuinam, eo quod hac ratione non sumitur vt natura analoga, sed vt synonyma. Tertio verò modo cùm sumatur ea ratione qua est analoga, diffiniri debet per diuinam sapientiam. Alij (vt Syluester Prierias in primo volumine conflati, q. 13. art. 9.) docẽt in solis analogis attributionis minus præcipuũ debere diffiniri per magis præcipuũ; non tamen in omnibus: distinguuntur enim hæc analoga in ea, in quibus omnia membra possunt à nobis diffinitione aliqua comprehẽdi, vt est vrina, medicina, dieta, & animal sanum; & in ea in quibus membrum præcipuum non potest diffinitione aliqua comprehendi, vt sunt Deus, & creaturæ, quia Deus qui est membrum præcipuum, non potest sub alicuius diffinitionis limitibus contineri, si ergo fuerint analoga primi generis, debẽt minus præcipua per magis præcipuum diffiniri, qua ratione sanitas vrinæ, & medicinæ diffinitur per sanitatem animalis: si autẽ fuerint

Syluester.

M.C.D. 2018

fuerint alterius generis, non debent minus præcipua per magis præcipuũ diffiniri, quia diffinitio debet tradi per ea quæ sunt notio ra; illud autem quod nulla diffinitione comprehendi potest est maximè ignotũ. His opinionibus propositis, nostram sententiam his assertionibus explicamus:

Prima sit. In his analogis secundum proportionem, in quibus reperitur analogum secundum essentiam, & formaliter in omnib? suis analogatis, non diffinitur analogum minus præcipuũ, per illud quod est magis præcipuum: confirmatur. Quia pes montis non diffinitur per pedem animalis, neque fundamentum vt est principium domus, diffinitur per cor, vt est principium animalium; quæ tamen sunt analoga huius generis. ergo, &c. 1. Assertio.

Secunda assertio, in his analogis quæ dicuntur per metaphoram, membrum minus præcipuum diffiniri debet per magis præcipuum. Confirmatur itidem, quia leo, vt effertur de homine forti, & leone vero, diffinitur de homine per verum leonem; dicitur homo leo, quia fortiter se gerit in suis actionibus quemadmodum leo verus, & ridere, vt dicitur de prato, diffinitur per ridere, vt effertur de animali, pratum enim ridere nihil aliud est quàm exprimere intimam quandam hilaritatem, ad modum quo animalia per risum illam explicant. 2. Assertio

M.C.D. 2018

3. Assertio. Tertia assertio. In analogis secundum attributionem, in quibus exprimitur habitudo vnius ad alterum, minus præcipuum diffiniri debet per magis præcipuum. Confirmatur in attributione vrinę, & medicinæ ad sanitatẽ animalis, in qua sanitas medicinæ & vrinæ diffiniũtur per sanitatem animalis, eo quod omnia hæc indicant formalem habitudinem ad eam; & de his intelligi debet lex à nobis constituta in superioribus, cap. 6. de eisdem intelligendus est D. Thom. 1. p. q. 13. art. 6. quando constituit in analogis magis præcipuum debere in aliorum diffinitionibus contineri.

4. Assertio. Quarta assertio. In analogis secundum attributionem, in quibus non exprimitur habitudo ad magis præcipuum, sed fundamentũ ipsius, non continetur magis præcipuum in diffinitionibus aliorum. Confirmatur in analogia sapientiæ, bonitatis, & aliorum nominum, quæ de Deo & creaturis dicuntur, hæc attributa non diffiniuntur per diuinam sapientiam vel bonitatem, vt constare poterit ex eorum diffinitionibus, in quibus Deus non continetur; quia huiusmodi attributa non significant habitudinem ad diuinam sapientiam vel bonitatem, sed fundamentum illius.

Annotat. Animaduertendum tamen erit, assertionem intelligi debere, quando analoga minus præci-

M.C.D. 2018

præcipua diffiniũtur per attributa propria, per genus proximum, & differentiam, quia si diffiniantur per omnia attributa à prima potentia, vsque ad vltimum actum, debet analogũ magis præcipuum contineri in eorum diffinitionibus; quemadmodum intueri possumus in albedine, quam si diffiniamus per genus proximum, & differentiam, non continetur substãtia in illius diffinitione, diffinitur enim qualitas disgregans visum: si verò diffiniamus illam vt est accidens, vel vt est ens, quæ sunt prima eiº attributa, per substantiã est diffiniẽda, est enim albedo vt est ens affectio substantiæ. Ex his facillimum erit dissoluere argumentum propositũ, cùm enim inter Deum & creaturas intercedat duplex analogia, & secundùm proportionem, & secundùm attributionẽ. Si loquamur de analogia secundùm proportionem, non debent diffiniri creaturæ per Deum: si verò loquamur de analogia secundùm attributionem, aut sumuntur in proprijs rationibus, quo modo nullam exprimunt habitudinem ad Deum, aut sumuntur ea ratione qua creaturæ sunt, quo modo denotant formaliter relationem creaturæ ad Creatorem: si sumantur primo modo, non debent per Deum diffiniri; tamen si secundo modo vsurpẽtur, sunt per ipsum diffiniendæ: neque est sufficiens creaturæ diffinitio ea ratione qua est

M.C.D. 2018

ens creatum, esse illud quod habet esse, sed esse illud quod habet esse dependens à Deo. Præterea, quamuis creaturæ fuerunt priùs cognitæ vt res quædam sunt, & in propria natura, quàm fuerit cognita aliqua dependentia ad Deũ, ipse tamen vt creaturæ sunt, & iuxta analogiam attributionis quam habent ad Deum, non fuerunt prius cognitæ, quàm huiusmodi dependentia.

Ad 4. Ad quartum respondemus triplicem esse formam exemplarem, vt sunt ideæ in mente artificis, informantem simul, & denominãtem, vt est candor in niue, qui ipsam denominat, illique inhæret denominantem, non tamen informantem, vt est locus qui denominat rem locatam, non tamen illi inhæret, sed corpori locanti, vel ambienti. Vnde quamuis Deus Opt. Max. non possit esse forma informans simul & denominans, potest tamẽ esse forma denominans & exemplaris, & ita ab entitate diuina denominantur creaturæ entia, iuxta analogiam secũdùm attributionem.

Ad 5. Ad quintum respondemus, D. Tho. non negasse inter Deum & creaturas analogiam secundùm attributionem, quam in alijs locis apertissimè, & ingenuè fuerat professus, sed illam solam negauit, quæ est duorum ad vnum tertium.

Cap.

M.C.D. 2018

Cap. XVII. In quo explicatur sit ne Ens homonymum ad substantiam & accidentia.

POstrema quæstio quæ de entis analogia disputanda se offert est, sit ne ens homonymum, vel sinonymum, vel tandem analogum ad substantiam & accidẽtia; in qua quæstione explicanda eundem ordinem obseruabimus, quem obtinuimus in superioribus; nimirũ vt prius pertractemus an ens sit homonymum. Deinde an sit synonymum, & denique an sit analogum. Exordiemur autem disputationem in hoc cap. ab homonymia, inuestigandumque erit; num ens sit homonymũ ad substantiã & accidentia; non enim desunt Philosophi illique grauissimi, qui censent ens esse homonymum ad substantiã & accidentia, diuisionemque entis in decem categorias, non esse synonymã, sed esse prorsus homonymã ingenue profitentur. Sententiam hãc amplexus fuit Herminus, vt author est Simplicius in cõmentarijs Antecategoriarum in vltima diuisione. Eandem secuti sunt Philoponus primo lib. Priorum in cap. de Inuentione medij verbi. Por-

Hermi.

Philopo.

M.C.D. 2018

Porphy. bj; Porphyrius in sua Isagoge in cap. de Specie, vbi non tantùm docet ens dici homonymè de decem generibus supremis: verùm etiam profitetur Arist. idem censuisse; Plotinus. nus Enneade 6. lib. 3. cap. 6. Seuerinus Boëtius. tius, in commentarijs Antecategoriarum, diuisione vltima, & in Commentaris in capite de Specie editione 2. Aureolus. te de Specie editione 2. Aureolus apud Caieolum in 1. dist. 2. q. 1. & ille Rabi Moyses cuius opinionem in capitibus superioribus proposuimus. Rationes verò quæ cogere potuerunt hos Philosophos, vt hanc sententiã profiterentur, sunt hæ.

1. Argum. Prima est huiusmodi, quæ colligitur ex varijs testimonijs Arist. docentis, ens multis modis dici, idest, homonymè; quia quæ multis modis dicuntur homonyma sunt, ita docet 4. lib. Metaphy. cap. 2. 1. Phy. cap. 2. 1. lib. de Reprehensionibus sophystarum cap. 3. ex quibus locis, & ex alijs huiusmodi colligere potuit Porphyrius in capi. de Specie iuxta Arist. ens dici multis modis, vel homonymè de decem generibus supremis.

2. Argum. Secunda ratio. Arist. in Antecategorijs complexus est omnia genera prædicãdi, quibus superiora prædicantur de inferioribus; sunt autem illa tantùm tria, scilicet homonymorum, synonymorum, & paronymorũ: sed ens non dicitur de substantia, & accidentibus synonymè, vt ostendemus deinde, neque

que paronymè, vt omnes profitentur, ergo dicetur homonymè.

Tertia ratio. Si ens non esset homonymũ, sed significaret communem aliquam rationem substantiæ, & accidentibus, significaret illam immediatè, non autem substantiam & accidentia; quemadmodum animal quia significat communem aliquam rationem homini, & bruto, illam significat immediatè, non autem hominem vel brutum, atqui hoc repugnat Arist. 8. Metaph. cap. 6. asserenti, ens & vnum immediatè significare decẽ Categorias, ergo ens nullam rationem communem significabit, sed erit homonymum. 3. Argum.

Quarta. Quæ sunt primò diuersa, in nulla natura communi continentur, sed in solo nomine conueniunt, atqui substantia & accidentia sunt primò diuersa: constituũt enim decem prima genera rerum, ergo illa in nulla natura communi conueniunt. Assumptio est aperta, cõfirmatur propositio, si quę sunt primo diuersa, in aliquo conuenirent, etiam in aliquo differrent; quia cùm non sint omnino idem, obtinere deberent aliquas differentias, per quas inter se distinguerẽtur, hoc autem repugnat primo diuersis, quæ inter se seipsis differunt, & non per aliquas differentias, ergo primo diuersa in nulla natura cõmuni possunt conuenire. 4. Argum.

Quintum. Magis differunt substantia & acci- 5. Argum.

M.C.D. 2018

accidentia, quàm canis domesticus & marinus, sed canis dicitur homonymè de domesti co & marino, ergo & ens dicetur homonymè de substantia & accidentibus.

6. Argum. Sexta. Vna & eadem natura non potest esse prior, & posterior dependens & indepẽdens, sed natura entis competit prius substãtiæ quàm accidentibus, & independenter, accidentibus verò posterius, & dependenter: ergo non erit communis natura entis substãtiæ, & accidentibus; & ita erit illa homonyma.

7. Argum. Septima. De eadem natura non possunt verè affirmari attributa contradicentia; sed de ente verè affirmantur duo attributa contradicentia, scilicet esse per se, & nõ esse per se; quia ens in substantia est per se: in accidentibus verò non est per se, ergo ens non significat naturam aliquam communem substantiæ, & accidenti. Alia argumenta ad id confirmandum proponit Capreolus; in 1. dist. 2. q. 1. contra primam conclusionem.

Contraria sententia verior. Verum contrariam opinionem ens, scilicet, non dici purè homonymè de substantia & accidentibus, tanquam omnino verã amplecti debemus; quia ita omnes ferè Philosophi, tam Græci quàm Latini, & quàm Arabes, arbitrãtur quidam 4. Metaphy. cap. 2. Alij verò in Antecategoriis cap. vltimo, in quo continetur postrema diuisio entis in decem

cem Categorias, quam ſententiam his argu mentis poſſumus confirmare.

Primum eſt collectum ex teſtimonijs Ariſt. qui ſemper vbicunque ſeſe offert occaſio pertractandi hanc quæſtionem, profitetur ens non dici purè homonymè, eo modo quo canis dicitur de domeſtico, cœleſti, & marino: ſed dici ſecundum analogiam attributionis, quæ eſt ab vno, vel ad vnum, quemadmodum ſanum dicitur ſecundum analogiam attributionis, de animali, vrina, & medicina: hoc autem ita eſſe cõſtare poterit ex lib. 4. Metaph. cap. 2. & 11. cap. 3. in quibus locis apertè docet ens non eſſe homonymũ, ſed dici ab vno, & ad vnum, quod ijſdem ferè verbis repetit 7. Metaph. cap. 4. præterea 1. Ethico. cap. 6. agens de bono, diſputansq; an bonum efferatur de ſuis inferioribus homonymè, vel potius ab vno, & ad vnum, inquit, non dici homonymè, ſed ab vno, & ad vnum, cùm igitur bonum ſit proprietas entis, & ens quoque non dicetur purè homonyme de ſubſtantia, & accidentibus. 1. Argum.

Secundum eſt D. Tho. q. 7. de poten. art. 7. in homonymis ratio ſuperioris non competit vni per attributionem ad alterum, ſed ratio entis competit accidentibus per attributionem ad ſubſtantiã; quia accidentia non ſunt entia, ſed entis entia, vel menſuræ, vt quantitas, vel affectiones, vt qualitas; quẽ- 2. Argum.

admo-

M.C.D. 2018

admodum diffusa oratione 7. Metap. cap. 1. profitetur Arist. ergo ens non erit homonymum.

3. Argum. Tertium. Si ens esset purè homonymum, sequeretur substantiæ & accidentium, non esse vnam & eandem scientiam; eo quòd nulla scientia versatur in subiecto homonymo, sed vel in synonymo, vel in analogo; vt docet Aristot. 4. Meta. cap. 2. & 11. cap. 6. sed Metaphysica quæ est vna scientia, versatur in explicanda natura entis, quod commune est ad substantiã & accidentia; ergo ens non erit homonymum. Hoc argumento vtitur Auerroes 4. Meta. Com. 2.

4. Argum. Præterea in his in quibus reperitur prius & posterius, non reperitur pura homonymia, quia in homonymis nullus est ordo prius, & posterioris; sed ens dicitur ordine quodã de substantia & accidentibus, quia prius dicitur de substantia quàm dicatur de accidentibus; ergo ens non erit purè homonymum. Rationem hanc accuratissimè explicat Themistius in initio paraphralis in 12. lib. Metaphy. illustrans illã propositis nonnullis exemplis Mathematicis, quorum primum est petitum ex numero; alterum verò ex figuris: quemadmodum enim se habet numerus ad vnitatem, binarium, ternarium, & ad alios numeros, & quemadmodum se habet figura rectilinea ad triangulum & quadran-

Themist.

drangulum, pari ratione se habebit ens ad substantiam & accidentia, sed ratio numeri prius reperitur in binario quàm in ternario, & in ternario quàm in quaternario, & ratio figuræ rectæ lineæ prius reperitur in triangulo, quàm in quadrangulo, & in quadrangulo, quàm in alijs figuris, ergo ratio entis prius reperietur in substantia, quam in accidẽtibus. Constat igitur ens non dici pure homonymè de illis.

Cap. XVIII. In quo dissoluuntur argumenta aduersariorum.

ALiorum argumenta, quibus suam opinionem confirmant, futilia sunt, & nullius ponderis.

Primũ ita dissoluitur. Ens apud Arist. significat multa, non secundùm puram homonymiam, sed secũdùm attribu tionem & analogiam: analoga enim cùm nõ significent naturam simpliciter vnam, etiam dicuntur multis modis. Præterea ens nuncupatur ab Arist. homonymum, non purè & absolutè, sed secundùm quid, & cùm hoc addito, ab vno & ad vnum, vt constat ex 4. Metaphy. cap. 2. Ad 1.

Ad secundum resp. Arist. in Antecatego Ad. 2.

rijs

rijs sub homonymis complexum fuisse ens & alia transcendentia, quia sub nomine homonymorum non tantum intelligit ea quæ sunt verè homonyma, sed quæcunq; alia, qui non sunt synonyma, vt constare poterit in exemplo ab cõ proposito de homine, qui dicitur de viuo & picto, non purè homonymè, sed analogicè, secundùm attributionem picti ad viuum: dicitur enim homo pictus, ex eo homo, quia refert hominem viuum; quare ex hoc loco non rectè colligetur, ens dici homonymè de substantia & accidentibus.

Ad 3. Ad tertium dicimus, Ens immediatè significare decem categorias, quamuis significet rationem aliquam communem omnibus illis, eo quòd huiusmodi ratio non potest omnino & perfectè separari à substantia & accidentibus, quemadmodum natura animalis separatur ab homine & à bruto, & ita ens immediate significabit substantiam & accidentia, vt assimilatur inesse,

Ad 4. Ad quartum resp. Ea quæ sunt primò diuersa, non posse in aliqua natura synonyma conuenire, posse tamen conuenire in natura aliqua analoga, & ita decem categoriæ quæ sunt primò diuersę, conueniũt in natura entis, quæ est analoga.

Ad 5. Ad quintum resp. ex D. Tho. q. 2. de Veritate art. 11. ad 7. negandam esse consequẽtiam, quia quamuis absolutè magis conue-

niant

niant canis domesticus & marinus, vt significantur nomine substantiæ vel animalis, quã substantia & accidẽtia: tamẽ vt significantur nomine canis, minus conueniunt, & ita ens dicetur analogicè de substantia, & accidentibus; canis verò dicetur homonymè.

Ad sextum respondemus, in natura synonyma non posse interuenire rationem prioris & posterioris, dependentis, & non dependẽtis: in analoga tamen (qualis est natura entis) hæc omnia posse reperiri, sanitas siquidem prius, & independenter enuntiatur de sanitate animalis; posterius verò & dependẽter dicitur de vrina, & medicamentis. Ad 6.

Ad septimum dicimus. Attributa cõtradicentia non posse de eadem natura eadem ratione, & eodem modo sumpta verè enuntiari: diuersa tamen ratione optime posse; quemadmodum de homine enuntiamus videre, & non videre, videre in oculis, & non videre in manibus, & ita de natura entis enũtiamus esse, & non esse per se, quæ sunt attributa contradictoria: diuersa tamen ratione, quia esse per se enuntiamus de ente, vt est in substantia, non esse verò per se, vt est in accidentibus. Ne tamen videamur tot grauissimis Philosophis propositis in principioque aduersari, dicimus intelligendos illos esse nõ de pura homonymia, sed de homonymia ab vno, & ad vnum, quam nos analogiam at- Ad 7.

M.C.D. 2018

tributionis nuncupamus.

Cap. XIX. In quo explicatur sitne ens synonymum ad substãtiam & accidentia.

Equitur iam vt celebrem illã controuersiam de entis synonymia explicemus. Est enim quæstio grauis, & quæ clamoribus multis solet a nonnullis Philosophis in academijs pertractari, sitne ens synonymum, vel vniuocum ad substantiam, & ad accidentia. In ea igitur explicanda existimat Scotus ens esse omnino synonymum, vt videre licet apud eum in primo, dist. 3. q. 1. & 3. & dist. 8. q. 2. quam sententiam acerrime tuentur illius alumni Antonius Andræas 4. Metaph. q. 1. Trombeta q. 2. Bonetus primo lib. Metaph. cap. 6. quos in hac re sequuntur Nominales, vt Ochamus, & Gabriel in 1. dist. 2. q. 9. Gregorius dist. 8. & Gabriel Zerbi 4. Metaph q. 1. Verum cum in superioribus fuerit proposita & explicata triplex synonymia iuxta opinionẽ Scotistarum, Logica, Physica, & Metaphysica, asserunt illi ens non esse synonymum Physicũ ad substantiam, & accidentia; quemadmodũ neque vlla alia natura generica, cum quælibet na

Scotus.
Ant. And.
Antonius
Trombe.
Bonetus.
Ochamus.
Gabriel.
Gregor.
Zerbi.

bet natura ſuperior excellentiori modo reperiatur in vno ex inferioribus, quàm in altero, & ratio entis in ſubſtantia, quam in accidentibus: dicunt tamen ens eſſe ſynonymũ Metaphyſicum, & Logicum; Metaphyſicũ, quia ſignificat illud naturam quandam communem, quæ vno, & eodem conceptu præciſo dicitur de ſubſtantia, & accidentibus; Logicũ vero, quia huiuſmodi vna natura entis, afficitur aliqua notione ſecunda, vel attributi, vel vniuerſi. Confirmant autem hi auctores hanc opinionem innumeris propemodũ argumentis, ex quibus potiora, & difficiliora ſelegimus.

Primum huiuſmodi eſt. Illa ſunt ſynony- 1. Argum.
ma, quæ prædicantur eodem nomine, & eadem ratione de ſuis inferioribus, vt conſtat ex diffinitione ſynonymorum; ſed ens prædicatur de ſubſtantia & accidentibus, eodẽ nomine, & eadem ratione; nomine, quia tam ſubſtantia quàm accidentia dicuntur entia; ratione verò, quia eſſe, quod eſt ratio entis, tam in ſubſtantia quam in accidentibus reperitur, ergo ens erit ſynonymum.

Secundum. Ab omnibus ſimilibus abſtra- 2. Argum.
hi poteſt vna & ſynonyma ratio, eo modo quo ſunt ſimilia, ſed ſubſtantia & accidentia habent ſimilitudinem in ente, ergo ab ipſis abſtrahi poterit vna communis, & ſynonyma ratio entis.

M.C.D. 2018

3. Argum. Tertium. Conceptus alicuius rei certus, diuersus est à conceptu dubio eiusdem ; sed potest aliquis certo scire, rem aliquam esse ens, & ignorare sitne substantia, vel accidēs quia multi sciunt quantitatem esse ens, qui tamen dubitant distinguaturne illa à substā tia, necne, & ita ignorant sitne illa substātia, vel accidens, ergo conceptus entis diuersus erit à conceptibus proprijs substantiæ, & ac cidentium, vnde erit ille vnus & synonymꝰ.

4. Argum. Quartum. Obiectum potentiæ synonymæ est synonymum, sed ens est obiectum intellectus, qui est potentia synonyma, ergo ens erit synonymum. Assumptio est aperta. Confirmatur propositio. Potentiæ obtinēt naturā à suis obiectis in quæ feruntur, ergo talis debet esse natura, & vnitas obiecti, qua lis est ea quam confert facultati, si ergo facul tas fuerit synonyma, & eius obiectum erit quoque synonymum.

5. Argum. Quintum. In omnibus scientijs obiectum non debet esse multiplex, sed synonymum, eo quod omne obiectum habet vnam ratio- nem formalem, iuxta quam pertractatur in aliqua scientia ; sed ens est obiectum primæ. Philosophiæ, vt auctor est Arist. 4. Metaph. cap. 1. ergo ens non erit multiplex, & analo- gum, sed synonymum.

6. Argum. Sextum. Illa quæ continentur in primis principijs, non debent esse ambigua, sed syno- nony-

M.C.D. 2018

nonyma; eo quod prima principia sint omnibus lumine naturæ notissima, & ita sine vlla homonymia debent cognosci, sed ens continetur in primo principio, maxime noto lumine naturæ, vt in principio contradictionis quod est, impossibile est idem simul esse, & non esse, ergo ens erit synonymum.

Septimum. Omne medium syllogismi est synonymum, quia si esset homonymum, nihil concluderemus; in propositione enim sumeretur medium vno modo, & altero in assumptione; vt si ita dicamus. Omnis canis latrat, sydus cœleste est canis, ergo sydus cœleste latrat: nihil concludimus, quia propositio intelligitur de vno cane, assumptio verò de altero; sed ens est medium alicuius syllogismi, vt huius omne ens est bonũ; sed monstruũ non est ens, ergo monstruũ nõ erit bonũ, ens igitur erit natura synonyma. 7. Argum.

Octauum. Illud quod concipitur ab intellectu est vnum, ergo quod primò concipietur erit primo, & maxime vnum; sed ens est illud quod primo concipitur ab intellectu, iuxta opinionem D. Thomæ, & Auicennæ, ergo ens erit maximè vnum, sed maxima vnitas est vnitas synonymiæ, ergo ens erit synonymum. 8. Argum.

Nonum. Proprietatis entis sunt synonymæ, ergo & ens quoque erit synonymum; consequentia est manifesta; quia proprieta- 9. Argum.

M.C.D. 2018

tes, non prædicantur de rebus alia ratione, quam prædicetur earum ſubiectum. Confirmatur antecedens inprimis, Vnum quod eſt proprietas entis, cùm ſit priuatio diuiſionis, non recipiet magis, ac minus, quia priuationes ſitæ ſunt in indiuiſibili, ſed quæ non recipiunt magis ac minus, prędicantur ex æquo, & ſynonymè, ergo vnum prædicabitur ſynonymè. Deinde Verum quod itidem eſt proprietas entis prædicatur ex æquo, & ſynonymè, quia eſt adæquatio rei ad intellectũ, quæ ex æquo enuntiatur de omnibus, cùm ſit cõſtituta in indiuiſibili, ergo proprietates entis erunt ſynonymæ, quod confirmare etiam poſſumus auctoritate D. Tho. 10. Metaph. lect. 2. in quo loco apertiſsimis verbis docet ens, & vnum, ex æquo dici de rebus omnibus.

D. Thom.

10. Argũ. Decimum, Eadem eſt ratio accidentis & entis, ſed accidens prædicatur ſynonymè de ſuis inferioribus, ergo & ens prædicabitur quoque ſynonymè. Propoſitio eſt aperta, confirmatur aſſumptio. Quæ prædicantur eodem nomine & eadem ratione ex æquo participata prædicantur ſynonyme, ſed accidens eſt huiuſmodi: inprimis enim dicitur eodem nomine, omnia ſiquidem accidentia nuncupantur accidentia; deinde eſt quoque eadẽ ratio, omnibus enim accidentibus competit eſſe in aliquo tanquàm in ſubiecto. Et

tandem

M.C.D. 2018

tandē hæc ratio participatur ex æquo, non enim prius competit vni ex accidentibus quàm alteri, vt quantitati quàm qualitati, vel huic, quàm relationi, & sic de alijs; ergo accidens erit synonymum ad sua inferiora.

Cap. XX. In quo proponitur vera opinio D. Tho. & aliorum Philosophorum constituentium Ens non esse synonymum.

ALtera tamen sententia, ens scilicet non dici synonymè de substantia & accidentibus, est omnino vera, illāque sequuntur veteres & prēstātissimi Philosophi, atque in doctrina Aristo. diu multumque exercitati, vt D. Tho. cap. 2. libelli de Ente & Essentia, & in Commentarijs in cap. 2. 4. lib. Meta. D. Alber. & magnus, Auerroes in Commētarijs ciusdem loci, Auicēna in sua Meta. li. 2. cap. 1. Themistius in paraphrasi in duodecimum librum Metaphy. Capreolus, Caietanus, Ferrariensis, Deça, Petrus Niger, magister Sotus; & multi alij ex Thomistis. Ex Auerroistis verò, Suessanus, Iandunus, Zimara, & alij innumeri quorum omnia nomi

D. Thom.
D. Alber.
Auerroës.
Auicen.
Themist.
Capreo.
Caieta.
Ferrarien.
Deça.
Suessan.

M.C.D. 2018

na vellè recenſere eſſet nimis faſtidioſum, & minime neceſſarium, cùm ſit hæc ſententia communis, & ab omnibus fere Philoſophis vno conſenſu comprobata, quàm his argumentis cofirmamus.

1. Argum. Primum eſt petitum ex varijs teſtimonijs Ariſt. is enim in multis locis expreſsis verbis profitetur, ens non dici vno modo & ſynonymè, ſed multis modis, & homonymè ſecundùm analogiam attributionis, eo modo quo ſanum dicitur de animali, vrina & medicamentis ſanis, ita docet 4. Meta. cap. 2. 7. cap. 1. & 4. & 11. cap. 3. tum etiam 1. Phy. cap. 2. agens aduerſus Parmenidem & Meliſum qui conſtituebat omnia eſſe vnum inquit, eos maxime decipi, cùm ens nõ vno, ſed multis modis dicatur de decem categorijs.

Solutio leuis aliorũ. Probe noui ab aduerſarijs diſſolui hoc argumentum, propoſitis nonnullis perbellis intrepretationibus: ſunt tamen ille tam leues, & tam alienæ à contextu & mente Ariſtot. vt ſit ineptum velle in illis confutandis, vel per minimum temporis momentum immorari. Illas refellunt Zimara, in tabula verbo ens, Sueſſanus & Aquarius in locis citatis.

2. Argum. Secundum. Nulla natura ſynonyma prædicatur per prius & poſterius de ſuis inferioribus, & de quibuſdam per attributionem ad alia, quia natura ſynonyma ex æquo dicitur de omnibus ſuis inferioribus, ſed natura en-

M.C.D. 2018

ra entis prius dicitur de ſubſtantia quàm de accidentibus, vt docet Ariſt. 7. Meta. cap. 1. & effertur de accidentibus per attributionē ad ſubſtantiam, vt eſt idem author 4. Meta. cap. 2. & paſsim in alijs locis, ergo natura entis non erit ſynonyma. Ariſt.

Aduerſarij tamen reſpondent huic argumento falſam eſſe propoſitionem, quia quælibet natura generica eſt ſynonyma, quæ tamen prius dicitur de vna ſpecie quàm de altera: quod ne alicui mirũ videatur his duobur argumentis ſuadent. Solutio aduerſarior.

Primum eſt. Quia iuxta Ariſt. 2. Me. cap. 1. & 10. cap. 2. in omni genere debet conſtitui vnum aliquod, quod ſit prius & menſura cæterorum. Alterum eſt inter ſpecies alicuius generis, debet conſtitui ordo aliquis eſſentialis, vnde cùm inter ea quæ ſunt ordinata eſſentialiter debeant quædam eſſe priora, & alia poſteriora inter ſpecies eiuſdem generis, quædam erunt priores, & aliæ poſteriores. 1. Argum.

Cęterum hæc ſolutio ex diametro aduerſatur Ariſt. in Poſtcategorijs cap. 9. in quo loco docet, inter ſpecies quæ continentur ſub aliquo genere non eſſe vnam priorẽ, & alteram poſteriorẽ; ſed omnes eſſe ſimul natura, & ex æquo diuidere genus. Errant autem illi maximè, exiſtimantes idem eſſe aliqua eſſe ordinata eſſentialiter, & inter illa reperiri ordinem prioris, & poſterioris ſe Confuta. ſolutio.

M.C.D. 2018

cundùm naturam, quia ad ordinem essentialem sat est vnam speciem esse altera nobilio rem secundùm essentiam: at vero ad rationẽ prioris & posterioris secundùm naturam, debet vnum illorũ, vel esse causa alterius, vel duo illa non debent ex æquo diuidere communem aliquã naturam: vnde quamui species alicuius generis sint ordinatæ secundum essentiam, quia semper vna vincit aliam in perfectione essentiali, non tamen est vna prior altera secundùm naturã; quia vna non est causa alterius, & omnes ex æquo diuidunt idem genus, & ita quando Arist. in locis allatis docuit in vnoquoque genere constituendum esse aliquod vnum, quod sit primum & mensura cæterorum, locutus est de priori secundùm nobilitatem, non secũdùm naturam; quia in quouis genere species quæ est reliquis nobilior, constitui debet omniũ aliarum mensura.

3. Argum. Tertium. Si ens esset natura synonyma, esset genus, sed non potest esse genus, vt author est Arist. 3. Metaphy. cap. 3. ergo ens nõ erit natura synonyma. Confirmatur propositio. Omnis natura synonyma quæ dicitur de multis specie differentibus in quid est genus; vt constat ex diffinitione generis, sed ens iuxta illos est natura synonyma, & prædicatur de multis specie differentibus in quid, scilicet de decem categorijs: Roganti

Arist.

enim

enim quid est substantia vel quantitas, aptè respondemus esse ens, ergo ens erit genus.

Respondent tamen aduersarij, ens non esse genus, eo quòd genus non debeat includi in conceptu suarum differentiarum, ens verò est inclusum in conceptu earum; & ita quamuis prædicetur de multis specie differentibus in quid, non erit genus. Nihilominus tamen hæc solutio est nullius momenti. Solutio. Confutat. solutio.

Primò, quia aduersatur eisdem in alio loco constituentibus, ens non esse inclusum in conceptu vltimarum differentiarum. 1. Ratio.

Deinde quia Seuerinus Boetius, cuius semper apud omnes Philosophos magna authoritas extitit, editione 2. in Porphyrium in cap. de Specie, hac eadem collectione vtitur ad confirmandum ens non esse synonymum; quia si esset, quoque esset genus; diceretur enim de multis specie differentibus in quid, & synonymè. 2. Ratio. Boetius.

Præterea omnis natura simplex, quæ nata est prædicari de multis synonymè, vel est genus, vel species, vel differentia, vel proprium, vel commune accidens, vt omnes Dialectici vno ore profitentur in Commentarijs quinque Vocum prædicabilium, ergo cùm ens sit natura simplex, & ipsum natum sit dici de multis synonymè, vel erit genus, vel aliqua ex alijs vocibus vniuersis, sed non potest esse proprium, vel commune accidens, 3. Ratio.

vt est

vt est omnibus manifestum; neque differentia, quia ens prædicatur in quid, differentia verò in quale, neque species, cùm non prædicetur de his quæ solo numero differunt, erit igitur genus.

Solutio. Non ignoro alios respondere ab illa propositione excipienda esse transcendẽtia, quæ quamuis sint natura simplices prędicenturque de multis synonymè, non sunt tamen naturæ vniuersæ ex his quinque propositis.

Confuta. Cæterum hanc solutionem tanquam repugnantem omnium Dialecticorum consensui, potius negligere debemus, quàm in illa confutanda tempus terere: vnde non immeritò Suessanus Philosophus grauissimus, in Commentarijs in librum Auerrois, qui Destructio destructionum inscribitur, de his hominibus tale iudicium profert, vt dicat eos ex ignorantia Dialecticæ in varios errores prolapsos fuisse. Verba illius sunt. Error istorum procedit ex ignorantia Dialecticæ, nullum enim vidi horum adhuc perfectum in Logica. Hoc autem quàm verum sit, vt innumera alia exempla quæ in medio proferri poterant prætermittamus, hoc vnum in quo versamur sufficiet: negant enim naturam omnino simplicem, quæ nata sit dici de multis synonymè, debere esse vel genus, vel aliam ex quinque vocibus vniuersis, cùm tamen contrarium omnes Dialectici

Suessa.

vno

vno ore profiteantur.

Quartum. Si ens esset synonymum con- 4. Argum.
traheretur ad substantiam & accidentia, per aliquas differentias; quia omnis natura synonyma contrahitur per differentias ad sua inferiora; atqui ens non potest contrahi per differentias, ergo neque poterit esse natura synonyma. Confirmatur assumptio. Si ens contraheretur per aliquas differentias, scilicet per esse per se, & in alio, aut illæ includerent formaliter ens, aut non includerent; si non includerent, ergo erunt non entia formaliter, sed non ens non potest dici de ente; ergo hæ differentiæ non prædicarentur formaliter de aliquo ente, quare esse per se, non prædicaretur formaliter de substantia, neque esse in alio de accidentibus. Si verò includerent formaliter ens, ergo si ita dicamus, substantia est ens per se, committemus nugationem; quia in eadem oratione, bis repetimus ens, semel quãdo dicimus ens, & iterum quando pronunciamus per se. Cõfirmatur hoc argumentum, ex sententia Scotistarum, genus non includitur formaliter in differentijs, vt animal in rationis participe; quia si includeretur quando ita diceremus, homo est animal particeps rationis, committeremus apertam nugationem, ergo pari ratione, si ens includitur formaliter in esse per se, quando dicimus, substantia est ens per se, cõ

mittere-

mitteremus negationem.

Solutio. Nituntur tamen alij huic argumento satisfacere ad hunc modum, dicentes: ens non includi formaliter in suis differentijs, sed identicè, & secundùm rem, neque hoc impedit quo minus hæ differentiæ efferantur de aliquo ente formaliter; quia vt illę de aliquo ente prædicentur formaliter, non est necesse quod sint entia formaliter, sed sat ē quod sint entia identicè, & secundùm rem.

Confutatio prima. Attamen hæc solutio est manifestè falsa, & omnino absurda, quod ita cōfirmo. Arist. 3 Metaph. cap. 3. docet ens non esse genus, ex eo quod est inclusum in suis differentijs: rogo, num intelligat illud esse inclusum formaliter, vel identicè. Si intelligat hoc secundum, ergo nullum est discrimen propositum in eo loco, inter ens, & genus, eo quod ens est inclusum in vltimis differentijs, genus autē non est inclusum, falsum enim est, quemadmodum etiam ipsi profitentur, genus identicè, & secundùm rē non esse inclusum in suis differentijs, si verò intelligat ens formaliter esse inclusum in vltimis differentijs, iam ergo perperam docent ens non esse inclusum in illis formaliter, & secundùm essentiam.

Confutatio secunda. Adhæc esse per se non est formaliter ens, ergo substantia magis erit non ens formaliter, quàm ens, quia cuiusque rei natura magis debet peti à differentia, quàm ab attribu

tis com

tis communibus, ergo esse per se, quod est modus intimus, & veluti differentia substantiæ, sit non ens formaliter, & substãtia quoq; erit non ens formaliter, & ita erit magis non ens quam ens, hoc autem quã sit absurdum, nullus est tam imperitus, qui vel leuiter Metaphysicam attigerit, qui non probè cognoscat, quare & absurda quoque erit illorum solutio.

Quintum. Primo diuersa non possunt in aliqua natura synonyma conuenire, sed substantia & accidentia sunt primò diuersa, ergo non poterunt in aliqua natura synonyma conuenire, quare neque ens quod est illis cõmune, poterit esse synonymum. Propositio est perspicua, quia si primò diuersa obtinerent naturam aliquam synonymam, in qua conuenirent, obtinerent quoque differẽtias, quibus inter se differrent, & ita non essent primo diuersa. Confirmatur assumptio. Illa quæ immediatè differunt non possunt in aliqua natura synonyma conuenire, sed primò diuersa immediate differunt, ergo non poterunt illa in aliqua natura synonyma cõuenire. 5. Argum.

Dicunt tamen illi, ea quæ immediatè differunt, & sunt primò diuersa, non habere naturam aliquam communem, & synonymã, habere tamen conceptum communem synonymum. Verum hæc solutio funditus euertit na- Solutio. Confuta.

M.C.D. 2015

rit naturam eorum quæ sunt primò diuersa; est enim ita intimum & essentiale his quę primò differunt, in nullo synonymo conuenire, vt illico ac illis conceditur communis aliquis conceptus, vel natura synonyma, omnino pereat ipsorum ratio.

6. Argum. Sextum. Aliquis gradus entis continetur in substantia, qui non continetur in accidenti bꝰ & aliquis in accidẽtibus, qui nõ cõtinetur in substantia, vt esse per se, continetur in substantia, quod non continetur in accidẽtibus, & esse in alio continetur in accidentibus, & non in substantia: ergo ens non erit synonymum ad substantiam & accidentia. Confirmatur consequentia. In natura synonyma nullus gradus continetur in vno ex inferioribus, qui non contineatur in alio; quemadmodum nullus gradus naturæ animalis continetur in homine, qui non contineatur in equo; ergo si aliquis gradus entis continetur in substantia, qui non contineatur in accidentibus, & è conuersò, ens non erit synonymũ ad substantiam & accidentia.

7. Argum. Tandem illa quæ continentur sub vocibus contradicentibus, non possunt in aliqua natura synonyma conuenire; sed substantia & accidentia continentur sub vocibus contradicentibus; quia substantia est ens per se cohærens, accidentia non sunt entia per se cohærentia, substantia non est ens dependẽs: acci-

accidentia ſunt entia dependentia, quæ omnes ſunt voces contradicentes, ergo ſubſtantia & accidentia non conuenient in natura vtis ſynonyma. Confirmatur propoſitio. Omnis conceptus communis ſynonymus, eſt ſeparatus ſuaptenatura à proprijs rationibus ſuorum inferiorum; ſed nullus eſt conceptus ſeparatus ab vno ex duobus contradicentibus, quia quidquid eſt, neceſſario debet contineri ſub aliquo ex contradicentibus, iuxta principium illud Metaphyſicum De qualibet re vera eſt affirmatio vel negatio, de nulla verò ambo ſimul; ergo non poterit conſtitui conceptus aliquis communis ſynonymus, his quæ continentur ſub vocibus contradicentibus.

Cap. XXI. In quo diſſoluuntur rationes aduerſæ

COpioſa ſatis, ni fallor, remanet noſtra eaque veriſsima opinio in ſuperiori capite confirmata, ſupereſt iam, vt diſſoluamus argumenta quæ aduerſarij in patrocinium ſuæ ſententiæ, & aduerſus noſtram obiecerunt. Diſſoluuntur argumenta.

Ad primum reſpondemus, propoſitionẽ eſſe veram, ſi natura illa fuerit participata Ad 1. Arg.

M.C.D. 2018

ex ęquo à ſuis inferioribus ; quod ſi participetur ab eis ſecundum prius & poſterius, & ſecundùm magis, & minus, non erit ſynonyma, & ita cum natura entis prius, & magis conueniat ſubſtantiæ, quam accidentibus, non erit ſynonyma.

Ad. 2. Ad ſecundum reſpondemus à ſubſtantia & ab accidentibus poſſe abſtrahi communẽ aliquam naturam, eo modo quo inter ſe retinent ſimilitudinem in eſſe, hæc tamen natura non eſt ſynonyma, ſed analoga, quia prius & magis reperitur in ſubſtantia, quàm in accidentibus.

Ad 3. Ad tertium, dicimus ex hoc argumento tantum colligi, conceptum entis eſſe vnum, & diuerſum a ſubſtantia & accidentibus: nõ tamen colligitur illum eſſe ſynonymũ ; quia ad ſynonymiam, præter vnitatem, & diuerſitatem, requiritur, vt natura repręſentata, ex ęquo inſit ſuis inferioribus; quod enti nullo modo competit.

Ad. 4. Ad quartum reſpondemus, non eſſe neceſſe vt obiectum potentiæ ſynonymæ ſit ſynonymum, ſed ſufficit vt ſit analogum; nam quamuis potentiæ hauriant naturã à ſuis obiectis; non eſt tamen neceſſe, vt eandem vnitatem retineant obiecta, quam retinent facultates, ſi enim eandem retinerent vnitatẽ, ſequeretur vt ſi facultas eſſet vna ſpecie, & obiectũ quoque eſſet vnum ſpecie; quod tamen

men est omnino falsum, quia facultas videndi est vna specie, & illius obiectum quod est color non est vnus specie, sed genere, & intellectus hominis est vnus specie, & ens quod est ipsius obiectum non est vnum specie, imò neque genere, sed secundum solam analogiam; quare ex eo quod intellectus est facultas synonyma, non colligitur ens quoque debere esse naturam synonymam.

Ad quintum respõdemus ex Arist. 4. Metaph. cap. 2. & 11. cap. 6. obiectum scientiarum debere esse, vel synonymum, vel analogum: & hac ratione ens est obiectum primæ Philosophiæ, quia est analogum ad sua inferiora. Ad 5.

Ad sextum respondemus in primis principijs notis lumine naturæ, non posse contineri vocem aliquam homonymam, posse tamẽ analogã, eo quod vox analoga exprimit vnitatem aliquam, ratione cuius nulla perturbatio propter multiplicitatem nominis suboriri poterit in primis principijs; & ita ens cum sit analogum, contineri poterit in primo principio contradictionis. Ad 6.

Ad septimum respondemus eadem ratione medium syllogismi non posse esse synonymum, posse tamẽ esse analogum, propter vnitatem, quæ in analogis reperitur, ob illam enim refertur medium vno modo in propositione, & altero in assumptione; sed in Ad 7.

M.C.D. 2018

vtraque propositione sumitur eadem ratione, & ita ens propter analogiam poterit esse medium syllogismi.

Ad 8. Ad octauum respondemus, illam rationem nullam esse, quia ex ea sequeretur vnitatem entis non esse communem, & vt ita dicam generica m, sed numericam; quia entitas numerica est maior vnitas quàm specifica, vel generica; si ergo enti ex eo quod primo percipitur ab intellectu, tribuenda esset maxima vnitas, tribui deberet vnitas numerica. Quare respondemus falsum esse illud quod primò percipitur ab intellectu, debere esse maximè vnum, imò debet esse minime vnum, quia est illud in tot naturas diuisum, ob latè patentem ambitum: vt minima indiuisio necessario sit illi concedenda, & ex consequenti minima vnitas.

Ad 9. Ad nonum respondemus, negantes proprietates entis synonymè dici de suis inferioribus. Ad rationem de vno propositam dicimus, priuationes ratione sui nō recipere magis, ac minus, recipere tamē rationes sui fundamenti, & ita vnitas ratione entitatis, quæ est eius fundamentum, recipiet magis ac minus; nam illa sunt magis vnum, quæ sunt magis entia; ita enim cernimus maiorem vnitatem esse in Deo quàm in creaturis, & in substantijs separatis, quàm in his quæ oriuntur, & intereũt, quia est in eis maior entitas. Ad

alteram

alteram vero de veritate respondemus, rationem veri non esse sitam in indiuisibili. cũ sint quædam alijs veriora, vt principia veriora sunt conclusionibus, si credimus Arist. 1. de demonst. cap. 2. nam quo aliqua obtinuerint plures causas veritatis, & maiorem entitatem, eo erunt veriora. Verùm hanc rem agentes de veritate, vberius explicabimus. Arist.

Ad auctoritatem ex D. Tho. petitam respondemus, D. Thomam non conferre in eo loco ens, & vnum, cum his de quibus dicũtur, ita vt instituat docere ens & vnum, prædicari ex æquo, & synonymè de rebus omnibus; sed confert ens & vnũ inter se, docetq; illa duo, obtinere eundem modum prædicãdi de suis inferioribus: nam eo modo effertur de illis vnum, quo effertur alterum; & hoc est ens, & vnum, ex æquo dici de omnibus; id est, eodem modo, & ita cũ ens dicatur analogicè, pari ratione & vnum dici debet analogicè. Ad 10. D. Thom.

Cap. XXII. In quo explicatur sitne accidens synonymum ad sua inferio ra.

IN vltimo argumento dissoluendo est maior difficultas quàm fuerit in superioribus, propter dubitationem illam eximiam quam proponit; sit ne accidens synonymum, vel analogum, ad sua inferiora. Verùm cùm accidens duobus modis sumi possit. Primò vt denotat attributum accidentarium, siue illud inhæreat subiecto de quo effertur, siue non inhæreat, qua ratione constituit quintã vocem prædicabilem, & distinguitur à proprio. Secundò vt significat omne illud quod alicui inhæret tanquam subiecto, qua ratione distinguitur a substantia, quæ nulli inhæret, sed per se cohæret; ambitque non solùm communia, verùm etiam & propria accidẽtia. Accidens primo modo synonymè dicitur de his omnibus de quibus prædicatur, est enim vox vniuersa, de cuius intima ratione est, vt sit vox omnino simplex, & synonyma. De accidente verò in altera significatione, est controuersia, num illud efferatur synonymè, vel analogicè de suis inferioribus. Nonnulli enim arbitrantur, illud prædicari synonymè de nouem suis Categorijs: hanc sentẽtiam amplexus fuit magister Sotus q. 2. cap. 4. Antecategoriarum, in solutione primi argumenti; Heruetus etiam in 2. quodlib. q. 7. in solutione 8. idem videtur sentire: docet enim acci-

M. Sotus.

M.C.D. 2018

accidens dici ſynonyme denominatiuè: quã
ctiã video multis ex recenſioribus placuiſſe,
in cuius patrocinium,& confirmationem po
tumus hæc argumenta proferre.

Primum eſt. Synonyma ſunt illa,quorum nomen eſt commune, ratio verò nomini accommodata eſt vna & eadem,ſed accidentis nomen eſt commune ad nouem categorias, & ratio illius eſt quoque vna& eadem in omnibus;quia ratio eſt inhærere ſubiecto ſecundùm aptitudinem, quæ eſt vna & eadem in omnibus accidentibus; omnia ſiquidem illa inhærent ſubiecto ſecundùm aptitudinem, ergo accidens erit ſynonymum ad ſua inferiora. 1. Argum.

Secundum argumentũ. Quando aliquod ſuperius ita prædicatur de ſuis inferioribus, vt non prædicetur prius de vno, quàm de alio,eſt illud ſynonymum; ſed accidens eſt huiuſmodi,quia non prius prædicatur de quantitate, & deinde de qualitate, vel de aliquo accidente, cùm ſint multa accidentia quæ inſunt ſubiecto ſine quantitate, vt omnia accidentia ſpiritalia,ergo accidens erit natura ſynonyma. 2. Argum.

Tertium. Subſtantia prædicatur ſynonymè de ſuis inferioribus,ergo & accidens prædicabitur quoque ſynonymè. Conſequentia eſt manifeſta;quia non eſt maior ratio de ſubſtantia,quàm de accidentibus. Confirmatur 3. Argum.

M.C.D. 2018

antecedens. Substãtia est genus supremum, sed omne genus est natura synonyma, ergo substantia est natura synonyma. Quamuis autem hæc opinio possit defendi probabiliter, longe tamen probabiliorem & veriorẽ esse arbitramur aliorum opinionem, qui cõstituunt accidens non esse synonymum, sed analogum ad sua inferiora, quam opinionem sequuntur Philosophi eruditissimi, Caietanus cap. 7. libelli de Ente & essentia, in q. in qua quærit, an inhærentia sit de essentia accidentis, in solutione 3. argu. Ferrariensis 1. contra Gent. cap. 32. Soncinas 4. Meta. q. 4. in solutio. 2. arg. Ioannes Viguerius capite 2. suarum Institutionum paragrapho 2 verbo 2. Petrus Fonseca 4. Meta. cap. 2. q. 2. in solutione vltimi argumenti, & multi alij, quam opinionem his assertionibus explicamus.

Caieta.

Ferrarien.

Soncinas.

Viguerius.

Fonseca.

1. Assertio. Prima sit. Accidens non effertur synonymè de suis nouem Categorijs: confirmatur his argumentis.

1. Argum. Primũ est. Illaque prædicãtur synonymè, prædicãtur eodem nomine & eadem ratione; sed accidens non prædicatur eadem ratione de nouem Categorijs, ergo non erit synonymum ad illas. Confirmatur assumptio. Quantitas aliquid includit in ratione accidentis, quod non includit qualitas, & è conuerso; nam modi interni quibus hæ Categoriæ

M.C.D. 2018

goriæ inter se separantur sunt entia, & cùm non sint substantię erunt accidentia, iam igitur aliquid includit quantitas in ratione accidentis quod non includit qualitas, scilicet, suum modum internum, & ità accidens non dicetur eadem ratione de suis inferioribus.

Secundum. Omnis natura simplex, quæ nata est dici de multis synonymè, vel est genus, vel species, vel differentia, vel propriũ, vel commune accidens, vt docet D. Thom. primo contra Gentes cap. 32. ratione 3. sed accidens est vox communis & simplex, quæ nata est dici de multis synonymè, iuxta magistrum Sotum, ergo vel erit genus, vel alia ex quinquevocibus vniuersis, at non est proprium, neque commune accidens; quia non prædicatur accidentario, sed secũdùm essentiam, neque est differentia, quia non prædicatur in quale, sed in quid, neq; species, quia non prędicatur de his quæ solo numero differunt, ergo erit genus; hoc autem est absurdum, & aduersus eundẽ in eodem loco asserentem, accidens non esse genus, ergo accidens non erit quippiam synonymum ad nouem Categorias. 2. Argum.

Secunda assertio. Accidens est analogum secundùm proportionem. Confirmatur ad hunc modum. Quemadmodũ se habet qualitas ad vtramque inhærentiam, secundùm actum, & secundùm aptitudinem; ita quoq; 3. Assertio.

M.C.D. 2018

se habet quantitas, & ita se habent omnia alia accidentia, nam quemadmodum qualitas per inhærentiam secũdùm aptitudinem, obtinet essentiam, & per inhærentiam secundùm actum obtinet existentiam, pari ratione quantitas per inhærentiam secundùm aptitudinem, obtinet essentiam, & per inhærentiam, secundùm actum obtinet existentiam accidentis; atqui hæc est analogia secũdùm proportionem, ergo accidens erit analogum secundùm proportionem ad sua inferiora.

3. Assertio. Tertia assertio. Accidens præter analogiam secundùm proportionem, est quoque analogum secundùm attributionem, quicquid quidam asserant existimantes in accidente nulla ratione reperiri posse analogiam secundùm attributionem. Confirmatur, eadem analogia inueniri debet in accidente, quæ inuenitur in ente, sed in ente: quemadmodum deinde docebimus intercedit hæc duplex analogia secundùm proportionem, & attributionem, ergo & in accidente vtraque quoque reperietur. At vero cũ sit duplex analogia secundùm attributionẽ ex D. Tho. 1. p. q. 13. art. 5. in superioribus constitura, vna secundùm attributionẽ plurium ad vnum tertium, & alia secundùm attributionem vnius ad alterum.

Assertio. Sit quarta assertio. Accidens non est analogum

logum secundùm attributionem vnius ad alterum: ita vt illud prius efferatur de vno accidente, vt de quantitate: & deinde per attributionem ad illam, de qualitate, vel alijs accidentibus, quidquid costituat Viguerius in loco citato, & alij, illius vestigia sequuti: accidens prius dici de quantitate, & per attributionem ad illam de reliquis accidentibus, confirmatur his argumentis.

Primum. Dantur multa accidentia quæ inhærent substantiæ, & obtinent naturã accidentis, & non media quãtitate, vt sunt omnia accidentia spiritalia; ergo accidens non dicetur per attributionem ad quantitatem de alijs accidentibus. 1. Argum.

Secundum. Quia in analogis attributionis vnius ad alterum, minus præcipuum diffiniri debet per magis præcipuum, vt sanitas vrinæ diffinitur per sanitatem animalis: at alia accidentia non diffiniuntur per quãtitatem, quemadmodum albedo quæ diffinitur color disgregans visum, nullam in hac diffinitione continet quantitatem. 2. Argum.

Tertium. Aptitudinalis inhærentia, quæ est tota essentia accidentium, non dicitur de alijs accidentibus per attributionem ad quãtitatem: nam si Deus separaret qualitatem à quantitate, vt albedinẽ v. g. adhuc illa obtineret inhærentiam secundùm aptitudinẽ ad substantiam: & nõ per attributionem ad quan- 3. Argum.

M.C.D. 2018

quantitatem; ergo accidens non erit analogum ſecundùm attributionem vnius ad alterum; erit igitur analogum ſecundum attributionem plurium ad vnum tertium, quia omnia accidentia ea ratione qua ſunt accidentia, referuntur ad ſubſtantiam, à qua obtinent ſuam naturã, & eſſentiam; vnde quẽadmodum medicamẽta, vrina, & dięta, ſunt analoga ſecundùm attributionem ad vnum tertium, ſcilicet ad ſanitatem animalis, pari ratione quantitas, qualitas, & alia accidẽtia, ſunt analoga ſecundùm attributionem ad ſubſtantiam, tanquam ad commune eorum ſubiectum, à qua & naturam entis & accidẽtis conſequuntur.

Cap. XXIII. In quo diſſoluuntur argumenta M. Soti.

Soluuntur argũ. M. Sot. Ad 1.

ARgumẽtis propoſitis in patrocinium opinionis magiſtri Soti reſpondemus.

Ad primum. Dicimus accidens non prædicari ex æquo de ſuis inferioribus, cùm aliquis gradus accidentis ſit incluſus in quantitate, qui non includitur in qualitate: vnde neque inhærentia ex æquo dicitur de accidentibus, cum alio

alio modo inhęreat quantitas, alio qualitas, & alio relatio: quantitas enim inhæret vt mensura, qualitas, vt affectio & relatio vt referens substantiam ad suum terminum.

Ad 2. Ad secundum respondemus, in analogis secundùm proportionẽ rem analogam non dici prius de vno membro quàm de altero: Quemadmodũ pes non dicitur prius de pede animalis, quàm dicatur de pede montis, vel scamni, quod idem obseruari debet in analogis attributionis plurium ad vnum tertium; vnde ex hoc argumento tantùm colligitur accidens non esse analogum secũdum attributionem vnius ad alterum, non tamen colligitur illud non esse analogum plurium ad vnum tertium, vel secundùm proportionem.

Ad 3. Ad tertium respondemus, substantiam sumi posse, vel vt est diuisa contra accidens, qua ratione complectitur non solùm substãtias integras: verumetiam partes, differentias, vel modos internos; vel vt est diuisa in primam & secundam, quæ sunt substantiæ integræ, & completæ: vel vt est genus supremum categoriæ, diuisa per corpoream, & incorpoream, tanquam per legitimas differentias. Si primo, & secundo modo sumatur substantia, non dicitur synonymè, sed analogicè, quia hac ratione, vt est diuisa contra accidens, includitur in modis internis, & vltimis dif-

M.C.D. 2018

mis differentijs; & vt est diuisa in primam & secundam, prius & magis dicitur de prima quàm de secunda, vt auctor est Arist. in Categoria substantiæ, at ea natura, quæ vel est inclusa in vltimis differentijs, vel prius dicitur de vno ex inferioribus quàm de altero, nulla ratione potest esse synonyma, sed analoga: si verò tertio modo vsurpetur est natura synonyma; quia est genus supremum vnde cum accidens quod est diuisum in nouem Categorias, sit distinctum contra substantiam, & inclusum in vltimis differentijs, & modis internis, nō erit natura synonyma.

Ad 4. Vrgebit tamen aliquis, substātia vt significat naturam integram, & vt est diuisa in corpoream, & in incorpoream, est natura synonyma, quamuis non sit ea ratione qua est diuisa contra accidens; ergo quamuis accidēs no sit natura synonyma ea ratione qua est diuisum contra substantiam, erit tamen synonymum, ea ratione qua significat naturam integram, generum formarum, & individuorum.

Solutio. Respondemus negantes consequentiam, quia est disparitas, & multum diuersa inter substantiam; & accidentia; etenim ex eo quod substantia quæ est genus supremum Categoriæ, sit natura synonyma, nihil sequitur absurdi; nec sequitur ea quæ primò differunt conuenire in aliqua natura synony-

M.C.D. 2018

nonyma. Cæterùm si accidens quod est diui sum in nouem Categorias esset natura syno nyma, cum Categoriæ sint primò diuersæ, sequeret vt ea quæ primò differunt, haberent communem aliquam naturam synonymã; quod fieri nulla ratione potest.

Respondemus præterea, omnem naturã synonymam contentam esse in certa & determinata Categoria, & ita cùm natura accidentis non sit huiusmodi, cùm per omnes nouem sese diffundat, non poterit esse natura synonyma, substantia verò cùm infra limites suæ categoriæ sit compræhensa, retinere poterit naturam synonymam. Tandem accidens non significat naturam aliquam præcisam á quantitate, qualitate, & ab alijs suis categorijs; sed omnes illas includit vt obtinet similitudinem in accidente; at verò natura synonyma debet esse præcisa & auulsa à naturis suorum inferiorum, ob quam rationẽ non poterit esse illud synonymum, substantia verò quæ est genus supremũ cùm sit præcisa, & auulsa à substantia corporea & incorporea, in quas primò diuiditur, erit natura synonyma,

2. Solutio

3. Solutio

Cap. XXIII. Num Ens sit synonymum ad inferiora mediata quæ sub eo continentur.

Cum

CVm ex inferioribꝰ entis quædam ſint, mediata & alia immediata, ſumpto ente vt eſt totum vniuerſum (quia ſi ſumatur vt eſt actus quidam rerum omnium, nihil continetur ſub eo mediatè, ſed omnia immediatè complectitur) inferiora immediata ſunt ſubſtantia & accidentia Deus & creaturæ. Mediata verò ſunt naturæ ſynonymæ, quæ ſub iſtis prioribus continentur; vt homo, & leo, candor, & atror: quæſtio eſt, num ens ſit ſynonymũ ad ſua inferiora mediata, vt ad hominem, & equum, ad cãdorem, & atrorem; quia ex ſuperiori diſputatione tantùm conſtat ens eſſe analogum, & non eſſe ſynonymũ ad inferiora immediata. Hanc quęſtionẽ alij proponunt ſub huiuſmodi titulo, an ens ſit ſynonymũ ad naturas ſynonymas, vt ad leonem & bouem, quamuis non ſit ſynonymum ad naturas analogas, vt ad ſubſtantiã & accidentia. Quidam igitur viri docti, vt Petrus Fonſeca 4. Metaphy. cap. 2. q. 1. ſect. 5. & Franciſcus çumel 1. p. q. 13. art. 5. q. . concluſ. 4. arbitrantur ens eſſe Synonymũ ad naturas ſynonymas, & ad inferiora mediata, vt ad hominem, & leonem, quamuis ad inferiora immediata ſit analogũ, ad quã opinionem ſuadendam vti poſſumus his argumentis.

Opinio quorundã recentiorum. Fonſeca. çumel.

Primum

Primum eſt. In his quæ non dicuntur ſy nonymè, ſed ſecundum analogiam, vnum membrum per alterum diffinitur; quemadmodum intuemur in analogia ſanitatis: in qua ſanitas vrinæ; & medicinæ diffiniuntur per ſanitatem animalis; ſed homo exempli gratia non diffinitur per equum; neq; equus per hominem, vt entia ſunt; vt conſtat ex eorũ diffinitionibus; ergo ens ſynonymè, & nõ analogicè dicetur de homine & equo. 1. Argum.

Secundum: Voces homonymę; ſi accommodentur vni ex ſuis ſignificatis, fiunt ſynonymæ, vt canis ſi accommodetur cani domeſtico, fit natura ſynonyma; quia canis domeſticus proculdubio eſt natura ſynonyma, quamuis ſi ille referatur; ad hunc cœleſtem, & marinũ; fit natura homonyma; ergo quãuis ens ſit natura analoga, vel homonyma ab vno, & ad vnum; ſi tantum accommodetur ſubſtantiæ, vel accidenti, vt homini, vel colori, erit natura ſynonyma. 2. Argum.

Tertium: Ens in animali eſt animal, & ens in homine eſt homo; ſed animal & homo prædicantur de ſuis inferioribus ſynonymè: ergo & ens prædicabitur quoque de eiſdem ſynonymè, & non analogicè. 3. Argum.

Tueantur tamen qui voluerint hanc opinionem; mihi enim vt ingenuè profitear ꝙ ſentio, ſemper illa diſplicuit; exiſtimo enim ita eſſe ens analogum ſuapte vi; & propria Contraria opinio verior.

M.C.D. 2018

natura, vt siue conferatur cum indiuiduis mediatis, siue cum immediatis mutare illã nulla ratione queat: vnde quemadmodum animal ex eo quod suapte natura est natura synonyma, semper retinet hanc naturam; siue cõferatur cum inferioribus immediatis, vt cum homine & bruto, siue cum mediatis, vt cum Petro, & hoc leone, ita quoque cum ens sit suapte natura analogum, semper retinebit hanc naturam, siue conferatur cum indiuiduis mediatis, siue cũ immediatis. Quã sententiam alijs tribus argumentis ita confirmamus.

2. Argum. Primum est. Illa natura quæ dicitur non tantum de his in quibus sua inferiora conueniunt; verumetiam de his in quibus differũt non est synonyma: quia natura synonyma tãtum dicitur de his in quibus conueniunt sua inferiora: quemadmodum animal tantum dicitur de homine & bruto, iuxta attributa in quibus conueniunt, non autem dicitur de illis in quibus differunt, neque enim dicitur de participe, & experte rationis; sed ens non tantum dicitur de his in quibus conueniunt sua inferiora mediata, verumetiam de his in quibus differunt, non enim tantum dicitur de homine, & leone, iuxta attributa vtrique communia; verumetiam iuxta proprias differentias; quia cum illæ non sint nihil, erunt entia, ergo ens non erit synonymũ ad sua

ad sua inferiora mediata.

Secundum. Animal siue conferatur cum suis indiuiduis immediatis, siue cum mediatis, semper est natura synonyma: & idem iudicium est de quauis alia natura synonyma; ergo prædicari mediatè, vel immediate de inferioribus, non mutat rationem naturæ synonymæ; neq; igitur in natura analoga, qualis est natura entis, mutabitur ratio analogię siue efferatur illa de inferioribus mediatis, siue immediatis. 2. Argum.

Tertium. Si ens non esset analogum, sed synonymum ad hominem, & leonem, ex eo esset; quia homo vt ens est, nō diffinitur per leonem, neque leo per hominem, atqui hæc ratio nulla est: quia iuxta eundem Fonsecã, in cadē quæstione ens dicitur analogicè de vltimis differentijs; cùm tamen vna non diffiniatur per alteram, vt particeps rationis, non diffinitur per expers, neque expers per particeps; ergo quamuis homo non diffiniatur per leonem, neque leo per hominem, vt entia sunt, non hinc colligi debet, ens esse naturam synonymam. Quare concludendum erit illud esse analogum, non quidem secundum attributionem, vt sunt vrina sana, & animal sanum, quia homo non est ens per attributionem ad leonem, vel è conuerso; sed secundum proportionem; quia quemadmodum se habet homo ad suum esse, ita leo se 3. Argum.

Qua ratione sit ens analogum ad inferiora mediata.

M.C.D. 2018

habet ad ſuum; & quemadmodum ens inclu
ditur ſecundum eſſentiam in omnibus attri
butis hominis, tam proprijs, quàm communi
bus, ita quoq; includitur in attributis leonis
tã proprijs quam cõmunibus. Exhis facilli-
mum erit argumenta propoſita diſſoluere.

Ad 1: Ad primum, dicimus admittentes ens nõ
dici de homine per attributionem ad leonẽ:
ex hoc tamen non rectè colligitur non eſſe
naturam analogam, quia eſt incluſum non
tantum in his in quibus conueniunt homo
& equus, verumetiam in his in quibus diffe-
runt: vnde ex hoc argumento ſolum ſequi-
tur ens non eſſe analogum ſecundum attri-
butionem ad hominem & equum, non tamẽ
ſequitur non eſſe analogum ſecundum pro-
portionem.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondemus inprimis vo
ces homonymas non ſignificare naturam a-
liquam ſynonymam: etiam ſi accommoden
tur alicui ex ſuis ſignificatis, niſi adhibeatur
aliqua alia vox ſynonyma, quæ coerceat la-
titudinem vocis homonymæ, efficiatque vt
id quod eſt homonymum, efferatur ſynony
mè: & ita ens ſemper erit vox homonyma,
niſi illi addita fuerit aliqua particula ſyno-
nyma, vt per ſe v. g. qua ratione erit iam na
tura ſynonyma: ſignificabit enim tũctempo
ris eſſe per ſe, quod eſt ratio ſubſtantiæ, &
ſynonyma.

Vel

M.C.D. 2018

Vel reſpondere poſſumus, & fortaſsis magis accommodatè, eſſe diuerſam rationem inter ens, & alias voces homonymas, vel analogas; quia in alijs vocibus res ſignificata nõ includitur in conceptu differentiarum eorum quæ ſignificant, & ita ſi accommodentur alicui ex ſignificatis prædicantur ſynõnymè; at verò ens eſt incluſum in conceptu vltimo ſuorum inferiorum, quare quamuis applicetur alicui ex ſuis inferioribus, non poterit eſſe natura ſynonyma. 1. Solutio.

Ad tertium reſpondemus negandam eſſe conſequentiam, quia quamuis ens in animali vel in equo ſit idem ſecundum rem cũ eis, differt tamen ratione, ob quam cauſſam erit diuerſus modus prædicandi illorum, et enim ſi ex eo quod aliquid eſt in aliquo, illa duo eodem modo prædicarentur, fieret, vt cum differentia ſit in ſpecie ſecundum eſſentiam, eodem modo prædicaretur de inferioribus quo prædicatur ſpecies, quod tamẽ eſt omnino falſum, cùm ſpecies prædicẽtur in quid, & differentia in quale. Et genus cũ ſit in ſuis ſpeciebus: prædicaretur etiam eodem modo quo prædicantur ſpecies: & ita cum illæ prædicentur immediatè de indiuiduis, genus quoque prædicaretur immediatè, quod cum ſit abſurdum, ſequitur non habere eundem modum prædicandi, illa quæ ſunt idem ſecundum rem. Ad 3.

M.C.D. 2018

Optima ratio.

Ratio autem ob quam non prædicatur ens quod est in animali, eodem modo quo prædicatur animal de suis inferioribus est, quia animal tantùm dicitur de illis iuxta naturam, in qua conueniunt: Ens verò non solùm dicitur de eisdem iuxta naturam in qua conueniunt, sed etiam iuxta naturam in qua differunt; & ita animal prædicabitur synonymè, ens verò analogicè.

Cap. XXV. An Ens possit esse genus.

Arboreus. Opin. Stoicorum, & Platoni.

IOannes Arboreus in Commẽtarijs in caput 3 speciè refert, extitisse olim opinionem Stoicorum, & Platonicorum, arbitrãtium ens esse verum genus, ad substantiam & accidentia. Docet etiam Anaxagoram opinatum esse, illud saltim esse genus omnium substantiarum, quamuis non sit genus earum & accidentium. Licet autem apud hos Philosophos non legamus argumenta, quibus illi hanc suam opinionẽ confirmẽt, ad illam tamen suadendam, his argumentis vti poterimus.

1. Argum. Primum est. Genus est quod dicitur de multis specie differẽtibus in quæstione qua quæ-

quærimus quid res ſit, ſed ens dicitur de ſubſtantia & accidentibus, quæ ſpecie differũt, in quæſtione qua quęrimus quid res ſit, quia interroganti quid ſit ſubſtantia, aptè reſpõdemus eſſe ens; & interroganti quid ſit accidens, accommodatè quoque reſpondemus eſſe ens, ergo ens erit genus.

Secundum. Hæ attributiones ſubſtantia eſt ens, quantitas eſt ens, & ſic de alijs accidentibus, ſunt alicuius attributi vniuerſi: cũ attributum earum nõ ſit res ſingularis, ſed omne attributum vniuerſum, vel eſt genus, vel ſpecies, vel differentia, vel propriũ, vel commune accidens, quia hæc ſunt quinque rerum omnium attributa, ex perſcripto omnium Dialecticorum, ergo ens vel erit genus, vel aliquod ex his quinque propoſitis attributis; ſed non poteſt illud eſſe proprium, & commune accidens, quia non prædicatur ſecundùm accidens; neque poteſt eſſe differentia, quia non effertur in quale; neque poteſt eſſe ſpecies, cùm non dicatur proximè, & immediatê de indiuiduis; erit ergo genus. 2. Argum.

Tertium. Si ens non eſſet genus, ex eo eſſet quia priùs prædicatur de ſubſtantia quã de accidentibus; atqui hæc ratio eſt nullius ponderis, ergo ens erit genus. Confirmatur aſſumptio: numerus eſt verum genus ad binarium, ternarium, & quaternariũ; at nume 3. Argum.

M.C.D. 2018

rus prius prædicatur de binario, quàm de ternario; & de hoc quàm de quaternario, & enuntiatio est verum genus ad aientem, & negantem: vt docent D. Tho. Ammonius, Seuerinus Boetius, Concilium Louanienſe, & Sueſſanus in Commentarijs in cap. de oratione, lib. 1. de interpretatione: at enuntiatio prius dicitur de aiente, quàm de negãte; quia non dicitur de negante, niſi ea ratione qua eſt priuatio aiẽtis, ergo quamuis ens prius dicatur de ſubſtantia quàm de accidẽtibus, poterit eſſe verum genus.

D. Thom.

4. Argum. Quartum argumentum. Si ens non eſſet genus, eſſet ex eo, quia eſt incluſum in conceptu vltimarum differentiarum, quod generi non poteſt conuenire, hæc enim eſt ratio propoſita ab Ariſt. 3. Metaphy. cap. 3. atqui hæc ratio nulla eſt; ergo ens poterit eſſe verum genus. Confirmatur aſſumptio. Inprimis genus poteſt includi in vltimis differentijs. Primò, quia ſubſtantia eſt genus ſupremum, quæ tamen eſt incluſa in conceptu ſuarũ vltimãrũ differentiarum; etenim cum vltimæ differentiæ ſubſtantiæ ſint entia & non ſint accidentia, erunt ſubſtãtiæ. Rurſus, partes diffinitionis ſunt de conceptu rei diffinitæ, cùm ergo genus ſit pars diffinitionis differentiarum, diffiniuntur enim differentiæ per genera, vt particeps rationis per animal, eſt enim animal quod poteſt vti ratione,

Confu. ratio propoſita ab Ariſt.

Primo.

Secundo.

M.C.D. 2018

ne, genus erit de conceptu ſuarum differentiarum. Præterea non includi in vltimis differentijs, non eſt de ratione generis, ergo includi in illis non aufert ab aliquo naturam generis. Conſequentia eſt perſpicua. Confirmatur antecedens. Nulla negatio eſt de ratione generis, ſed non includi in vltimis differentijs eſt negatio, ergo non erit de ratione generis. Tandem quamuis libenter profiteremur auferre ab aliquo naturam generis, eſſe illud incluſum in vltimis differentijs, hinc tamen non colligitur ens non eſſe genus, immo contrariũ aperte colligitur: quia ens de nulla re prædicatur ſecundùm eſſentiam, vt auctor eſt Ariſt. 2. lib. de Demonſtratione cap. 7. ſed illud tantum poteſt eſſe incluſum in vltimis differentijs quod prædicatur de eis ſecundum eſſentiam, ergo ens non erit incluſum in vltimis differentijs, & ex conſequenti poterit eſſe genus. Tertio. Quarto.

Contrariam tamen ſentẽtiam, ſcilicet ens non eſſe genus profitetur Ariſt. 3. Metaph. cap. 3. & omnes Peripatetici idem ſentiunt cum eo, vt D. Tho. Alexãder Aphrodiſeus, & Auerroes in Comment. illius loci, Porphyrius in cap. de Specie, vbi & Ariſtot. hoc docere, & ſe quoque idem ſentire ingenuè profitetur. Ammonius & Boetius, in Commentarijs in hoc caput, & Auicenna 2. lib. ſuæ Metaphyſicæ cap. 1. quam quidem opinionem

Contraria opinio verior.
Ariſt.
D. Thom.
Alexand.
Auerro.
Porphyr.
Ammon.
Boetius.
Auicen.

M.C.D. 2018

nionem tanquam omnino veram amplecti-
mur, illamque his argumẽtis confirmamus.

1. Argum. Propoſit. eſt Ariſt. 4 Top. ca. 2. loco 18. 3. Metaph. c. 3. 7. cap. 12. & 11. cap 1.

Primum eſt petitũ ex Ariſt. in loco poſito. Nullum genus eſt incluſum in conceptu vltimarum differentiarũ, eo quod omnes differentiæ addunt gradum quendam diſtinctum à natura generis, ob quam rationẽ non poterit genus includi in vltimis differentijs; ſed ens eſt incluſum in vltimis differentijs, quia omnes illæ ſunt entia, ergo ens nulla ratione erit genus.

2. Argum. Secundum argumentum eſt Porphyrij. Omne genus eſt natura ſynonyma, ſed probatum eſt ens non eſſe naturam ſynonymã; ergo ens non erit genus.

3. Argum. Tertium eſt Ammonij in loco ſuperiori. In generibus ſublata vna ſpecie non aufertur altera, vt ſublato equo non aufertur leo; ſed in entibus ſublato vno ente alterum aufertur, vt ſublata ſubſtantia, auferuntur accidentia ſecundùm naturam, ergo ens non erit genus.

4 Argum. Præterea nullum genus prædicatur ſecundùm prius & poſterius, vel ſecundũ magis & minus de ſuis ſpeciebus; vt animal nõ prius, vel magis dicitur de homine, quàm de equo, ſed ens priùs & magis dicitur de ſubſtantia, quàm de accidentibus, ergo.

5. Argum. Adhæc genera ſuprema ſunt primò diuerſa; ſed quæ primò differunt non poſſunt

obtine

obtinere naturam aliquam genericam ſupra ſe; ergo neque genera ſuprema poterunt illam obtinere: cùm ergo ens ſit commune generibus ſupremis, nõ poterit illud eſſe genꝰ.

Cap. XXVI. In quo rationes propoſitæ diſſoluuntur.

REſtat nunc vt rationibus propoſitis ſatisfaciamus. Ad primam dicimus. In diffinitione generis ſub illo nomine relato quod, intelligendam eſſe naturam vniuerſam ſynonymam, itavt ſenſus ſit. Genus eſt natura vniuerſa ſynonyma; at enti nulla ratione conuenit eſſe naturam vniuerſam ſynonymam, vnde definitio generis nullo modo illi conueniet. Ad 1.

Ad ſecundam reſpondemus. Vniuerſum poſſe bifariam ſumi, primò in quadam latepatente ſignificatione, ea ſcilicet ratione qua eſt diuiſum contra ſingulare; ita vt illud omne vocemus vniuerſum, quod non eſt ſingulare, qua ratione complectitur omnes notiones vniuerſas, tam integras naturas, quàm differentias & modos internos earum: quo modo ſi ſumatur, non eſt natura ſynonyma, neque genus, ſed analogum, quia non tantũ dicitur de his in quibus conueniunt, verùm Ad 2.

etiam

etiã de his in quibus differunt notione vniuerſæ. Secũdo modo ſumitur in contractiori ſignificatione, in qua tantùm ſignificat naturam integram & ſynonymam notionum vniuerſarum. Si vniuerſum vſurpetur primo modo, ens eſt vniuerſum, & hæ attributiones, ſubſtantia eſt ens, quantitas eſt ens, ſunt attributi vniuerſi, quia ens quod eſt earum attributum, non eſt natura ſingularis. Si verò ſumatur illud in altera ſignificatione, ens non eſt vniuerſum, neque hæ attributiones ſunt attributi vniuerſi; quia non ſunt attributi ſynonymi: quare ens non continebitur ſub aliqua ex quinque vocibus prædicabilibus, & vniuerſis, eò quod vniuerſum quod eſt diuiſum in has quinque voces, tantùm eſt illud quod ſignificat naturam integram & ſynonymam. Diffinitur enim illud ab omnibus Dialecticis, Natura omnino ſimplex, quę de multis nata eſt ſynonymè prædicari.

Ad 3. Ad tertium reſpondemus cum D. Tho. in Commentarijs in primum librum de Interpretatione lect. 8. ſpecies diuidentes aliquod genus poſſe duobus modis ſumi, vel vt conferuntur inter ſe, vel vt conferuntur cũ genere. Si hoc poſteriori modo ſumantur, vna ſpecies non eſt prior altera, neque genus dicitur prius de vna quàm de alia, ſed omnes ſpecies ſunt ſimul natura, & ex æquo diuidunt idem genus, vt author eſt Ariſtot.

in

in Postcategorijs, in cap. in quo explicantur modi quibus aliqua dicuntur esse simul; si verò primo modo vsurpentur, vna species potest esse altera prior, neque hoc aufert rationem synonymiæ à genere, sed illud alterum, scilicet in habitudine ad naturam generica, vnam speciem prius obtinere naturam genericam, quàm obtineat altera. Vnde ad primum exemplum propositum de numero respondemus, binarium non esse priorem ternario, vt duo hi numeri diuidunt numerũ in communi, sed esse priorem illo ea ratione, qua inter se conferuntur. Ad secundum verò eodẽ modo respondemus: enuntiationem aientem non esse peiorem negante, vt duæ ille diuidunt enuntiationem in communi, quæ est earum genus, sed esse priorem ea ratione qua inter se conferuntur.

Ad quartum respondemus: rationem proAd 4. positam in eo esse optimam, cùm sit tradita ab Arist. in illo loco. Ad confutationes verò ita satisfacimus.

Ad primum dicimus, Substantiam quæ Solutio 1. confuta. dicitur de vltimis differentijs, non esse illam quæ est genus supremum, sed illam quæ est diuisa contra accidens: quia prima illa, tantum significat naturam integram, at differẽtiæ sunt naturæ incompletæ: altera verò cũ ambiat omnes substantias, tam completas, quàm incompletas, effertur de vltimis differen-

M.C.D. 2018

Reprehenditur Alexander.

rentijs. Vnde colligimus errasse Alexandrũ Aphrodiseum, virum alioquin grauissimum & fidissimum interpretem Arist. in Commentarijs in cap. 3. lib. 3. Metaphy. constituentem, illam substantiam quæ est genus supremum, prædicari de vltimis differentijs suæ categoriæ; hoc enim apertissimè repugnat Arist. in eodem loco, docenti ens non esse genus (hauddubiè supremum intelligit, quia si esset genus, non posset esse intermedium) eò quod est inclusum in vltimis differentijs, quare nullum genus supremum, neq; ipsa substantia poterit de vltimis differentijs prædicari.

Argum. Vrgebit tamen aliquis. Substantia vt significat naturam integram est genus supremum, non quidem omnis, sed ea quæ immediatè est diuisa per corpoream & incorpoream; quamuis illa quæ est diuisa contra accidens non sit genus, sed natura analoga; pari ergo ratione ens quod significat naturam integram poterit esse genus, cum ita non sit inclusum in vltimis differentijs, quamuis illud quod est diuisum contra nihil non possit esse genus.

Solutio. Respondemus esse disparem rationem, quia substantia quæ significat naturam integram, & est diuisa in corpoream, & incorpoream, ex æquo prædicatur de illis, & non secundùm prius & posterius; at verò ens quod

quod significat naturam integram prius & magis dicitur de substantia, quam de accidẽtibus, ob quam caussam non poterit esse genus, non quia sit inclusum in vltimis differentijs, cùm includi in eis tantùm conueniat enti, quod est diuisum contra nihil, sed propter rationem assignatam.

Ad secundum respondemus. Differẽtias diffiniri per genera, tanquam per quædam addita, & extrinseca, quemadmodum accidẽtia vel propria, vel communia diffiniuntur per substantiam; quæ autem hac ratione continentur in diffinitione alicuius, non sunt de essentia illius; quemadmodum nasus per quẽ simitas diffinitur, non est de essentia simitatis: & ita quamuis differentiæ diffiniantur per genera, non tamẽ erunt illa, aut de essentia, aut de conceptu essentiali differentiarũ. Ad 2.

Ad tertium respondemus cum Ferari. 1. contra Gentes cap. 32. non includi in vltimis differentijs, non esse de essentia generis, sed esse quandam proprietatem ab illius essentia dimanantem, tota enim essentia illius est, esse naturam vniuersam, quæ sit nata dici de multis specie differentibus in quid, & synonymè: quod si hæc natura alicui rei nata sit conuenire, proculdubio illa erit genus, & ex consequenti non includetur in vltimis differentijs, quia hæc proprietas debet consequi suam naturam, in quouis subiecto reperia- Ad 3. Ferrar.

periatur: & si illa non fuerit inclusa in vltimis differentijs, ab effectu, & à posteriori colligemus illam esse genus: Esse autem hanc opinionem Ferra. veram; his duabus rationibus confirmamus.

Confirm. opini. Ferrarien.

1. Ratio. Prima est iam in argumento proposita: Negatio non est ens de essentia & natura generis, sed non includi in vltimis differentijs est quædam negatio; ergo non erit de natura & essentia generis.

2. Ratio. Secunda. Illud tantùm est de natura generis, quod exprimitur per illius diffinitionem essentialem; sed non includi in vltimis differentijs non exprimitur per illius diffinitionem essentialem, ergo: Confirmatur assumptio. Genus duobus modis potest essentialiter diffiniri: Primò, vt est vox prædicabilis, qua ratione diffinitum fuit a Porphyrio. Quod potest dici de multis specie differentibus in quid: & secundo; vt est vox vniuersa, qua ratione diffinitur vnum in multis specie differentibus, secundum essentiam; sed in neutra diffinitione exprimitur non includi in vltimis differentijs, ergo hæc non erit essentia generis.

Quidã recentiores sequuntur contrariã opinionẽ

Non me latet quosdam recentiores existimasse, non esse proprietatem, sed naturã generis non includi illud in vltimis differentijs, quorum argumenta erũt à nobis hoc loco dissoluenda; ita n. primo argumentatur.

De ra-

De ratione differẽtiæ est vt in ea non inclu datur genus, ergo de ratione generis erit nõ includi in vltimis differentijs, consequentia est satis perspicua. Confirmatur antecedẽs. Illud est de ratione differentiæ, per quod di stinguitur a modis internis, sed hoc interest inter differentias & modos internos, quod in modis internis sunt genera, vel alia attributa essentialia communiora inclusa, vt in esse per se, & in alio, includitur ens: in differentijs verò non sunt illa inclusa, ergo. 1. Argum.

Respondemus negantes antecedens, quia differentias non includere genus non exprimitur in aliqua ex quatuor diffinitionibus illius, propositis a Porphy. in cap. de differẽtia, vt cuique percurrenti omnes illas poterit constare apertissimè, & ita illud non erit de essentia differentiarum Ad confirmationem verò respondemus differentias non distingui à modis internis secundum essentiã, cum sit eadem vtriusque natura, quæ est distinguere secundum essentiam, ea quæ sub eodem genere, vel natura communi continẽtur, sed secũdum accidens, vnde genera, vel communia attributa includi in modis internis, accidens est illorum, quare & non includi genera in vltimis differentijs, erit quoq; accidens earum. Solutio.

Secũdum argumentum illorum est. De ratione generis est contrahi ad speciem, sed 2. Argu.

M.C.D. 2018

non potest contrahi quin sit extra rationem differentiarum contrahentium, quia omne quod contrahitur est extra rationem contrahentium, ergo de ratione generis erit non includi in vltimis differentijs.

Solutio. Respondemus falsam esse propositionẽ: quia genus vt contrahitur, iam amittit rationem attributi vniuersi Logici, tunc temporis enim non est vnum & commune multis, sed est proprium illi speciei ad quam fit cõtractio, sed ea ratione obtinet rationem attributi vniuersi, & generis Logici qua est indifferens, & abstractum à suis inferioribus, & vt totum quoddam cõmune multis speciebus, hac enim ratione illud retinet naturam propriam generis. Ex his ergo remanet dissoluta confutatio, etenim quamuis non sit de natura generis includi in vltimis differentijs: est tamẽ eius proprietas; & ita si fuerit inclusum in illis, colligemus ab effectu illud non esse genus, quia à quo negantur proprietates alicuius subiecti, & illud quoq; debet omnino denegari. Vnde ratio proposita ab Arist. ad probandum ens non esse genus, quia est inclusum in vltimis differentijs, non est a priori & per causam, sed à posteriori, & per effectum: causa enim ob quam illud non est genus, est quia non dicitur de multis specie differentibus synonymè: verum quia ad eam naturam quæ dicitur secundùm essen-

M.C.D. 2018

sentiam de multis specie diuersis, non tamẽ synonyme, consequitur illam esse inclusam in vltimis differentijs, propterea à ex hac re tanquam ex effectu quodam colligit ens nõ esse genus, quia est inclusum in vltimis differentijs.

Ad vltimam confutationem dicimus Aristot. in eo loco loquutũ fuisse de ente, quod significat existentiam, vel de ente participialiter, hoc enim non dicitur de rebus secundum essentiam; cùm in solo Deo existentia sit illius essentia; non autem de ente nominaliter, vel quod significat essentiam: hoc enim de essentia est rerum omnium, & ob hanc causſam ens non poterit esse genus, quia est de essentia vltimarum differentiarum.

Solutio vltimæ confutationis dicimus cap. 3 huius lib.

Cap. XXII. Qua ratione Ens sit analogum ad substantiam & accidentia.

POST confutatas duas inter se multum dissidentes opiniones, vtham Scoti constituentis ens esse synonymum, & alteram aliorum Philosopho. existimãtium illud esse homonymum; supereſt vt mediam sententiam, ens scilicet esse analogum ad

M.C.D. 2018

ſubſtantiam & accidentia, tanquam veriorē explicemus: vt tamen veritas nobis magis eluceſcat, erunt proponenda prius nonnulla argumenta aduerſus entis analogiam.

1. Argum. Primum eſt. In analogis membrum minus prę̨cipuum debet per magis prę̨cipuum diffiniri, vt ſæpe in ſuperioribus docuimus; ſed accidentia non diffiniuntur per ſubſtantiam, quæ tamen ſunt membra minus præcipua, ergo ens non erit analogum ad ſubſtã tiam & accidentia. Confirmatur aſſumptio, inprimis candor non diffinitur per ſubſtantiam; diffinitur enim, color diſgregãs viſum, in qua diffinitione nulla ſubſtantia continetur. Deinde Mathematici diffiniunt quantitatem ſine ſubſtantia, diffiniunt enim circulum eſſe figuram planam, vnica linea comprehenſam in cuius medio punctum eſt, à quo omnes lineæ ductæ vſque ad circumferentiam ſunt æquales; in qua diffinitione ſatis eſt exploratum nullam ſubſtantiam contineri. Præterea, ſi accidentia vt entia ſunt diffinirentur per ſubſtantiam; ergo & ſubſtantia quoq; per ſeipſam diffiniretur, quia quod competit accidenti ea ratione qua eſt ens, competit omni enti, quemadmodum & competit homini, vt animal eſt, cõpetit omni animali; atqui hoc dicere eſt abſurdum, cùm nihil poſsit per ſeipſum diffiniri; ergo accidentia vt entia ſunt non diffiniẽtur per ſub-

ſubſtantiam.

2. Argum.

Secundum argumentum. Lex eſt in analogis maximè obſeruanda, vt res analoga de præcipuo analogato efferatur ſecũdum eſſentiã, & intrinſecè, de minus præcipuo verò extrinſeca denominatione, vt in exemplo ſatis protrito ſanitatis, illud confirmare poſſumus; quæ de animali tantum dicitur ſecũdum eſſentiam, & intrinſecè; de vrina verò, vel medicamentis dicitur extrinſeca denominatione; ſed ens non ſolum dicitur de ſubſtantia, quæ eſt membrum præcipuum intrinſecè, & formaliter: verumetiã & de accidentibus, quia in his attributionibus quantitas eſt ens, qualitas eſt ens, attributum eſt de eſſentia ſubiectorum, ergo ens nõ erit analogum ad ſubſtantiam, & ad accidentia.

3. Argum.

Tertium. In analogis membrum minus præcipuum obtinet naturam rei analogæ per habitudinem ad membrum magis præcipuum, vt eſt omnibus manifeſtum, ſed dantur aliqua accidentia quæ nõ ſunt entia per habitudinem ad ſubſtantiam; ergo ens non erit ſaltim analogum ad ſubſtantiam, & ad hæc accidentia. Cõfirmatur aſſumptio. Relatio eſt ens, ſed relatio non habet ſuam entitatem per habitudinem ad ſubiectum, ſed per habitudinem ad terminum, vt conſtare poterit ex diffinitione relatorum quæ explicat eorum entitatem, in qua non continetur

M.C.D. 2018

subiectum, sed terminus. Dantur ergo aliqua accidentia quæ non obtinent suam entitatem per habitudinem ad substantiam.

2. Assertio. His tamen non obstantibus, vt quæstio explicemus sit prima assertio. Ens dicitur secundùm analogiam de decem Categorijs. Confirmatur inprimis, quia ita docet Arist. varijs in locis, constituens ens esse analogum vel homonymum, ab vno, vel ad vnum, eo modo quo sanitas est quippiam analogum, vel homonymum ad vnum, vt dicitnr de sanitate animalis, vrinæ, & medicinæ, ita docet 4. Metaphy. cap. 2. & 7. cap. 4. & 11. cap. 3. & 12. cap. 4.

3. Argum. Præterea ens prędicatur secundum essentiam de substantia & accidentibus, sed non prædicatur homonymè, neque synonymè, prædicabitur igitur secundùm analogiam.

Contra. In hac assertione non est apud eos qui recte sentiunt vlla dissensio. Est tamen controuersia apud eos, quo genere analogię ens nuncupetur analogum, num secundùm attributionem, vel potius secundùm proportionem.

Opi. quorundam. Quidam enim dicunt illud esse solum analogum secundùm attributionem, ex horum numero sunt Aegidius Romanus 4. Metap. q. 4. & 1. Senten. dist. 8. q. 1. art. 2. qui inquit esse tam minimam entitatem accidentium, cùm illa non sint entia in recto, sed entis entia in obliquo, vt ab ea nulla ratione

Aegidius Roman.

queãt

queant vocari entia, sed dicuntur entia per attributionem ad substantiam, quæ est ipsorum commune subiectum. Eiusdem sententiæ videtur esse Capreolus in p. dist. 2. q. 1. ad primum contra 9. conclu. Sunt alij veteres, vt tradit Herueus quodlib. 2. q. 7. qui constituunt, ens in habitudine ad substantiã, & ad duas categorias accidentium absolutas, vt ad quantitatem, & qualitatem esse analogum secundùm attriburionem, & proportionem, quia de illis omnibus prædicatur secundùm essentiam, & intrinsecè, & per attributionem ad substantiam: in habitudine verò ad alias Categorias relatorum, solum esse analogum secundùm attributionem; eò quod ens non prædicatur formaliter, & intrinsecè de entibus relatis, sed extrinsecè, & per attributionem ad substantiam: verior tamen sententia est D. Tho. 1. Sen. dist. 19. q. 5. art. 2. ad 1. Caietani cap. 2. libelli de Ente & Essentia q. 3. & in opusc. de nominũ Analogia Ferrariensis 1. contra Gen. capit. 34. Aquarij, & Fonsecæ 4. Meta. q. 1. Flandren. 4. Metaphy. q. 2. art. 4. qui profitentur ens esse analogum, & secundùm proportionem, & secundùm attributionem ad omnes decẽ Categorias, vnde sit secunda assertio.

Capreo. Herueus. D. Thom. Caieta. Ferrar.

Ens est analogum secundùm attributionem ad substantiã & accidentia. Confirmatur imprimis ex Arist. qui lib. 4. Meta. cáp. 2. & 7.

2. Assertio. 1. Argum.

M.C.D. 2018

& 7.cap.4. & 11. cap.3. docet ens esse analogum eo modo quo sanitas; sed sanitas dicitur secundùm analogiam attributionis de sanitate animalis, vrinæ, & medicinæ, ergo & ens dicitur secundùm analogiam attributionis de substantia, & omnibus accidentibus.

2. Argumẽ. Deinde, quando aliquod superius dicitur de suis inferioribus hoc ordine, vt dicatur de vno per habitudinem ad alterum, est analogum secundùm attributionem; sed ens dicitur de accidentibus per habitudinem ad substantiam, ergo erit analogum secundùm attributionem. Confirmatur assumptio. Accidentia ex eo dicuntur entia, quia sunt entis, ideſt substantię entia, quantitates scilicet, vel qualitates, vel quippiam aliud, vt author est Arist. Arist. 7. Meta. cap. 1. ergo ens dicetur de accidentibus per habitudinem ad substãtiam. Explicat assertio. Verùm cum in superioribus sit constitutum analogiam secundùm attributionem, quandam esse ab vno, & aliam ad vnum; & hanc posteriorem, quandam esse ad ad vnum finẽ, & aliam ad vnum subiectum, his omnibus modis ens est analogum secundùm attributionẽ: quod vt facilius intelligere possimus annotandum est ex D. Tho. D. Tho. 1.p.q. 77. art. 6. ad 2. substantiam esse causſam accidentium efficientem, finem, & materiam, ex quo triplici genere causſæ ortum habet, vt ens sit ana-

M.C.D. 2018

analogum ſecundùm attributionem ab vno, & ad vnum, nam ea ratione qua ſubſtantia eſt cauſſa efficiens accidentium, ens eſt analogum ſecundùm attributionem ab vno principio, quia accidentia vt entia ſunt, obtinent totam entitatem à ſubſtãtia, tanquam à proprio & communi principio à quo dimanant, ex quo fit vt ens prius reperiatur in ſubſtantia, quàm in accidentibus, quemadmodum etiam vita prius reperitur in corde, quàm in alijs partibus rei viuentis, quia in corde eſt tanquam in principio; in alijs autem, tanquã in his quæ ortum habent à principio. Ea verò ratione qua ſubſtantia eſt ſubiectum, & materia in qua ſunt accidentia, ens eſt analogum ſecundùm attributionem ad vnum ſubiectũ; qua omnia accidentia ſunt in ſubſtãtia tanquã in communi ſubiecto, ex cuius inhærentia totam ſuam entitatem, tam ſecundùm ſuam eſſentiam, quàm ſecundùm exiſtentiam conſequuntur. Denique ea ratione qua ſubſtantia eſt finis accidentium, erit analogum ſecundùm attributionem ad vnum finem, quia omnia accidentia referuntur ad ſubſtantiam, tanquã ad eorum finem & ſcopum, quædam vt illius menſuræ, quemadmodum quantitas, alia tanquam affectiones & diſpoſitiones, vt qualitas, alia tanquam habitudines referentes ipſam ad ſuum terminum, vt omnes relationes.

1. Argum. Tertia assertio. Ens non solum est analogum secundùm attributionem, sed etiam est analogum secundũ proportionem. Confir. inprimis hac ratione: quemadmodum se habet substantia ad suum esse, ita quoque & accidentia se habebunt ad suum esse; nam quemadmodum substantia est ens per suum esse; ita & accidẽtia sunt entia per suum esse, sed hæc est analogia secundùm proportionem, ergo ens erit analogum secundum proportionem.

2. Argum. Præterea si ens esset analogum secundũ solam attributionem, accidẽtia quæ sunt huius analogiæ membra minus præcipua, non essent entia formaliter, & secundùm essentiam, quia in analogis secundùm attributionem: membrum minus præcipuum non est tale secundum essentiam, sed extrinseca denominatione: hoc autem quàm sit absurdũ, omnibus est satis perspicuum, cùm nullus sit qui non probè intelligat accidentia esse secundùm essentiam, & formaliter entia, ergo. Aegidius Romanus huius argumenti põdere oppressus multa profiretur, & veritati contraria, & suę eruditioni (quæ non est vulgaris) prorsus indigna. Inprimis enim libenter fatetur, accidentia solum esse entia extrinseca denominatione. Admittit etiam illa non habere existentiam distinctam ab existentia substantiæ, sed per eandem existentiam

tiam

tiam per quam exiſtunt ſubſtantiæ, & ipſa quoque exiſtere: verum hæc omnia ſunt ita manifeſtè abſurda, vt nulla egeant impugnatione. De his tamen ſecundo libro nonnulla diſputabimus.

Quarta aſſertio. Non ſolùm eſt ens analogum ſecundùm proportionem, ad ſubſtãtiam, & Categorias accidentium abſolutas: verumetiam erit analogum ſecundum proportionẽ ad hęc, & ad accidentia relata, dicetúrque ſecundùm eſſentiam, & formaliter, tam de accidentibus abſolutis, quàm de relatis. Confirmatur aduerſus eos auctores quos proponit Herueus. 4. Aſſertio

Primo, hæ attributiones, relatio eſt ens, actio, & paſsio ſunt entia; non ſunt minus eſſentiales, quàm ſint hæ aliæ: ſubſtantia eſt ens, & quantitas eſt ens: ergo ens dicetur formaliter & ſecundum eſſentiam de his accidentibus, & ex conſequenti erit analogum ſecundum proportionem. Confirmatur aſſer. 1. Argum.

Deinde ſi hæ categoriæ relatorum non eſſent formaliter entia, & ſecundùm eſſentiam, ergo eſſent formaliter non entia; quia quod non eſt formaliter ens, eſt formaliter non ens; vnde fieret vt cum hæ Categoriæ ſint entia rei, vt entia rei eſſent formaliter non entia, quo nihil abſurdius poteſt excogitari. Fallũtur autem hi auctores ex eo; quia non diſtinguunt inter prædicari de aliquo 2. Argum.

extrin-

extrinseca denominatione, & esse ens extrinsecè, quæ tamen inter se maximè differunt: etenim quamuis vltimæ Categoriæ prædicentur extrinsecè de subiectis, sunt tamē entia intrinsecè, & secundum essentiam: quemadmodum quamuis ab actione videndi denominetur paries visus: extrinsecè actio tamen hæc, ens est secundum essentiam.

Cap. XXVIII. In quo dissoluuntur rationes aduersæ.

AD argumenta proposita ita respondemus.

Ad primum dicimus falsam esse assumptionem. Ad confirmationem verò vt respondeamus annotandum erit, accidentia quædam esse propria, vt risibilitas in homine, & alia communia vt candor, vel atror. Præterea tam ea quæ sunt propria, quàm ea quæ sunt communia, sumi possunt, aut in concreto, vt candidum, aut in abstracto, vt candor. Adhæc sciendum est, eo differre res absolutas à rebus quæ ad aliud referuntur; quod res absolutæ tantùm diffiniuntur per ea quæ sunt rei intima, scilicet, per genus, & differentiam, quæ in eadem ca-

tego-

M.C.D. 2018

tegoria continentur. Relatæ verò diffiniri debent per aliquod extrinsecum, à quo secũdum essentiam dependent, siue illud fuerit terminus, vt pater diffinitur per filium, siue obiectum: vt facultas videndi diffinitur per colores: siue subiectum, vt simitas diffinitur per nasum.

Obseruandum est etiam accidentia sumi posse tribus modis, vt entia sunt, vt accidentia in communi, & vt talia accidentia priuata, quibus tribus modis necessariò sunt diffiniẽda per subiectum: inprimis vt entia sunt, quia in analogis membra minus præcipua, (vt sunt accidentia in analogia entis) debent per illud quod est magis pręcipuũ diffiniri, deinde vt accidentia sunt, quia tota essentia & existentia accidentium est inhærere subiecto, accidentibus enim esse est inesse, & tandem vt sunt accidentia priuata, quia in illis differentiæ essentiales per quas diffiniri debent, depromi debent à subiecto. Attamen quamuis omnia accidentia sint diffinienda per subiectum, diuersa tamẽ ratione debent diffiniri: nam si illa fuerint communia, & sumantur in abstracto, non diffinientur per subiectum expresse, sed implicitè: quemadmodum in diffinitione cãdoris, quæ est, color disgregans visum, non continetur expresse substantia, sed implicitè. Si vero diffinianturin concreto continetur subiectum

Annot.

expres-

M.C.D. 2018

expresse in eorum diffinitione; quemadmodum candidum diffinitur, corpus disgregans visum, in qua diffinitione continetur expresse corpus quod est subiectum candoris. At verò si illa fuerint propria, siue sumantur in concreto, siue in abstracto, debet subiectum expresse contineri in eorum diffinitione, hac tamen lege, vt si in concreto vsurpentur subiectum in eorum diffinitione obtineat locũ generis, & verum genus habeat locum differentiæ: quemadmodum symũ diffinitur, nasus curuus, in qua diffinitione nasus qui est subiectum, habet locum generis, & curuitas quæ est verum genus, habet locum differentiæ. Si verò sumatur in abstracto, res è conuerso sese habet; quia id quod est verum genus, habet locum generis: & subiectum habet locum differentiæ, vt in hac diffinitione in qua diffinimus similitatem esse curuitatem nasi, curuitas quæ est verum genus, habet locum generis, & nasus qui est subiectum illius, habet locum differentiæ. Collecta sunt hæc omnia ex Arist. 7. Meta. cap. 5. Ex his omnibus superstunt duæ priores confirmationes dissolutæ. Ad primam enim dicimus in diffinitione candoris contineri subiectum si in abstracto diffiniatur, solùm implicitè, & contineri expresse si in cõcreto fuerit diffinitus.

Solutiones confir.

Ad secundam eodem modo satisfacimus in diffinitione circuli, vel alterius quantitatis,

Solutio 2.

tis quam diffiniũt Mathematici, cõtineri subiectum implicitè, quamuis non contineatur explicitè. Atque hæc dicta sint breuiter de accidentium diffinitione, si quis tamen cupit vberiorem de illa haurire cognitionem, consulat Metaphysicos 7. lib. Metap. Soncinatem q. 6. Flandrensem. q. 8. art. 1. & 2. Iauellum, Aquarium, & Suessanum q. 3. eiusdem libri. Soncinas. Flandren. Iauel. Aquar. Suesian.

Ad tertiam confirmationem respondemus negãdam esse propositionem: est enim latum discrimen inter synonyma, & analoga, quia in synonymis, nullus gradus naturæ communis competit vni ex inferioribus, qui alteri etiam non conueniat: in analogis verò res è contrario sese habet; quia aliquid cõpetit alicui ex inferioribus, quod alteri conuenire nullo modo potest: quemadmodum aliquid competit vrinæ vt sana est, quod nõ competit medicamento, & aliquid competit huic, quod non potest animali cõuenire: competit enim vrinæ vt est sana, esse signũ sanitatis, & medicamento esse caussam, & animali esse subiectum illius; & ita in analogia entis ad substantiam, & accidentia, non est necesse, vt quod competit accidẽti vt est ens, competat quoque substantiæ, neque vt quod competit substantiæ conueniat accidentibus: nam accidentibus vt entia sunt cõpetit dependere à substantia, & ex conse- Solutio. 3.

quen-

quenti diffiniri per illam, quod nulla ratione potest substantiæ conuenire.

Ad 2. arg. 1. Solutio.

Ad secundum respondemus in ente posse considerari & analogiam proportionis, & attributionis, si hanc secũdam expectemus, ens non dicitur intrinsecè de accidentibus, vt confirmat argumentum; si vero primam illam consideremus, dicetur intrinsecè de illis; vnde accidentia erunt entia intrinseca, & extrinseca denominatione: diuersa tamen ratione; quia ea ratione qua ens est analogum secundum attributionem: erũt entia extrinsecè; ea tamen ratione qua est analogum secundum proportionem, erunt entia intrinsecè. Ita huic argumento satisfacit Caietanus in libello aureo de nominum analogia cap. 2.

Caietanus

2. Solutio.

Præterea respondemus legem illam veram esse, quando in analogis sola analogia secundum attributionem reperitur, vt est analogia sanitatis, quæ de sola sanitate animalis dicitur intrinsecè: de vrina verò, vel medicamentis prędicatur extrinsecè: at quãdo cum hac analogia simul reperitur analogia secundum proportionem, qualis est analogia entis, dicimus illam esse fallam: in his enim analogis, res diuisa de omnibus suis inferioribus prædicatur formaliter, & secundum essentiam.

Ad 3.

Ad tertium respondemus relationẽ posse su-

M.C.D. 2018

se sumi duobus modis: primo, vt tantum refertur ad terminum; exprimiturque illa voce ad, qua ratione si sumatur, communis est secundum analogiam ad relationem rei, & rationis; quia in vtraque reperitur habitudo ad suum terminum. Sumitur secundo, vt significat habitudinem contractam per esse rei ad categoriam relationis, in qua solæ relationes rei continentur; i. illę quæ ex natura rei; & non beneficio intellectus, ad suos terminos referuntur. Legat cui libitum fuerit hanc dist. apud Caietanum 1. p. q. 28. art. 1. & apud Ferrariensem 1. contra Gen. cap. 14. si igitur primo modo sumatur relatio, nullam indicat habitudinem ad subiectum, sed ad solum terminum; quia relatio rationis quæ sub illa continetur, non refertur ad subiectum, cum illi non inhæreat, sed ad terminum. Si verò altero modo vsurpetur, indicat habitudinem, & ad terminum, & ad subiectum; quia ea ratione qua est relatio, refertur ad terminum; ea verò qua est rei refertur ad subiectum; queniadmodũ & alia omnia accidentia rei media inhærentia referũtur ad illud. Ex his ergo supereſt satisfactũ argumento: negandum enim erit relationẽ quæ sub ente diuisio in decem Categorias continetur, non referri ad subiectum: nam quamuis altera prior non referatur; hæc tamen omnino debet referri.

Caietan.

Ferrarien.

M Quòd

Vrget arg. Quòd ſiquis adhuc vrgeat, & vlterius p grediatur, atque inquirat, num ad præciſè ſumptum, quod vltimo conſtituit, & complet rationem relationis, eamque ſecernit a reliquis Categorijs accidentium, indicet habitudinem ad ſubiectum necne?

Solutio. Reſpondendum erit etiam hac ratione indicare habitudinem ad illud, quod ex eo colligimus, quia hæc differentia relationis quantũuis præciſè, & formaliter vſurpetur, ſemper eſt accidens ſecundùm eſſentiam: cùm enim ſit ens rei, & non ſit ſubſtantia, erit neceſſario accidens; & ita denotabit habitudinem non tantum ad terminum, verum etiã ad ſubiectum.

Dubitatio num accidentia ſint ſimpliciter & abſolutè entia.

Percontabitur tamen aliquis ſintne accidentia ſimpliciter & abſolutè entia necne? Reſpondemus accidentia formaliter, & ſecundum eſſentiam, eſſe entia, non tamen eſſe ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecundũ quid. Primum ita confirmo. Hæ attributiones, quãtitas eſt ens, & qualitas eſt ens, ſunt attributi eſſentialis, cùm non ſint accidentariæ, iam ergo ens formaliter, & ſecundùm eſſentiam dicetur de accidentibus. Alteram partem

Ariſt. ſuadeo auctoritate Ariſt. qui in innumeris propemodum locis profitetur, ſolam ſubſtãtiam eſſe ens ſimpliciter, & abſolutè, accidẽtia verò eſſe entia ſecundùm quid, ita docet 7. Metaph. cap. 1. & cap. 4. & 8. cap. 1. & 11.

cap.

cap. 3. & vberius multo duodecimo cap. 1. vbi ita loquitur. *Præterea ſi omnino & abſolutè loquendum ſit cætera non ſunt, ſed qualitates atque motus, quemadmodum id quod eſt non albũ, & quod eſt non rectum.* Id ipſum que hoc argumento in eodem loco confirmat. Quemadmodum ſe habẽt negationes & priuationes ad entitatem, ita quoque & accidentia, ſed negationes & priuationes non ſunt entia ſimpliciter, ſed ſecũdùm quid, ex eo ſcilicet, quia referuntur ad aliquod ſubiectum, ergo & accidentia erunt etiam ſecundùm quid, quia referuntur ad ſubſtantiam, quæ eſt ens ſimpliciter, & abſolutè. Quare quemadmodum ens formaliter, & ſecundùm eſſentiam dicitur de Deo, & creaturis, ſimpliciter verò de ſolo Deo prædicatur, ita quoque ſecũdum eſſentiam dicetur de ſubſtantia, & accidentibus, ſimpliciter verò & abſolutè, de ſola ſubſtantia efferetur.

Cap. XXIX. An in Ente ſit vnus aliquis conceptus ad ſua inferiora.

M.C.D. 2018

QVA potuimus dexteritate, simul & perspicuitate, in capitibus superioribus, ea omnia exposuimus, quæ ad analogiam entis intelligendam cognouimus esse necessaria, quibus luculenter satis explicatis, consequens est, vt ad disputationem de conceptu entis, difficilem quidem, & in densissimis tenebris delitescentem, oratione conuertamus: auspicabimur tamen disputationem ab hac quæstione, in qua rogamus nũ in ente sit vnus aliquis conceptus, ad ea inferiora quæ sub latissimo suo ambitu continentur: vt tamen tota structura, quibusdam fundamentis firmissimè innitatur quædam priori loco præfabimur, sine quibus illa cohærere nulla ratione potest.

Annot. Duplex cõceptus formalis & obiectiuus.

Annotandum est igitur conceptum esse duplicem, formalem & obiectiuum. Formalis est similitudo secundùm actum rei intellectæ. In qua diffinitione similitudo obtinet locum generis, reliquæ verò particulæ locũ differentię. Dicitur inprimis similitudo, id est imago quædam, exemplar, vel idea, est enim omnis conceptus similitudo, non tamen omnis similitudo est conceptus, quemadmodum effigies D. Tho. Aquinatis in tabula aliqua depicta, similitudo est ipsius, at non vocatur conceptus. Dicitur deinde secundũ actum, per quam particulam separatur ab

Quid conceptus formalis.

specie-

ſpeciebus intellectillibus, inhærẽtibus intellectui patibili, nam quamuis ſint illæ ſimilitudines rerum, non ſunt tamen ſimilitudines ſecundùm actum, ſed ſecundùm habitum; vel non ſunt ſimilitudines in actu ſecũdo, ſed in actu primo, conceptus verò ſimilitudo eſt in actu ſecũdo. Tandem dicitur rei intellectæ, per quam particulam ſecernitur ab alijs cognitionibus quæ in ſenſibus reperiuntur, quamuis enim illæ ſint ſimilitudines rerum, non ſunt tamen conceptus, quia non ſunt rerum quæ intelliguntur, ſed quæ ſentiuntur. Nuncupatur autem hic conceptus formalis, ob alteram ex his duabus rationibus, vel ob vtramque potius. Prima, quia eſt forma menti inhærens, tanquam accidens in ſubiecto. Secunda quia repreſentat rem intellectam, tanquam illius exemplar, & idea, at exemplar ſub forma contineri, teſtatur Ariſt. 5. Metaph. cap. 2. & 2. Phyſi. cap. 3. Ariſt.

Conceptus verò obiectiuus, eſt res quæ intelligitur per conceptũ formalem, vt ſunt cœlum, elementa, & quæ ex illis conſtantur; omnia enim illa medio aliquo conceptu formali ab intellectu cognoſcuntur. Diximus autem conſulto quæ intelliguntur, quia res duobus modis ſumi poſſunt, vno modo vt exiſtunt à parte rei, & altero iuxta ſua attributa eſſentialia. Res primo modo non per- Quid conceptus obiectiuus.

M.C.D. 2018

cipiuntur ab intellectu, quia vt existant egẽt multis accidentibus, quæ à solo sensu percipiuntur. Secundo verò modò cognoscuntur ab intellectu; est enim obiectum intellectus, quod quid est rei materialis; vnde nihil aliud erit conceptus obiectiuus, quam res ipsæ iuxta sua attributa essentialia cognitę ab intellectu. Præterea conceptus formalis quidam est simplex, & alius coniunctus. Simplex vocatur ille qui vnam rem tantùm significat, & exprimitur vna voce. Coniunctus verò dicitur qui multa significat, & qui multis vocibus declaratur; cùm enim voces sint signa cõceptuum, vt tradit Arist. in præfationę lib. de Interpretatione, ex vocibus tanquam ex signis deuenire debemus in cognitionem conceptuum; & ita illos vocabimus conceptus simplices, qui vnica voce simplici exprimuntur, & illos coniunctos, qui multis vocibus declarantur. Deinde conceptus formalis duplex est; vltimatus & non vltimatus, vel vt alijs verbis eãdem rem cũ alijs proponamus, quidam est conceptus nominis, & alius rei. Conceptus non vltimatus vel nominis est ille, qui refert nobis nominis significationem, & etymologiam, qualis est conceptus ille Philosophiæ, quo eam diffinimus, esse amorem sapientiæ: est enim hæc diffinitio ex nominis etymologia petita. Vltimatus verò, est ille qui res ipsas significatas

Duplex cõceptus formalis, simplex & cõiunctus.

Cõceptus quidam ẽ vltimatus & alius nõ vltimat'.

M.C.D. 2018

tatas repræsentat, qualis est conceptus ille quo eandem Philosophiam diffinimus esse cognitionem rerum, qua res sunt, vel cognitionem rerum humanarum, & diuinarum. Annotandum est etiam conceptum formalem quendam esse adæquatum, & alium inadæquatum. Adæquatus dicitur qui rem totam repræsentat. Inadæquatus vero partē aliquam repræsentandam prætermittit. Ad hæc, adæquatus, quidam est adæquatus ex parte rei repræsentatæ, & alius ex parte repræsentationis. Prior ille, ex eo dicitur adęquatus, quia nihil continetur sub obiecto, ꝙ illo conceptu non repræsentetur; quemadmodum conceptus trianguli qui est in mente alicuius hominis imperiti, est adæquatus ex parte rei repræsentatæ, quia nihil continetur sub triangulo, quod illo conceptu nō repręsentetur. Adæquatus verò ex parte repræsentationis est ille, qui non tantùm repræsentat omnia quæ sub obiecto repræsentato continentur; Verumetiam rem ipsam refert perspicuè, & distinctè, iuxta omnia attributa, à prima potentia, vsquę ad vltimū actum, ita vt in re nihil sit quod possit repręsentari, quod eo conceptu accuratè non repræsentetur, quemadmodum in eodem exē plo, conceptus trianguli in mente hominis imperiti non erit adæquatus ex parte repræsentationis, cum ignoret causam, & propric

Quidam ē conceptus adæquat⁹, & alius in adæquatus.

tates, quæ ab illius natura deriuantur; at in homine erudito, & qui probè tenuerit Mathematicas artes, erit hic conceptus adæquatus, quia ille, & rationem ob quam triangulum habet tres angulos, & proprietates quæ ab illo dimanant, optimè agnoscit.

His animaduersis Aureolus, vt auctor est Capreolus in 1. dist. 2. q. 1. existimat ens nullum habere communem conceptum, neque obiectiuum, neque formalem, ad substantiã, & accidentia, ad Deum & creaturas; sed docet illud confusè, & implicitè omnes res significare, expressè verò nullam. Quam opinionem his argumentis confirmat.

2. Argum. Primum est. Ratio entis est eadem omnino, & secundum rem, & secundum rationẽ, cum rationibus rerum omnium, ergo ens nõ significabit vnam aliquam rationem omnibus entibus communem. Antecedens est manifestum; quia sumpta quauis ratione alicuius rei etiam vltima, quæ illam in suo esse constituit, & separat ab alijs, illa non est nihil, ergo erit ens. Confirmatur antecedens, quæ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se; sed si ens haberet vnum aliquem conceptum communẽ rebus omnibus, illæ essent eędem huic tertio cõceptui, ergo essent quoque eædem inter se: hoc autem est absurdũ, ergo in ente non erit communis aliquis conceptus.

Secun-

Secundum. Quæ sunt primò diuersa in nullo conceptu communi possunt conuenire: sed Deus, & creaturæ, substantia, & accidentia, sunt primò diuersa, ergo non poterunt in aliquo conceptu communi conuenire, & ita cum conueniant in ente, ens non habebit communem aliquem conceptum. 2. Argum.

Tertium. Si in ente esset aliquis communis conceptus, aut ille esset relatus, aut absolutus; sed neque potest esse relatus; quia ita non conueniret rebus absolutis, neque absolutus; quia non conueniret entibus relatis, ergo in ente non erit communis aliquis conceptus. Multa alia argumenta tradit Capreolus in primo dist. 2. q. 1. contra primam assertionem, quæ poterit consulere cui integrum fuerit. 3. Argum.

Verum huius viri sententia ita est absurda, & veritati aduersa, vt præter ipsum nullum alium alicuius momenti sectatorem habuerit, vnde constituendum erit ens obtinere vnum aliquem conceptum ad substantiã, & accidentia, atque ad Deum & creaturas. Cæterum vt huius rei veritas quam profitemur, magis eluceſcat, sit prima assertio. Contraria opinio verior.

In ente constitui debet vnus aliquis conceptus obiectiuus, ad omnia quæ sub eo continentur. Confirmatur his duabus rationibus, prima est. 1. Assertio.

Subiectum cuiuslibet scientiæ obtinere 1. Ratio.

M.C.D. 2018

debet communem aliquem conceptum, & vnam rationem ad sua inferiora; sed ens est obiectum primæ Philosophiæ, ergo obtinebit vnum conceptum,& communem rationem. Assumptio est manifesta. Cõfirmatur propositio. Illud quod diffinitur obtinere debet vnum conceptum,& communem rationem; quia diffinitio quæ est oratio explicans rei naturã,est vna, vt auctor est Arist. 1.de Interpretatione, cap.4. sed illud quod diffinitur in quauis scientia est ipsius subiectum,de quo etiam præcipit Arist. 1.lib. de Posteriori anala.cap.1.prænoscendum esse quid sit,ergo in qualibet scientia subiectum obtinere debet vnam aliquam rationem, & communem conceptum.

Arist.

2. Ratio. Secunda ratio. Auctor est Arist.4 Meta. cap.2.enti vt ens est conuenire nonnullas proprietates,rogo quid intelligat nomine entis, vt ens est num substantiam, vel accidentia, vel communem aliquam illis duobus rationem,atque conceptum. Primum dici nulla ratione potest, quia nulla proprietas potest pluribus subiectis primò,& ex æquo conuenire,quare cum substantia,& accidentia sint subiecta distincta, non poterũt ipsis hæ proprietates entis primo conuenire. Secundum igitur erit verum; vnde ens obtinebit communem aliquem conceptum, & rationem ad sua inferiora.

Secun-

M.C.D. 2018

Secunda assertio. Conceptus obiectiuus entis qui est communis ad ens rei, & rationis, neque est rei, neque rationis, sed abstrahit ab vtroque. Hanc assertionem profitemur cum Soncinate 4. Meta. q. 6. quam esse veram his duobus argumentis ostendimus, primum est. 2. Assertio. Soncinas.

Ens rationis, & ens rei, non possunt in aliquo ente rei secundum essentiam conuenire; quia alioquin fieret, vt ens rei secundum essentiam prædicaretur de ente rationis; sed ens rei, & rationis conueniunt in conceptu obiectiuo entis; ergo conceptus obiectiuus entis, neque erit ens rei, neque rationis. 1. Argum.

Secundum est. Magis conueniunt inter se substantia, & accidentia, quam ens rei, & rationis, sed substantia, & accidetia solùm conueniunt in conceptu obiectiuo rei; ergo ens rei & rationis non poterunt in conceptu obiectiuo rei conuenire. 2. Argum.

Animaduertendum est tamen, hanc assertionem intelligendam esse de conceptu obiectiuo entis, imperfecto, & inadæquato, de eo scilicet, qui repræsentatur per conceptū formalem inadæquatum; nam si loquamur de conceptu obiectiuo perfecto, & adæquato, ille non est abstractus ab ente rei, & rationis; sed includit intrinsecè illa duo, ea ratione qua retinent similitudinem in ente, vt inferiùs vberiùs ostendemus. Annot.

Tertia

M.C.D. 2018

3. Assertio. Tertia assertio. Conceptus obiectiuus entis, ea ratione qua est communis ad Deum, & creaturas, est ens rei. Confirmatur.

Argumen. Ille conceptus qui secundum essentiam prædicatur de entibus rei, est ens rei; sed conceptus obiectiuus entis qui prædicatur de Deo, & creaturis, prędicatur de entib⁹ rei, vt est perspicuum, ergo erit ens rei.

Dubitatio Quod siquis percontetur, sitne ille finitus

Solutio. vel infinitus? Respondendum erit eodem modo, quo respondimus in superiori assertione de cõceptu communi ad ens rei, & rationis. Conceptum obiectiuum imperfectũ, & inadæquatum, neque esse finitum, neque infinitum, sed abstrahere ab vtroque. Conceptum verò perfectum, & adæquatum, includere necessario vtrumque, tam finitum, quàm infinitum, ea scilicet ratione, qua assimilantur, & habent proportionem in ente.

4. Assertio Quarta assertio. In ente constitui debet præter conceptum obiectiuum vnus aliquis cõcept⁹ formalis ad omnia entia, vt ad Deũ & creaturas, ad substantiam, & accidentia. Confirmatur his argumentis.

1. Argum. Primum est. Omnia similia ea ratione qua sunt similia repræsentari poterunt per vnum conceptum formalem, qui est naturalis similitudo earum rerum quas repræsentat; sed substantia & accidẽtia Deus, & creaturæ assimilantur in ente, ergo repræsenta

ripo-

ri poterunt per eundem conceptum formalem.

Secundum argumentum. Omnis scientia efformare potest rationem aliquam, & conceptum formalem sui obiecti; sed ens est obiectum primæ Philosophiæ, ergo illud obtinebit conceptum aliquem formalem. 2. Argum.

Prætereà conceptus formalis est similitudo, quam intellectus intra se efformat de re intellecta; sed de ente possumus efformare aliquam similitudinem, vt si efformemus illud esse ens, quod habet esse, ergo. 3. Argum.

Vltimo vbi est conceptus obiectiuus, debet etiam esse conceptus formalis, quia conceptus obiectiuus dicitur ille qui repræsentatur per conceptum formalem; sed confirmatum est in ente dari conceptum obiectiuum; ergo dari quoque debet conceptus formalis. 4. Argum.

Quinta assertio. Hic conceptus formalis entis est adæquatus ex parte rei repræsentatæ: est tamen inadæquatus ex parte repræsentationis. Primam partem ita ostendo. Ille conceptus est adæquatus, qui omnia repræsentat, quæ sub obiecto suo repræsentato continentur; sed conceptus formalis repræsentat omnia quę sub ente continentur, scilicet, Deum, & creaturas, substantiam, & accidentia; ergo erit ille adæquatus ex parte rei repræsentatæ. Secundam verò partē hac 5. Assertio. Confirmatur prima pars.

Confirmatio secunda.

hac ratione confirmo. Ille conceptus est inadæquatus ex parte repræsentationis, qui ita repræsentat inferiora alicuius superioris: vt ea ratione qua repræsentantur per illum conceptum, aliquid conueniat vni quod non conueniat alteri: sed conceptus entis ita repræsentat substantiam, & accidentia, vt aliquid conueniat substãtiæ, ea ratione qua est ens, scilicet esse per se, quod non conuenit accidentibus: & aliquid conuenit accidentibus, scilicet esse in alio, quod non conuenit substantię: ergo conceptus entis erit inadæquatus ex parte repræsentationis.

Cap. XXX. In quo dissoluuntur rationes Aureoli.

Ad 1. arg.

AVreoli opinione confutata, argumentis ab eo obiectis ita satisfacimus, ad primum respõ.ens non esse idẽ secundùm rem & rationem cum rebus omnibus, cum alia ratio sit hominis vt homo, & alia hominis vt est ens, & alia ratio sit vnius, veri & boni, & alia entis. Quòd si quis dicat si ea quæ sub ente continentur obtinent aliquã rationẽ omnino diuersam, ergo vel illa essent ens,

Obiectio.

vel

vel non ens, ſecundùm dici non poteſt; quia ita illa eſſet nihil, primum ergo erit verum, ergo ſi hæc ratio fuerit ens, nihil poterit ab ente ratione diſtingui. Reſp. hanc rationem eſſe ens, tamen illa non ſumitur ſub ratione entis, ſed ſub alia ratione contractiori & magis limitata, quemadmodum ratio boni quæ eſt eſſe appetibile, per quam ſeparatur ratione ab ente, eſt ens, non tamen ſumitur ſub ratione entis, ſed ſub alia ratione cõtractiori, quare negandum erit, ſequi omnia eſſe eadem inter ſe, ad hoc enim vt quę ſunt eadem vni tertio ſint quoque eadem inter ſe debent eſſe eadem vni tertio, & ſecundùm rem, & ſecundum rationẽ, vt author eſt D. Tho. 1.p.q.28.art.3.ad primum. Solutio. D. Thom.

Ad 2. reſpon. ea quæ ſunt primo diuerſa non poſſe in communi aliquo conceptu ſynonymo conuenire poſſe, tamen in communi analago, & hac ratione ſubſtantia, & accidẽtia, conueniũt in conceptu analogo entis. Ad 2.

Ad tertium reſpond. conceptum formalẽ entis (de hoc enim loquimur, quia de obiectiuo ex his quæ de formali explicabimus quid ſit ſentiendum, erit ſatis exploratum) ſumi poſſe duobus modis, primo vt res quędam eſt, & qualitas intellectui inhærens; ſecundo vt refert ſuum obiectum intellectui. Si primo modo vſurpetur, nulli eſſe dubium illum eſſe abſolutum; quia cum ſit qualitas, abſolu- Ad 3.

M.C.D. 2018

absolutus proculdubio erit. Si verò alterò modo sumatur, controuersia est inter eximios viros sitne ille relatus vel absolutus; etenim Capreolus in 1. dist. 2. q. 1. & Soncinas 4. Metaph. q. prima ad tertium, existimant hunc conceptum esse omnino absolutum, neque vllum absurdum esse putant, vt illud quod est absolutum diuidi possit in relatum, & absolutum, in his rebus communissimis, quæ propter latepatentẽ significationem, suo ambitu omnia complectuntur. Cæterum hæc solutiò nullius est ponderis.

Opinio Capreoli, & Soncin.

Reijcitur superior opinio.

1. Argum.

Primò, quia sequeretur eandem rem secundum essentiam esse relatam, & absolutã, vt paternitatem verbi gratia, aut quamlibet aliam relationẽ; quia res significata per hunc conceptum formalẽ est absoluta, quæ secundum essentiam prædicatur de paternitate, cum ergo paternitas sit quoque secundùm essentiam quippiam relatum, eadẽ res secundùm essentiam esset relata, & absoluta.

2. Argum.

Deinde in optima diuisione res diuisa nõ debet contineri sub membris diuidentibus, vt perscribunt leges diuisionis, sed si conceptus entis esset absolutus, contineretur res diuisa sub membris diuidentibus, ergo non poterit conceptus entis esse absolutus. Confirmatur assumptio. Membra quæ diuidunt ens sunt relatum & absolutum, ergo si con-

ceptus

ceptus entis est absolutus, res diuisa contine
retur sub membris diuidentibus. Huic tamẽ argumento respondet Capreolus falsam esse propositionem; quia vniuersum est res diuisa in quinque voces prædicabiles, quod tamen sub earum prima est contentum, scilicet sub genere; est enim illud verum genus ad quinque voces, quemadmodum pleriq; Philosophi arbitrantur. Cæterum hæc solutio aduersatur inprimis omnium Dialectico rum suffragijs, qui vno ore profitentur, rem diuisam non posse sub aliquo ex his membris secundum essentiam contineri. Rursus quamuis vniuersum sub genere prima voce prædicabili contineatur: non tamen continetur secundum essentiam, sed secundum accidens, & secundùm denominationẽ; eo quod natura generis afficit vniuersum, & denominat ipsum genus, quemadmodum arbor, vel quæuis alia natura generica, continetur sub eadem prima voce denominatiue, & secundum accidens. Igitur hac solutione reiecta, sunt qui dicant, conceptum entis neque esse relatum, neque absolutum, sed abstrahere ab vtroque; quia hæ duæ differentiæ non constituunt ens in communi, sed inferiora quæ sub eo continentur. Vnde quemadmodum quælibet alia natura communis est abstracta à differentijs suorum inferiorum, vt natura animalis est abstracta à participe, &

Solu. Capreoli.

Reiicitur solutio. Primo. Secundo.

Aliorũ sententia.

M.C.D. 2018

experte rationis, ita quoq; natura entis quæ per eius conceptum formalem repræsentatur, auulsa erit à differentijs suorum inferiorum, scilicet, à relato & absoluto. Verùm si hi auctores loquantur de conceptu entis inadæquato, & imperfecto, & de natura per ipsum repręsentata, vera prædicant, scilicet conceptum entis imperfectum ábstractum esse à relato & absoluto, huiusmodi enim conceptus tantùm est esse in communi, quod neque includit esse ad se, neque esse ad aliud. Si tamen loquantur de conceptu perfecto, & adæquato, illorum sententia est omnino falsa, etenim vt constabit ex capitibus proximè sequentibus, conceptus entis perfectus, & consummatus, includit intrinsecè omnia sua inferiora, ea ratione qua retinent similitudinẽ in entitate, & ita includet conceptũ entis relati, & absoluti, vt sunt illi similes inter se, in qua re distinguuntur maximè analoga à synonymis; eo quod in synonymis, cõceptus superioris etiam omnino perfectus, non includit sua inferiora, at in analogis conceptus perfectus debet illa necessariò includere. Quare respondendum erit, conceptũ entis imperfectum, & inadæquatum, neque esse relatum, neque absolutum, sed abstractum esse ab vtroque: perfectum tamen simul esse relatum, & absolutum, ea ratione qua hæc duo membra retinent inter se similitudi-

litudinem in ente, ob quam cauſſam optime poterit ens dici de relatis, & abſolutis, cùm ſit ſimul relatus, & abſolutus: neq; colligitur hinc fieri conceptum abſolutum prædicari ſecundum eſſentiam de natura relata, vt ex his quæ docuimus cuique poterit eſſe ſatis perſpicuum.

Cap. XXXI. Sitne conceptus entis præciſus à conceptu ſuorum inferiorum.

DIfficilis ſanè queſtio eſt ea quę nunc ſeſe nobis offert diſputãda, & quæ non minori diligentia, & perſpicuitate eget quàm aliæ quas hactenus expoſuimꝰ, eſt enim opinio Scoti in 1. diſt. 3. q. 3. & diſt. 8. q. 2. & 4. Met. q. 1. Antonij Andreæ, in eodem lib. q. 1. Boneti, lib. 1. ſuę Metaphyſicę, cap. 6. & aliorum ſectatorum Scoti, conſtituentium in ente vtrumque cõceptum tam formalem quàm obiectiuum pręciſum eſſe, & abſtractum à proprijs rationibus ſubſtantiæ, & accidentium, Dei, & creaturarum, ea ratione qua conceptus vterque animalis, tã forma-

Scotus. Anto. Andræas. Bonetus.

M.C.D. 2018

formalis quàm obiectiuus, est auulsus secun dum rem ab homine, & à bruto, à participe, & experte rationis. Hanc eandem sententiã amplexi fuere deinde aliqui Thomistæ eru ditissimi, vt D. Antoninus primo lib. Met. q. 1. & lib. 4. q. itidem 1. vt prodit Flandren sis 4. Meta. q. 2. art. 5. nam hoc opus D. Antonini ad nostras manus non deuenit, quod si ne maxima Metaphysicę iactura dici vix po test, etenim si huiusmodi opere frui nobis li cuisset, maximam proculdubio illud nobis in rebus Metaphysicis, lucem, & eruditionẽ attulisset: & Chrysostomus Iauellus 4. Me- ta. q. 1. quamuis sub obscuris verbis idem p fitetur. Inter recentiores etiam Franciscus çumel eidem adhæret. 1. p. q. 13. art. 1. q. 2. conclu. 4. Confirmatur hæc opinio his argu mentis, primum est.

D. Anton.

Iauellus.

çumel.

2. Argum. Conceptus in quo aliqua conueniunt, re- ipsa differt à conceptibus in quibus illa di- stinguuntur, sed substantia, & accidẽtia con ueniunt in conceptu entis, & distinguuntur proprijs conceptibus, ergo conceptus entis erit reipsa distinctus à conceptibus substan- tiæ, & accidentium. Confirmatur propositio. Vnus & idem conceptus, non potest esse id in quo aliqua reipsa conueniunt, & in quo differunt; ergo conceptus in quo aliqua con ueniunt, reipsa distinguetur a conceptibus in quibus illa differunt.

Secun-

M.C.D. 2018

Secundum. Conceptus de quo intellectꝰ est certus, reipsa differt à cõceptibus, de quibus est ille dubius; quia alioquin de vna & eadem re intellectus esset certus, & dubius, sed intellectus est certus de aliqua re quod sit ens, est tamen dubius sitne substantia, vel accidens; quemadmodum certum est lumẽ, & primas qualitates esse entia: dubitant tamen Philosophi sitne substantiæ, vel accidẽtia; ergo conceptus entis erit reipsa distinctus à conceptibus substantiæ, & accidentium. 2. Argum.

Tertium. In hac enuntiatione vera, ens est analogum ad decem Categorias, vel nomine entis sumimus substantiam, vel accidẽtia, vel naturam aliquam inferiorem, vel tandem naturam aliquam communem, & superiorem auulsam à Categorijs; sed illud non potest sumi pro substantia, quia substantia non est diuisa in decem Categorias, neq; ꝓ accidentibus, propter eandem rationẽ, quia illa non sunt diuisa in decem Categorias, neque pro aliqua natura inferiori, cùm nulla talis possit in easdem Categorias diuidi; sumetur igitur pro natura aliqua communi, & superiori, & ita ens significabit conceptũ prę-cisum, & superiorem ad substantiam & accidentia. 3. Argum.

Quartum. Ens est prius natura substantia, sed in illo priori obtinet conceptum ali- 4. Argum.

M.C.D. 2018

quem obiectiuum, & rationem formalem. ergo in ente erit conceptus obiectiuus reipsa differens à conceptu substantiæ, & idem argumentum effici poterit de eo, & de accidentibus. Assumptio est manifesta, confirmatur propositio. Prius est illud à quo non valet subsistendi consequentia, sed ab ente ad substantiam non valet subsistendi consequẽtia, neque enim valet; ens est, ergo substantia est, cum possint dari entia sine substantia, vt in sacramento altaris sunt accidentia sine illa, ergo. Confirmatur hoc idem argumentũ, hæc attributio, homo est ens, est prior hac altera, homo est substantia, atqui in illo priori quando audimus vocẽ ens, efformamus intra mẽtem conceptum illius, antequã quidquam de substãtia concipiamus, & huic conceptui formali correspondet à parte rei conceptus entis obiectiuus, ergo in ente erit conceptus natura prior, & præcisus à conceptu substantiæ.

Quintum. Quando ita proferimus, substantia est ens per se, vel illa particula per se contrahit substantiam, vel accidentia, vel quippiam aliud à substantia, & ab accidentibus distinctum; sed non potest contrahere substãriam; quia ad illam fit contractio, neque accidentia, eo quod illa non possunt cõtrahi ad substantiam. ergo contrahet naturam aliquam à substantia, & ab accidẽtibus

§ Argum.

distin-

distinctam.

Sextum. In hac attributione substantia est ens, vel attributum sumitur pro substantia, vel pro accidentibus, vel pro natura aliqua à substantia, & ab accidentibus distincta, si sumatur pro substantia erit propositio identica, & reddet hunc sensum, substantia est substantia; si pro accidentibus, erit propositio falsa; quia falsum est substantiam esse accidentia, ergo sumetur pro natura aliqua à substantia, & ab accidẽtibus distincta. 6. Argum.

Præterea quando conferimus substantiã cum accidentibus, dicimusque substantiam esse nobiliorem inter omnia entia, vel nomine entis intelligimus substantiam, vel accidentia, vel proprias rationes illorum, vel aliquam naturam ab eis distinctam, non substantiam; quia in ea non conueniunt accidentia; comparatio enim quædam conuenientia est extremorum, neque accidentia, propter eandem rationem; quia in accidentibus non conuenuntsubstantiæ, & accidentia, neque proprias rationes, cùm in eis distinguãtur, ergo intelligere debemus rationem aliquam entis à substantia, & ab accidentibus distinctam. 7. Argum.

Rursus, conceptus formalis entis reipsa differt à conceptu formali substantiæ, & accidẽtium; sed conceptus obiectiuus est illud quod repræsentatur per conceptum forma 8. Argum.

M.C.D. 2018

lem, ergo & conceptus obiectiuus entis reip
sa differt à conceptibus substantiæ, & acci-
dentium.

9. Argum. Denique conceptus simplex, & qui non potest in alios conceptus dissolui, distinctus est secundum rem à conceptibus compositis, & qui in alios conceptus priores possunt resolui; sed conceptus entis est omnino simplex, & vt dicunt irresolubilis in alios priores conceptus: at verò conceptus substantiæ vel accidẽtium, sunt compositi, & qui in conceptum entis, & in proprios modos internos resoluuntur; conceptus igitur entis præcisus erit, & distinctus à conceptibus substantiæ, & accidentium.

Cap. XXXII. In quo superior opinio confutatur.

Caietanus Ferrar. Capreo. Soncinas. Flandren. MIhi tamen semper libuit aliorum Philosophorum vestigijs inhærere, vt Caieta. q. 1. de ente & essentia Ferrariensis 1. contra Gen. cap. 34. Capreoli in 1. dist. 2. q. 1. in solutionibus argumentorum contra nonam conclusionẽ, Soncinatis 4. Meta. q. 2. Flandrensis in eodem lib. q. 2. art. 5. qui & verisimè docent, & Peripa-

M.C.D. 2018

ripateticè profitentur in ente nullũ esse conceptum obiectiuum (nam de formali agemus deinde)præcisum & reipsa distinctum conceptibus Dei,& creaturarum, substantiæ,& accidentium,quemadmodum animal significat naturam præcisam ab homine, & equo; sed hunc conceptum solá ratione esse distinctum ab omnibus entibus immediateque significare naturas Categoriarum, Dei, & creaturarum, vt in sequentibus ostendemus:nunc autem confutãda erit opinio Scoti proposita,& aliorum, his argumentis, ex quibus sit primum.

Si ens significaret conceptum aliquem vnum, & præcisum secundùm rem, à suis inferioribus, fieret vt neque Categoriæ essent primò diuersæ,neque seipsis differrent,quia quæ in aliquo communi conueniunt secundùm rem distincto, neque primò differunt, neque seipsis distinguuntur, quod tamen repugnat Arist. 10. lib.Meta.cap. 11.& 5.Metaphy.cap.9. constituenti Categorias & primo differre, & seipsis distingui: sequeretur etiam ens non siguificare Categorias immediatè, sed mediante huiusmodi conceptu, quod etiam est contra eundem Arist.8.Metaphy. cap. 6. docentem, ens immediatè significare Categorias, ergo conceptus entis non erit præcisus secundùm rem,à conceptibus substantiæ,& accidentium. 1. Argum. Arist.

M.C.D. 2018

2. Argum. Secundum. Animal ex eo significat naturam aliquam præcisim ab homine & bruto; quia non est inclusum in vltimis differentijs, sed ens inclusum est in omnibus differentijs, & modis internis Dei, & creaturarũ, substantiæ, & accidentium, ergo.

3. Argum. Tertium. Per eandem rationem per quã substantia est substantia, per eandem est ens, quia cùm per illam sit aliquid, & non sit nihil, erit ens, & idem iudicium est de accidentibus, ergo ens immediatè & sine vllo conceptu præciso significabit substantiam, & accidentia. Confir. argumentum. Proprietates entis sine vllo medio prædicantur de decem Categorijs, substantia enim immediatè est vna, bona, & vera, ergo & ens quoque immediatè de eisdem prædicabitur.

4. Argum. Quartum, Si ens significaret aliquem conceptum præcisum, & distinctum à conceptibus Dei, & creaturarum, sequeretur Deum non esse simpliciſsimum, hoc autem est omnino absurdum, ergo. Confir. propositio. Si ens significaret conceptum præcisum, Deus igitur componeretur ex eo, & ex proprio conceptu, quare posset resolui in hos duos conceptus, sed illud quod componitur ex diuersis conceptibus, & resoluitur in eos, non est quippiam simpliciſsimum, ergo Deus nõ esset simpliciſsimus.

5. Argum. Tandem Arist. 3. Meta. cap. 3. inquit in

M.C.D. 2018

his quæ prædicantur per prius & posterius, nihil reperitur præter ea de quibus prædicã tur, sed ens dicitur per prius & posterius de Deo, & creaturis, de substantia, & accidentibus, prius enim dicitur de Deo, & de substantia, quam de creaturis, & de accidentibus, ergo.

Cap. XXXIII. In quo aliorum sententia confutatur.

Vnt alij qui in hac quæstione explicãda diuersa ratione progrediuntur, censent enim conceptum entis esse vnum, non vnitate præcisa, quemadmodum alij authores docuerunt, sed vnitate quadam, quam ipsi vocant vnitatem distinctionis: quam sententiam vt explicent animaduertunt triplicem esse vnitatem. Primã formæ quæ inter reliquas principem sibi vẽ dicat locum, est autẽ quando conceptui formali, a parte rei correspondet vna natura, significãs gradum distinctum & separatum à suis inferioribus: hæc autem vnitas in naturis synonymis, vt in generibus, & speciebus tantum reperitur. Secũda est analogiæ, quæ est quando conceptui formali non correspõdet aliqua natura simpliciter vna, sed correspon-

M.C.D. 2018

ſpondent multæ ſimpliciter, quæ tamẽ ſunt vnum ſecundùm proportionem. Tertia eſt diſiunctionis, fit autẽ quando conceptui formali non correſpondet præcisè aliqua natura, nec multæ determinatæ, & ſecũdùm proportionem; ſed ſub diſiunctione, hæc, vel illa natura, dicunt igitur conceptum obiectiuũ entis, non eſſe vnum vnitate formæ, quia hęc vnitas ſoli naturæ ſynonymæ poteſt conuenire, neque vnitate analogiæ, ſed vnitate diſiunctionis, vnde quando dicimus ſubſtantia eſt ens, ſenſus eſt, ſubſtantia eſt ſubſtantia, vel accidens, ſub diſiunctione, & accidens eſt ens, ſenſus erit, accidens eſt accidens, vel ſubſtantia. Sententiam hanc inter eos authores quos mihi videre licuit, primus profeſſus eſt Herueus vir acerrimi ingenij, & in vtraq; Philoſophia diuina, & humana, apprimè eruditus, quodlib. 2. q. 7. quæ deinde maximè placuit Soncinati Metaphyſicorũ Coryphęo 4. Metaph. q. 3. eandemque multis alijs viris præſtantiſsimis placuiſſe, author eſt Dominicus Flandrenſis 4. Meta. q. 2. art. 6. Verùm neque hi rectè & verè de conceptu entis loquuntur, vt conſtare poterit ex his argumentis.

Herueus.

Soncin.

Flandrẽ.

1. Argum. Primum eſt. Illud quod exprimitur nomine conceptus diſiuncti, non prius ſignificat vnum conceptum, quam alterum, quemadmodum in hac propoſitione diſiuncta, Theo-

Thomas vel orat, vel legit, non prius neque magis significatur vna oratio, quàm altera, atqui ens magis & prius significat substantiam, quam accidentia, ergo non significabit conceptum disiunctum.

Secundum. Si ens significaret huiusmodi conceptum disiunctum, substantiam, vel quãtitatem, & alia genera suprema accidentiũ, fieret vt illud non prædicaretur de vltimis differentijs, quia substantia quæ est genus supremum, & alia genera suprema accidẽtiũ, non prędicantur de vltimis differẽtijs, atqui hoc repugnat Arist. 3. Meta. cap. 3. docenti, ens dici de vltimis differentijs, ergo. 2. Argum. Arist.

Tertium. Conceptus entis est omnium simpliciſsimus, cùm ille non possit dissolui in alios conceptus priores; sed conceptus disiunctus non est omnium simpliciſsimus, cũ ille comprehẽdat duos conceptus, qui dissolui possunt in alios conceptus priores, comprehendit enim hic de quo loquimur conceptum substantiæ, & accidentium, quorum quilibet dissolui potest in conceptum entis, & proprij modi, ergo. 3. Argum.

Præterea si conceptus entis esset disiunctus, quando dicimus substantia est ens, perinde est ac si diceremus, substantia est substantia, vel substantia est accidens, sed prima enuntiatio est identica, secunda verò est falsa, ergo quando dicimus substantia est ens, 4. Argum.

aut

M.C.D. 2018

aut idem de eodem enuntiaremus, aut falso loqueremur, atqui vtrumque est manifestũ absurdum, igitur.

5. Argum. Quintum. Ens est analogum secundùm attributionem, & secũdùm proportionem; sed quæ sunt analoga habere debent vnitatẽ analogiæ, ergo in ente quoque vnitas analogiæ reperietur, sed hęc vnitas non est vnitas disiunctionis, vt etiam ijdẽ profitentur, quẽadmodum in principio docuimus, ergo.

Cap. XXXIIII. In quo vera sententia aliorum explicatur.

Annot. 1. Alsis igitur opinionibus confutatis, æquum est vt verã sententiam explicemus. Vt tamen hoc faciliùs præstare possimus, annotandum est primò, abstractionem nihil aliud esse quàm separationem eorum quæ anteà erant vnita, quod in rebus quæ sensibus subijciuntur, est satis perspicuum, abstrahimus enim vnam tabulam ab altera, quæ anteà erat illi vnita, aut bitumine, aut clauo, aut quouis alio medio, quando vnam ab altera separamus. In actionibus verò intellectus, abstrahere quoque erit rem vnã ab altera quæ erat sibi vnita separare, vt in intellectu agente media illius illustratione,

tione, abstrahimus naturam vniuersam à p
prietatibus singularibus, cum quibus antea
erat illa à parte rei vnita, in intellectu verò
patibili abstractio erit consideratio alicuius
attributi, non considerando illud, cui a par-
te rei est vnitum, vt quando considero ani-
mal, non considerando expers, vel particeps
rationis. Duplex est abstractio, vna secundũ
essentiam, & altera secundum extrinsecam
denominationem; prima illa est eadem actio
intellectus separantis vnam rem ab altera.
Secunda verò est eadem natura abstracta,
hæc à quibusdam nuncupatur obiectiua, al-
tera verò formalis. Præterea obiectiua du-
plex est, vna qua forma abstrahitur à mate-
ria, quam communi nomine vocant obiecti-
uam formalem, obiectiuam quia est obiectũ
abstractionis, formalẽ verò, quia illud quod
abstrahitur est forma; & altera qua totum
abstrahitur à suis partibus, quam vocant ob
iectiuam totalem: obiectiuam, quia est obie
ctum; totalem verò, quia res abstracta est ip
sum totum; exẽpli causſa abstractio qua ab-
strahitur triangulum ab ære, est formalis,
quia triangulum respectu æris est forma il-
lius artificialis: abstractio verò qua idẽ trian
gulum abstrahimus ab eius speciebus, vt ab
isoscele, scaleno, & isopleuro, dicitur tota-
lis, quia contemplamur triangulum, vt totũ
quoddã, nihil de huiusmodi speciebus consi
derans-

Annot. 2.

Annot. 3.

Annot. 4. derãtes. Rursus obseruãdum erit, ens sumi posse, vel vt est totum vniuersum, sub se continẽs, tanquã inferiora immediata substãtiã, & accidentia, Deum & creaturas, vel vt est actus quidam rerum omnium, cuius ope, omnes naturæ sunt actu à parte rei in seipsis cõsistentes: vnde cùm hæ duæ rationes in ente reperiantur, poterit ens abstrahi à suis inferioribus, & abstractione formali, & totali; formali ea ratione qua est actus rerũ omniũ, totali verò vt est totum quoddã vniuersum; & ita quando quærimus an in ente detur aliquis conceptus abstractus à Deo, & creaturis, à substantia & accidentibus, idem est ac quærere, an ens possit concipi conceptu, qui neque includat Deum, neque creaturas, neque substantiam, neque accidentia, sumpto illo tám ea ratione qua est totum vniuersum, quam etiam ea quæ est actus rerũ omnium.

His animaduersis, inhærentes vestigijs, & doctrinæ Caietani acutissimi, in opusculo de Nominum analogia, & in altero ad Ferrariensem, & eiusdem eruditissimi Ferrariẽsis 1. contra Gent. cap. 34. hanc controuersiam, his assertionibus explicamus.

Caieta.

Ferrarien.

1. Assertio. Prima sit. In ente datur vnus conceptus formalis præcisus, auulsus, & secundum rem distinctus à conceptu Dei, & creaturarum, substantiæ, & accidentium. Confirmatur his ar-

his argumentis, Primum. De his quæ sola ratione differunt potest intellectus efformare conceptus formales reipsa distinctos, sed ens sola ratione differt à Deo & creaturis, à substantia & accidentibus, vt est perspicuũ; ergo poterit intellectus efformare conceptũ formalem entis distinctum à cõceptu substãtiæ & accidentium, Dei & creaturarũ, Confirmatur propositio inductione quadam adhibita, de homine diuersa ratione sumpto, efformamus conceptum Logicum, Physicum, & Metaphysicum. Logicum, caratione qua est subiectum, vel species: Physicum, vt constat materia & forma, & habet insitũ principium motus: Metaphysicum verò, vt est animal particeps rationis. Deindo de ente, vno, vero, & bono, efformamus cõceptus reipsa diuersos; nam de ente efformamus esse illud quod habet esse; de vno, esse illud quod est indiuisum inse; de vero, esse illud quod est adęquatum intellectui; & de bono, esse illud quod est appetibile: Ergo de his quæ sola ratione differunt poterit intellectus efformare conceptus reipsa diuersos. 1. Argum.

Secundum. Intellectus potest concipere ens esse id quod est, nihil cogitans sitne id quod est, substantia, vel accidens, Deus, vel creaturæ. sed hic est conceptus formalis entis, ergo conceptus formalis entis reipsa di- 2. Argum.

M.C.D. 2018

stingueretur à conceptu formali suorum inferiorum.

5. Argum. Tertium. Potest aliquis esse certus de aliquo esse illud ens; & dubius sitne substantia vel accidens; & habere scientiam de eodem illud esse ens, & opinionem sit ne substantia, vel accidens: vt de lumine, & primis qualitatibus, omnes philosophi certò sciunt esse entia; dubitant tamen sint ne substantiæ vel accidentia: sed conceptus formalis scientificus, & certus, reipsa differt à conceptu dubio, & opinabili, ergo conceptus formalis entis reipsa differt à conceptu formali substantiæ & accidentium.

4. Argum. Quartum. Ab omnibus similibus abstrahi potest conceptus aliquis formalis reipsa distinctus; quia omnia similia possunt per eãdem imaginem representari: sed substãtia, & accidentia, Deus & creaturæ assimilantur in ente; ergo poterunt per eundem conceptum formalem, qui sit præcissus, & reipsa distinctus, representari.

5. Argum. Tandem ita docet D. Thomas. q. 1. de veritate artic. 1. constituens dari in ente conceptum vnum, & simpliciſsimum, cui naturæ omnes aliquid addant, & in quem resoluantur, vera igitur erit assertio proposita.

D. Thom. Secũda assertio. Hic conceptus entis præcisus & auulsus non est perfectus, sed imperfectus; nam si loquamur de conceptu adæ-

quato

quato & perfecto, non potest in ente dari cō ceptus aliquis formalis perfectus, qui sit præ cisus a conceptibus formalibus substātiæ & accidentium, Dei & creaturarum. Vt hanc assertionem facilius intelligamus, annotandum est, esse latum discrimen inter synonyma & analoga; quia in synonymis nullus gradus naturæ reperitur in vno ex inferioribus, qui in alio etiam non reperiatur: quemadmodum nullus gradus animalis reperitur in homine, qui non reperiatur in bruto. at verò in analogis, aliquis gradus naturæ reperitur in vno ex inferioribus, qui in alio reperiri nullo modo potest; vt in vrina reperitur aliquis gradus sanitatis, qui nō reperitur in medicamentis; est enim vrina vt sana, signum sanitatis animalis, medicamenta verò sunt causæ eiusdem: vnde cùm ens significet naturā quandam analogam, aliquis gradus entis reperictur in substantia, qui non reperitur in accidētibus, nam esse per se, est gradus entis qui reperitur in substantia, & non in accidentibus; & esse in alio, est gradus etiam quidā entis, qui reperitur in accidentibus, & non in substantia. Ex his assertionem ita explicamus. Cùm conceptus formalis entis communis substantiæ & accidentibus tantùm repræsentet ea in quibus hæc duo conueniunt, nō autem ea in quibus illa differunt, non poterit esse perfectus, sed imperfectus; quia con-

Annotat.

M.C.D. 2018

ceptus qui non repreſentat totam entitatẽ ſuorum inferiorum, non poteſt nuncupari perfectus. Confirmatur aſſertio his argumentis.

1. Argnm. Primum. Quæ ſunt vnum ſecundum proportionem, non ſunt vnum ſimpliciter; ſed multa ſimpliciter, habentia tamen vnam & eandem habitudinem; ſed ens eſt analogum ſecundum proportionem; ergo illius conceptus includet multa, ſcilicet ſubſtantiam, & accidentia; Deum, & creaturas, vt ſunt vnũ ſecũdum proportionem: ſed in his quæ ſunt vnũ proportione, non poteſt dari conceptus aliquis perfectus & præciſus a conceptu ſuorum inferiorum, quemadmodum in ſanitate non poteſt dari conceptus præciſus & perfectus, qui non includat vrinam ſanam, dietam, medicamenta, & pomum ſanum; ergo in ente non poterit dari cõceptus aliquis formalis & prꝫciſus à ſubſtantia & accidentibus, qui ſit perfectus & abſolutus.

2. Argum. Secundum. Si conceptus entis perfectus eſſet præciſus à conceptibus ſubſtantiæ & accidentium, ſequeretur vt nihil collocaretur in diffinitione accidentis ea ratione qua eſt ens, quod non collocaretur in diffinitione ſubſtantiæ; quia quod competit accidenti vt ens eſt, (ſi illud habuerit vnum aliquem conceptum præciſum) debet quoque conuenire ſubſtãtiæ: atqui hoc eſt omnino falſum;

quia

quia in diffinitione accidentis vt ens eſt continetur ſubſtantia, vt author eſt Ariſt. 7. Metaphyſic. capite. 1. in diffinitione verò ſubſtantiæ vt ens eſt non continetur ſubſtantia, ergo. Ariſtot.

Rurſus, ſi ens obtineret conceptum aliquem præciſum, ergo ens eſſet ſynonymum; hoc autem repugnat his quæ diffusè ſatis in ſuperioribus aduerſus Scotum docuimus; ergo non obtinebit illud conceptum aliquem adæquatum & præciſum. Confirmatur propoſitio. Illa natura eſt ſynonyma, quæ dicitur de ſuis inferioribus eodē nomine & eadem ratione; vbi nomine rationis, intelligere debemus conceptum formalem, quemadmodū Græci, Simplicius, & Ammonius in Commentarijs illius loci interpretantur, ſed nomē entis eſt commune. Præterea conceptus formalis eſt etiam communis, ergo erit illud ſynonymum. Quòd ſi quis dicat, plura alia requiri ad ſynonymiā, vt ſcilicet conceptus ex æquo participetur à ſuis inferioribus, quod enti non poteſt conuenire. 3. Argum. Capit. 20. Solutio.

Aduerſus hanc ſolutionem ita argumentor. Duo hæc habere communem conceptū & præciſum; & naturam ex æquo participari à ſuis inferioribus, ſe mutuo conſecuntur, ita vt ſi conceptus fuerit communis & præciſus, eadem prorſus ratione vtrumq; repręſentet & ex æquo de ſuis inferioribus enuntietur Confuta.

M.C.D. 2018

tietur, & è conuerſo; neque poterit aſsignari natura aliqua quæ obtineat conceptum communem & præciſum, quæ non participetur ex æquo à ſuis inferioribus, & ſynonymè: ergo ſi natura entis ſit huiusmodi, erit illa ſynonyma.

Hæc ſint dicta de ente, ea ratione qua ſignificat actum eſſendi rerum omnium; quia ſi ſumatur vt eſt quoddã totum vniuerſum, eſt multo apertior aſſertio: etenim cõceptus adæquatus & perfectus alicuius totius non poteſt cohęrere ſine ſuis partibus: vnde cùm ſubſtantiæ & accidentia, ſint partes ſubiecti uæ entis, ea ratione qua eſt totũ vniuerſum, non poterit ens obtinere conceptum perfectum & præciſum, à ſubſtantia & accidenti bus: quæ ſi vera ſunt, rectè poterimus colligere, conceptum entis perfectum & adæqua tũ eſſe plures conceptus ſimpliciter & abſolutè; ſcilicet conceptum Dei & creaturarũ, ſubſtantiæ & accidentium, ea ratione qua obtinent ſimilitudinem in ente.

Hactenus loquuti ſumus de conceptu entis formali, agamus iam de illius cõceptu obiectiuo; qui qua ratione debeat in ente conſtituui, his aſſertionibus explicamus.

3. Aſſertio. Sit igitur tertia aſſertio. Ens obtinet vnũ conceptum obiectiuum, non re, ſed ſola ratione abſtractum à conceptibus Dei & creaturarum, ſubſtantiæ & accidentiũ. Non eſſe ſecun-

M.C.D. 2018

secundùm rem abstractum, ita confirmo. Si conceptus entis esset secundùm rem abstractus à conceptibus suorum inferiorũ, sequeretur vt si contemplemur substantiam iuxta propria attributa, illa non esset ens, quemadmodum quia conceptus animalis est præcisus secũdùm rem à conceptu hominis & bruti, homo in ratione propria, vt scilicet est particeps rationis, non includit animal: hoc autem est omnino falsum; hinc enim sequeretur vt substantia in propria ratione neque esset vna, neque vera, neque bona; nã à quo negatur ens, negari quoque debent proprietates illius: ergo conceptus entis non erit secundùm rem præcisus à conceptibus suorũ inferiorum. 1. Argum.

Rursus hunc conceptũ ratione esse distinctum à substantia & accidentibus, à Deo & creaturis, ex eo colligere poterimus, quod alia ratio sit hominis vt homo est, & alia entis vt ens est; homo enim vt homo est, est animal particeps rationis; atuerò vt est ens, est id quod habet esse: vnde quemadmodũ hæc nomina homo, & ens, non sunt vnum, sed diuersa, ita quoque & naturæ illis significatæ, erunt diuersæ; quia ex nominibus significantibus optimè colligere poterimus diuersam rationem naturarum significatarum. 2. Argum.

Ex his colligere poterimus, conceptum entis qui ratione differt à suis inferioribus Consecta.

esse imperfectũ; ex eo scilicet quòd sit auulsus & distinctus ab illis: etenim cõceptus perfectus non potest abstrahi à suis inferioribus, cùm sit secundùm essentiam incluſus in intima ratione rerum omnium. Vnde quemadmodum conceptum formalem entis, auulsum à conceptibus formalibus substantiæ & accidentium, diximus esse conceptũ imperfectum & inadæquatum; alterum verò qui non est abstractus ab eis, nuncupauimus perfectum & adæquatum, ita tanquam ex quodam signo, & veluti ab effectu colligere poterimus, conceptum obiectiuum entis auulsum à substantia, & accidentibus, esse imperfectum; & alterũ qui non est auulsus, sed qui hæc duo includit, vt obtinent similitudinem in esse, perfectum esse, & absolutum.

4. Assertio. Quarta assertio. Conceptus obiectiuus entis non est vnus simpliciter, sed secundùm quid. Hanc assertionem confirmamus imprimis testimonio Arist. 2. lib. de Demonst. ca. 16. in quo loco constituit in analogis non dari vnitatem simpliciter & absolutè, sed secũdùm quid.

1. Argum.

2. Argum. Præterea vnitas secundùm proportionem non est vnitas simpliciter, sed vnitas entis est secundùm proportionem, cum sit vnitas analogiæ, ergo erit illa vnitas secũdùm quid.

3. Argum. Tertio. Si vnitas entis esset simpliciter & absolutè vnitas, ens proculdubio esset synonymum;

M.C.D. 2018

nymum; quia ex vnitate ſimpliciter obiectiua alicuius naturæ colligimus illam eſſe ſynonymam, vt conſtat ex diffinitione ſynonymorum, in qua dicimus nomen, & rationem debere eſſe eandem, id eſt vnam ſimpliciter, eo quòd idemptitas vnitatem conſequitur, quemadmodum diuerſitas multitudinẽ; hoc autem eſſe falſum luculenter ſatis oſtendimus in ſuperioribus, cap. 20. aduerſus Scotum ergo.

Quinta aſſertio. Ens immediatè dicitur de creaturis & de decem generibus ſupremis. Hęc aſſertio ex ſuperioribus ſequitur apertiſsimè; nam ſi ens non eſt ſecũdùm rem auulſum ab illis, ſed includitur in vltimis, & proprijs eorũ conceptibus, immediatè haud dubiè has naturas ſignificabit. Hanc eandem eſſertionẽ expreſsis verbis profitetur Ariſt. 8. Metaphy. cap. 6. vbi docet, ens & vnũ non contineri in difinitionibus; quia immediatè de rebus omnibus prædicantur, & 4. Metaphy. cap. 2. conſtituit idem eſſe hominẽ, ens, hominem, & vnum hominẽ, ob hãc cauſam, nimirum quia ens & vnum immediatè efferuntur de illo, dicetur itaq; ens immediatè de rebus omnibus.

§. Aſſertio.

Ariſto.

Caput vltimum, In quo diſſoluuntur Argumenta aduerſa.

M.C.D. 2018

VT huic primo libro vltimam manum imponamus, superest vt argumentis propositis aduersus ea quæ docuimus satisfaciamus.

Solutio. Ad primum dicimus, propositionẽ esse veram in naturis synonymis, non autem in naturis analogis transcendentibus; eo quòd naturæ synonymæ non includuntur in vltimis differentijs, quibus interse naturæ specificæ separantur. Cæterùm analoga transcendentia sunt inclusa in vltimis differentijs & modis internis, & ob hanc rationem in synonymis illud in quo inferiora conueniunt, diuersum erit ab his in quibus differunt: in analogis verò transcendentibus nequaquam.

Solutio. Ad secundum. Respondemus, sat esse vt illi conceptus ratione differant, ad hoc, vt de vna & eadem re possimus diuersa ratione obtinere certitudinem & dubitationem; & ita dubitamus interdum de eadem re sit ne illa substantia, vel accidens, cùm tamen certò sciamus illam esse ens.

Solutio. Ad tertium. Libenter fatemur ens quod est diuisum in decem categorias neque esse tantùm substantiam, neque tantùm accidẽs; sed esse quippiam eis commune: hinc tamen non colligitur illud esse præcisum secũdùm rem à substantia & ab accidentibus; sed secũdùm solam rationem: etenim vt aliqui ali

cui

M.C.D. 2018

cui conueniat, quod alteri quod est idem cũ eo secundum rem nullo modo cõpetat, sufficit illa sola ratione interse distingui, quemodmodum album & albedo vnam & eandem formam significant; verum quia illa interse differunt secundum rationem, concreti & abstracti, aliquid effertur de albo, quod non effertur de albedine; dicimus enim album legere, vel orare, quod non dicimus de albedine. Eadem prorsus ratione quamuis ens & substantia, ens & accidentia sint vnum & idem; tamen quia ratione differunt, dicimus ens esse diuisum in decem categorias, substantiam tamen vel accidentia in illas diuidi non dicimus.

Ad quartum. Admittimus ens esse prius natura substantia, vt ostendit argumentum, obtinereq; in illo priori conceptum aliquẽ præcisum ratione ab ea: dicimus tamen non esse illum perfectum & adæquatum, sed inadæquatum: eandemq; ratione satisfacimus confirmationi; concedimus enim hanc attributionem, Homo est ens, priorem esse hac altera, Homo est substantia, in illoque priori ens obtinere conceptum aliquem distinctũ à substantia, imperfectum tamen & inadæquatum; hunc tamen non negamus in ente, sed alterum, qui est perfectus & adæquatus. Solutio 4.

Ad quintum. Dicimus, particulam illam perse, non contrahere substantiam, neq; accidentia Solutio 5.

dentia

dentia; sed ens, quod est illis commune secundùm analogiam; verùm quando deinde colligimus, ergo ens obtinet conceptum reipsa auulsum, neganda est consequentia; quia ad hanc contractionem sufficit illud ratione differre a substantia, & ab accidentibus.

Solutio 6. Ad sextum. Respon. in illa attributione, ens neque sumi pro substantia, neque pro accidentibus, sed pro natura quadam communi ad hæc duo, & distincta, non secũdùm rem, sed secundùm solam rationem.

Solutio 7. Ad septimum. Eadem prorsus ratione satisfacimus, substãtiam scilicet, & accidentia conferri in ente exprimente naturam ipsis communem; quæ non differt, neque est auulsa ab eis secundùm rem; sed secundùm solam rationem.

Solutio 8. Ad octauum dicimus, conceptum formalem entis imperfectũ reipsa distingui à conceptibus formalibus substantiæ & accidentium; perfectum autem non differre reipsa, cùm ille nihil aliud sit quàm conceptus substantiæ, & accidentiũ, vt assimilãtur in esse: Obiectiuus verò neque perfectus, neque imperfectus est auulsus secundùm rem à substantia, & ab accidentibus: ratio autem est, quia cùm conceptus formalis sint actiones quædam intellectus, quæ non prædicantur secundùm essentiã, neq; de se inuicem, neq; de rebus repræsentatis, poterit vnus conce-

ptus

ptus formalis ab altero distingui, quemadmodum vna actio intellectus distinguitur ab altera; verùm cùm conceptus obiectiuus, tã perfectus quàm imperfectus sit intimus & & de essentia rerum omnium, nulla ratione poterit secundùm rem distingui à conceptibus harum rerum: vnde ex eo quòd conceptus obiectiuus est ille qui repræsentatur per conceptum formalem, solùm sequitur esse duplicem conceptum obiectiuum, vnum perfectum, & alterum imperfectum; quemadmodum est duplex conceptus formalis, vnus perfectus, & alius imperfectus, non tamen sequitur vt quemadmodum conceptus formalis imperfectus, differt secundùm rem à conceptibus substantiæ, & accidentium, ita & obiectiuus imperfectus sit quoq; secundùm rem distinctus, à conceptibus obiectiuis eorundem.

Ad vltimum respondemus, falsam esse propositionem, quia conceptus vltimæ & atomæ differentiæ, est quoque simplicissimus, qui tamen non differt, neque est auulsus secundum rem à conceptu speciei quam componit; vt neque differentia secundùm rem differt, neque est auulsa ab eadem natura specifica: vnde quamuis conceptus entis sit simpliciſsimus, alij verò sint compositi, non hinc fiet conceptũ entis esse distin- Ad vltim.

distinctum & auulsum secundum rem à conceptibus rerum aliarum; cùm sit de intima & essentiali ratione Dei & creaturarũ, substantiæ & accidentium, quemadmodum sequenti libro ostendemus. Hactenus igitur de primo libro huius nostræ Metaphysicæ disputationis dicta sint satis.

(·.·)

FINIS.

M.C.D. 2018

DE ENTE ET EIVS PROPRIE-tatibus liber se-cundus.

PRAEFATIO.

HActenus exposuimus, quæ ad analogiam & conceptum entis intelligenda, necessaria esse conspeximus; quibus, ni fallimur, luculenter satis explicatis, consequens est vt de essentia & existentia, quæ nomine entis significantur, in hoc secundo libro disputemus. Ita enim facilius multò naturam entis perdifficilem satis, cognitam, perspectamq; habebimus. Tũ quodnam sit illud ens quod est transcendẽs, & de quo concludũtur proprietates, de quibus deinde differemus. Pręterea agemus de proprietatibus illius in genere, & in communi, num scilicet in ente sint huiusmodi proprietates, quæ illę sint, quem ordinem inter se obtineãt, & qua ratione de illis efferatur: quibus explicatis, vltimã manum etiam huic secundo libro imponemus. Vt autem recta metho-

methodo progrediamur, auſpicabimur à definitione eſſentiæ & exiſtentiæ: ita enim Plato, Ariſt. Cicero, & alij grauiſsimi Philoſophi perſcribunt, in omni quæ cum ratione inſtituitur diſputatione, à diffinitione, tanquã à firmiſsimo præſidio eſſe exordiendũ.

Caput I. Quid ſint eſſentia & exiſtentia.

EXplicaturi igitur diffinitionẽ eſſentiæ, non alijs verbis quàm ipſius Ariſt. illam diffinitẽdam eſſe arbitramur. Is enim. 7. lib. Metaphy. cap. 4. ad hunc modum diffinit eſſentiam: Eſſentia eſt illud quod perſe & primo de re dicitur. Quam diffinitionem eſſe accuratam, apertiſsimè intelligemus, ſi ſingulas eius partes percurramus. Imprimis igitur eſſentia debet de re per ſe, ideſt non accidẽtariò, prædicari. Quia eſſentia eſt illud quod reſpondemus ad interrogationem effectam de re quid ſit; at ſi interrogemus quid ſit res, nõ reſpondemus illa attributa quæ accidentariò; ſed quæ perſe de re prædicãtur; roganti enim quid ſit triãgulum, non reſpondemus illud eſſe calidum, vel frigidum, candidum, vel atrum, quæ accidentariò prædicantur, de eo; ſed eſſe figurã planam

Diffinitio eſſentiç ex Ariſtot.

M.C.D. 2018

planam tribus lineis comprehensam, quæ sunt illius attributa perse. Ceterum quia nõ omnia quæ perse dicuntur, sunt de rei essentia, quemadmodum proprietates dicuntur de subiecto in secundo modo dicendi perse, quæ tamen non dicũtur de eo secundum essentiam, adhibita fuit altera pars diffinitionis, & primo, vt per eam excludamus proprietates ab essentia: etenim quamuis illæ per se de re efferantur, quia tamen non efferuntur primo, sed secundo loco de subiecto, non spectabunt ad eius naturam & essentiã. quod etiã ex eo confirmat illud Arist. quia cum vnius rei sit vna essentia, & sint diuersę proprietates, vt extremitatis proprietates sunt lenè, asperum, & coloratum; si omnes hę spectarent ad vnam & eandem essentiam extremitatis, lenis, asperi, & colorati, iuxta proprias eorum rationes, esset vna & eadem natura; quod tamen est omnino falsum. Constat igitur hanc esse accuratam diffinitionẽ essentię. Vnde colligendum erit, genus & differẽtiam attinere ad rei essentiam; quia hæc duo perse, & primo, de re prædicantur.

Diffiniunt etiam alij essentiam alijs duabus diffinitionibus, prima est. Essentia est illud quod significatur per essentialem diffinitionem Q ta diffinitione frequenter vtuntur Philosophi, vt D. Thom. 1. part. q. 29. articulo 2. ad. 3. quotlibet. 2. articulo 4. in cor-

Alij essentiam diffiniũt duabus diffinitionibus, quarũ hæc est. 1. D. Thom.

M.C.D. 2018

in corpore, & quodlibet. 2. artic. 4. ad. 1. & alij multi. Verum hæc diffinitio potius spectat ad Logicum quàm ad Metaphysicum; eo quòd agere de rebus vt significantur vocibus, aut orationibus, vt sunt diffinitiones, munus est & officium dialectici. Ceterum cùm essentia sumi possit duobus modis, primo in abstracto vt sumitur essentia hominis, quando nomine humanitatis significatur: & altero modo in concreto, vt sumitur eadem essentia ea ratione qua exprimitur nomine hominis; essentia vt significatur per essentialem diffinitionem, non sumitur in abstracto, sed in concreto: per hãc enim diffinitionem, animal particeps rationis, non significamus humanitatem, sed hominem.

2. Diffinit. Secũda diffinitio est. Essentia est illud cuius actus est esse: quam diffinitionem proponit D. Thom. nit D. Tho. 1. Senten. dist. 23. artic. 1. in corpore. Attamen vt illam & superiorem rectiùs intelligere possimus, annotandum est, essentiã tribus nominibus à Philosophis esse nuncupatam, scilicet quidditatem, essentiã, & naturam; potest enim referri illa ad esse, quod ab ea fluit, & á quo primò actuatur; ad diffinitionem per quam exprimitur, & ad operationes ab ea dimanantes. Ratione primi appellata fuit essentia, quia per eã vnaquæq; res, & in ea, habet essendi actum, & ita debet intelligi diffinitio proposita, de essentia

sub

sub ratione essentiæ, vt ab ea fluit esse: hac siquidē ratione dici potest illud cuius actus est esse; etenim existentia & fluit, & recipitur in essentia tamquã actus in potentia. Ratione verò secũdi vocata fuit quidditas, quia sola quidditas est quæ explicatur essentiali diffinitione. Tandem ratione tertij dicta est natura, quasi sit nascitura, à qua multæ operationes nascuntur, & deriuantur. Hactenus quid sit essentia exposuimus, declaremus iã existentiæ, (quæ comuni nomine ab auctoribus esse nũcupatur) diffinitionem. Existẽtia igitur ita diffinitur, primus actus impressus à Deo cuilibet enti creato, quo primo illud cõstituitur extra facultatem suarum causarũ. In hac diffinitione prima particula est actus; quia existentia est qua media ea quæ erant potestate reuocantur in actum; vt rosa, quæ quando non existit non est actu, aduenie̅te existentia, illico constituitur in actu. Secunda est primus; per quam separamus existentiam ab operatione, quæ est actus secundus; imò & ab ipsa forma, & ab essentia; quæ cõparata cum existentia, non habent locum actus primi, sed secundi; quia neq; forma, neque essentia sine existentia, possunt aut esse, aut intelligi esse in actu; quemadmodum docet. D. Tho. 1. p. q. 3. artic. 4 in corpore. Tertia est, impressus a Deo: quæ non est ita intelligẽda, quasi solus Deus conferat existentiã, quemad-

Diffinitio.

D. Thom.

M.C.D. 2018

quemadmodum quidam recentiores docue
runt, aduersus quos in sequentibus disputa-
bimus; sed dicitur esse impressus à Deo, quia
primo, magis intimè, & propria vi, imprin-
tur ab eo: etenim quamuis equus generans
equum producat existentiam illius, tamen
quia non producit illam propria virtute, ne-
que primo, sed secundario, & virtute sibi à
Deo tributa, propterea dicitur actus impres
sus à Deo. Quarta est, cuilibet enti creato;
perquam exprimitur subiectum existentiæ,
quod est, id quod est productum, per se subsi
stens in categoria substantiæ; hoc enim est
proprium subiectum existentiæ: nomine au
tem entis creati, quodlibet ens productum
intelligimus, siue sit verè creatum, vt Ange-
lus, siue vera generatione productum, vt leo,
& arbor. Vltima est, quo primo est extra fa-
cultatem suarum causarum; quæ particula
complet, & constituit rationem formalẽ exi
stentiæ; est enim eius vltima ratio constitue
re rem extra facultatem suarum causarum:
cùm enim res quælibet ante existentiam sit
in facultate sola ipsarum, & sit veluti la-
tens in ea, adueniente existentia, eodem
temporis momento erumpit extra talem fa-
cultatem, & aparte rei per eam constituta
subsistit in propria natura, auulsa, & diuisa
a suis causis. Vnde cùm in existẽtia duo hæc
reperiãtur, recipi in aliquo tamquam in sub
iecto

iecto, eo modo quo actus recipitur in sua potestate; & efficere rem extra facultatem suarum causarum, hoc secundum magis intimè cõpetit existentiæ quàm illud primum: nam existentia humanitatis Christi domini est vera existentia, quæ tamen non recipitur in aliquo tamquam in subiecto, cum sit existentia diuina, quæ nulli subiecto ineſt, cõstituit tamen illam extra facultatem suarum causarum. Sunt quidam qui rationem vltimam existentiæ dicunt esse constituere rem extra nihil. Verum hi toto profectò errant cælo; quia essentia est etiam per quam res constituuntur extra nihil, cum tamen essentia non sit existentia. Verius igitur dictum est à nobis, rationem eius vltimam esse constituere rem extra facultatem suarum causarũ: quod tamen intelligi debet in creaturis, quę habent causas producẽtes: quia in creatore, qui supra se nullam habet causam, ratio existentiæ erit constituere eum in rerum natura, & à parte rei subsistentem.

Quorundã reprehensio.

Cap. 11. In quo explicatur sit ne existentia substantia vel accidens.

BReuiter quidē, & succintè in superiori capite exposuimus, quid sit existentia, proposita illius diffinitione: verùm quia hæc tractatio est difficilis, maximeq; omnibus Philosophis necessaria, erit illa altius repetenda, & diffusius explicāda. Instituimus autem in hoc capite explicare, sit ne illa substantia, vel accidens; quam rem vt commodiùs explicemus annotandum est,

Anno. Accidens sumitur duobus modis

accidens duobus modis sumi posse. Primò vt est diuisum contra substantiā, qua ratione denotat naturam subiecto inhærentem, quemadmodum substantia significat naturā per se cohærentem. Secundo significat quid quid est extra essentiam rei, quod scilicet, neque continetur in attributis essentialibus, neque exprimitur per essentialem diffinitionem: hac distinctione vtitur D. Tho. q. 5. de Potentia art. 4. ad 3. & passim in alijs locis, quæ est peruulgata, & protrita satis apud omnes Philosophos.

D Thom.

Illa igitur constituta, ad explicandā quæstionem propositam sit prima assertio. Existentia non est accidens in prima significatione, quod scilicet inhæreat alicui subiecto, & superaddatur ei eo modo quo dicimus albedinem esse accidens niuis, quia inhæret illi, & additur illius essentiæ iam completæ, & absolutæ, tanquam natura quædā extrin-

1. Assertio.

seca,

M.C.D. 2018

feca. Contrariam sententiã olim docuerat Auicenna, vt author est D. Thomas in Comment. in cap. 2. lib. 4. Methaph inquiens existentiam, & vnitatem, esse quædam accidẽtia rebus inhærentia, superaddita carũ natũris, &c. Confirmatur tamen assertio his argumentis. Primum est. Omne accidẽs sumit existentiam à subiecto, vt author est Arist. 7. Metaph. cap. 1. docens accidentia esse entia quia sunt in substantia, ergo si existentia est accidens, desumet existentiam à subiecto, & ita existẽtiæ, esset existentia: quare abiremus in infinitum; si enim existẽtia prior desumit existentiam a subiecto, secunda quoq; existentia cùm sit accidens, desumet existẽtiam aliã tertiam à subiecto, & hæc tertia, aliam quartam, & sic in infinitum, quod cùm sit manifestè falsum, existentia non erit accidens.

Contrariã sententiã docet Auicenna.

Confirmatur.

1. Argum. Aristot.

Secundum omnia accidentia supponunt substantiam cui inherent absolutam in suo esse, & existentem in rerum natura; sed existentia non supponit substantiã absolutam, & existentem; cum sit illa absolutio substantiæ, & ratio formalis existendi, ergo non erit accidens. Præterea. Si existentia esset accidens, cum categoriæ distinguãtur per diuersos modos existendi primo, & proxime per diuersos modos prædicandi, fundatos in diuersis modis existendi, sequeretur omnes ea

2. Argum.

3. Argum.

M.C.D. 2008

tegorias esse accidentia, & non dari aliquam categoriam substantiæ; quia omnis existẽtia est accidens. & nulla est substantia, hoc autẽ nullus sanæ mentis affirmabit, igitur existentia non est accidens. Ad hæc terminus gene-

4. Argum. rationis substantialis non est accidens; in eo enim distinguitur generatio substantialis, à

Aristot. generatione accidentaria, iuxta Arist. 1. de ortu cap. 3. quod terminus illius sit substantia, terminus vero accidentariæ, sit accidẽs; sed terminus generationis substantiæ, est existentia; diffinitur enim generatio, ab Arist. 5. Physico. mutatio de non esse ad esse, vbi nomine esse non potest intelligi essentia; quę non est terminus generationis; cum vel illa sit æterna, iuxta multorum sententiam, vel saltim sit immutabilis, & inuariabilis perse, intelligi ergo debet existentia, vt omnes Philosophi vno ore profitẽtur, ergo non erit om-

5. Argum. nis existentia accidens. Rursus omnis forma tribuit aliquam existentiam eiusdem generis, & categoriæ, apertum est enim cum categoriæ sint impermixtæ, non posse vnam formam conferre esse, vel existentiam alterius categoriæ; & enim si ita fieret, interse illæ confunderentur; ergo forma substantialis conferet existentiam eiusdem categoriæ,

6. Argum. quare non omnis existentia erit accidens. Denique omne accidens vel est quantitas, vel qualitas, vel continetur in aliqua alia determinata

minata categoria; sed existentia neq; est quã titas, quia ita non conueniret qualitati, neq; qualitas, propter eandem rationẽ, quia non conuenit alijs, ergo existẽtia non erit accidẽs.

Secunda assertio. Existentia est accidens in secunda significatione. 1. existentia est extra essentiam rei, quia neq; continetur in attributis essentialibus rei, neque exprimitur per essentialem diffinitionem illius. Confirmatur his argumentis, primum est petitum ex authoritate Arist. qui expressis verbis illam profitetur. 7. lib. de demonstratione cap. 7. vbi ita habet. *Homo & esse hominẽ aliud est:* & proximis verbis subiũgit. *Esse uero nulli est substantia.* 1. essentia, quia substantia essentiã quoq; significat apud Arist. 5. Metaphy. c. 8. & 7. cap. 3. & in eodem loco instituit confirmare ens non esse genus, quia non prædicatur secũdum essentiam de naturis sibi subiectis, quemadmodum prædicatur genus; quod cum non possit intelligi de ente vt significat essentiam, cum illud essentialiter prædicetur, intelligi debet de ente vt significat existentiam, vnde secundum Arist. existẽtia erit extra naturam rei. Deinde. 2. lib. de demonstratione cap. 1. secernit quæstionẽ an est, à quęstione quid est, cum ergo per quæstionem an est declaretur existentia, per quæstionem vero quid est essentia, existentia extra essentiam & naturam rei erit. Secun-

2. Assertio.

1. Argum.

Arist. 2.

M.C.D. 2018

2. Argum. dum argumentum. Quæ sunt de essentia exprimuntur per essentialem definitionem, sed existentia non exprimitur per essentialem diffinitionem; nam quando hominem diffinimus, nihilminus exprimimus quam ipsum existere, vel non existere, sed tantum denotamus illum esse animal particeps rationis, ergo existentia non erit de essentia rei. Tertiũ si existentia esset de essentia rei, cum attributa essentialia semper rebus conueniant, sequeretur & existentiam semper rebus conuenire, & ita semper rosa existeret, quemadmodum semper est flos, quod tamen vel ipsa experientia quem sit falsum, luce clarius intuemur.

3. Argum.

Annotandum. Annotandum est tamen assertionem intelligendam esse de existentia creata; quia si de increata loquamur, illa est de natura & essentia Dei opt.max. in Deo enim existentia est sua essentia, vt docent Theologi cum D. Thom. 1.p.q.3.artic.4. Has ambas assertiones profitentur viri grauissimi. D. Tho. q.5.de potent.artic.4.ad.3.in.1.distin.8.in explicatione literæ, quotlib.2.q.2.artic.1. in commentarijs in cap.2.lib.4.Metaphy. & in opusculo de formis.q.8. si tamen illud opus sit ab eo editum. Capreo. in.1.dist.8. q.1.concl.3.& in plerisque solutionibus argumentorum Didacus Deça in eodem lib. & q. Flandrensis.4.Metaphy.q.3.artic.5.&

Qui profitentur assertiones superiores D. Thom.

Capreo.

Deça.

Flandre.

instituu-

M. Bañesi

instítutor noster eruditissimus magister Dominicus Bañes. 1. p. q. 3. articulo 4. dubitatione. 1.

3. Assertio.

Tertia assertio. Existentia non continetur in aliqua determinata categoria per se, sed reduci debet ad categoriam essentiæ cuius est actus, ita vt existentia substantiæ, ad categoriam substantiæ, & existentia quantitatis ad categoriam quantitatis sit reuocanda. Ita docent Capreolus, & Flandrensis in locis citatis, Soncinas 4. Metaph. q. 12. Caietanus cap. 5. de ente, & essentia q. 11. ad octauum, & Iauellus in tractatu de transcendentibus, cap. 4. Non contineri existentiam in certa aliqua categoria ex eo probamus; quia per omnes illas se se diffundit, & diuagatur; at non contineri per se colligere poterimus ex eo, quod solum genera, species, & indiuidua ex quibus conflatur recta series categoriæ, continentur per se in categorijs; existẽtia verò neque est genus, neque species, neque indiuiduũ. Contineri autem reductiuè, non quidem eo modo quo imperfectũ reducitur ad perfectum; sed eo quo actus reducitur ad categoriã suæ potestatis, & terminus ad categoriam rei quã terminat, & absoluit, ita ostendimus, primo, actus, & potentia continentur in eadem categoria vt author est Aristot. 9. Meta. cap. 7. & 2. de Anima cap. 1. sed existentia est actus essentiæ, essentia verò est poten-

Capreo. Flandr. Caiet. Iauell.

1. Argum.

potentia quædam recipiens exiſtentiam, & quæ actuatur per eam; cùm igitur eſſentia ſubſtantiæ ſit in categoria ſubſtantiæ; & eſſentia accidentium in categorijs accidentiũ exiſtentia ſubſtantiæ continebitur in categoria ſubſtantiæ, & exiſtentia accidentium in categorijs accidentium. Secundò, à qualibet forma fluit exiſtentia, quemadmodum & eſſentia eiuſdem categoriæ, ergo à forma ſubſtanntiali fluit exiſtentia ſubſtantialis; & à forma accidentaria exiſtentia accidentaria; quare cùm forma ſubſtantialis ſit in categoria ſubſtantiæ, & formæ accidentariæ in categorijs accidentium, exiſtentia ſubſtantialis continebitur in categoria ſubſtantiæ, & exiſtentia accidentaria in categorijs accidentiũ.

2. Argum.

4. Aſſertio. Quarta aſſertio. Exiſtentia creaturarum neque eſt creator, neque creatura, neq; ens, ſed eſt concreta, & comproducta, & eſt illud ratione cuius ens eſt id quod eſt. Diximus creaturarum; quia exiſtẽtia creatoris eſt creator, quidquid enim eſt in Deo, eſt Deus. Inprimis exiſtentiam non eſſe creatorem vberrimè oſtendit D. Thom. .. cõtrag. cap. 26. & 1. ſent. diſt. 8. q. 1. artic. 1. nam exiſtẽtia creaturarum neq; eſt æterna, neque infinita; quemadmodum Deus eſt æternus, & infinitus. Præterea non eſſe creaturam demonſtramus argumento hauſto ex eodẽ D. Thoma. 1. p. q. 45. artic. 4. creari eſt fieri, ergo illius

D. Thom.

D. Thom.

eſt

est creari cuius est fieri, sed fieri tantum est suppositorum, & per se existentiũ, ergo creari tantum erit suppositorum, & per se existẽtium, & ita cum existentia non sit suppositum, neque creabitur, neque erit creatura, sed concreabitur, & comproducetur simul cum supposito creato: vnde quemadmodum accidentia neque generantur, neque interunt, sed congenerantur cum subiecto, & intereunt cum eo: pari ratione existentia, neque creabitur, neque producetur, sed concreabitur, & comproducetur. Tandem non esse ens, ea ratione qua ens significat id quod est, eleganter docet Boetius in libello de hebdomadibus, quia id quod est, est res per se subsistens, at existentia non subsistit, sed est id ratione cuius id quod est, est, & consistit in se, quemadmodũ albedo non est alba, sed est illud ratione cuius nix dicitur alba: si autem ens sumatur vt est diuisum contra nihil, existentia est ens; quia non est nihil. Verũ hæc omnia abundè explicata fuerunt à nobis in primo lib. cap. 3. Boetius.

Quod si quis nobis obijciat authoritatem libelli de causis propositione. 4. in qua expresè continetur esse, vel existentiam, esse creaturam, ita enim habet illa propositio. Prima rerum creatarũ est esse. Respon. cum D. Thom. in loco proxime citato ad primũ, aliquid posse dici creatum, vel quia est termi

nus

nus creationis; vel quia est subiectum illius; subiectum est suppositum, & res per se subsistens, terminus verò, vel ratio obiecti creationis est existentia, ad hoc enim terminatur creatio, vt id quod creatur, existat in rerum natura. Dicitur igitur existentia creatura, non quia sit id quod creatur, vel subiectum creationis; sed quia est terminus, & ratio illius.

Cap. III. In quo dissoluuntur quædam obiectiones.

VErùm vt ea quę docuimus longè illustriora reddantur, proponendę, simulque dissoluendæ erunt quædam obiectiones aduersus illa, præsertimq; aduersus primã assertionem. Prima est. Quidquid est, vel est substantia, vel verũ accidens, sed existentia non est substantia, ergo erit verum accidens. Propositionem omnes profitentur, cõfirmatur assumptio. (& loquimur de existentia substantiæ, quia existentiã accidentis, accidens esse docuimus) Existentia substantiæ non est substantia secunda, quia neque est genus, neque species; neque est prima, quia substãtia prima diuisa est ab Arist. 7. Meta. cap. 3. & 2. de Anima cap. 1. in materiam,

1. Obiect.

Aristot.

teriam,& formam,& totum compoſitum,at exiſtentia non eſt materia, cùm non ſit pura potentia, neque forma; cum non ſit pars eſſentialis rei,neque totum compoſitum; cùm non ſit id quod eſt, ergo non erit ſubſtantia prima. Huic obiectioni reſpondemus ex Capreolo. in primo diſt. 8. q. 1. in ſolu. 3. aduerſus primam aſſertionem,diuiſionem entis in ſubſtantiã,& accidentia eſſe diuiſionem entis, vt ſignificat eſſentiam, & non vt ſignificat exiſtentiam,vt author eſt D. Tho. quod lib. 2. q. 2. art. 1. Vnde ita debet intelligi diuiſio. Omnis eſſentia vel eſt ſubſtantiæ, vel accidentiũ;at verò exiſtentia non eſt eius quod ſignificat eſſentiam, & ita non continebitur ſub hac diuiſione: quare neque erit ſubſtantia ,neque accidens,ſed reuocabitur ad categoriam ſubſtantiæ, & accidentium. Vel reſpondere poſſumus diuiſionem entis in ſubſtantiam,& accidentia , intelligendã eſſe de ente quod eſt:ita vt ſenſus illius ſit. Omne quod eſt,aut eſt ſubſtantia,aut accidens, exiſtentia verò non eſt id quod eſt, ſed eſt id ratione cuius aliquid eſt.

Solutio 1. Coprcol. D. Thom. 2. Sol.

Secunda obiectio. Accidẽs eſt illud quod poteſt ad eſſe & ab eſſe,ſubiecto abſq; illius interitu vt docuit Porphyrius in cap. de accidente,ſed exiſtẽtia poteſt adeſſe,& ab eſſe eſſentiæ,quæ eſt illius ſubiectũ abſque eius interitu;cum remanente eſſentia æterna, &

2. Obiect. Porphy.

in va-

in variabili, interdum illa existat, & interdū non existat, ergo existentia est verum accidens. Respon. in diffinitione accidentis nomine subiecti intelligendum esse illud quod actu existit propria, & eiusdem generis existentia, cum accidentia omnia supponāt subiectum constitutum, & existens; attamen essentia non est illud quod existit, sed suppositū est quod existit, vnde quamuis vocari possit essentia subiectū existētiæ, quia recipitur in ea, eo modo quo actus recipitur in propria potestate, non tamen est subiectum quod diffinitur in diffinitione accidentis.

Solutio.

3. Obiect. Tertia obiectio. Quidquid aduenit rei ab extrinseco, & non est de illius essentia, est accidens; sed existentia aduenit cuilibet rei ab extrinseco, scilicet vel à Deo, vel à generante, & non est de essentia ergo erit accidens. Respon. propositionem esse veram de accidēte vt significat illud quod non est de essentia rei, esse tamen falsam de accidente inherente, vel de accidente quod est diuisum contra substantiā.

Obiect. 4. Quarta. Illud quod fluit à principijs essentialibus est verum accidēs, vel proprium, vel commune, nam si fluat à principijs individuantibus est accidens commune: si à principijs specificis est accidens proprium; sed existētia fluit a principijs essentialibus, ergo vel

Solutio. 1. erit accidens proprium, vel commune, & ita erit

verũ erit accidẽs. Resp. inprimis falsam esse propositionẽ; quia ipsa essentia fluit à principijs essentialibus, cum coalescat ex eis, cũ tamen neque sit accidens proprium, neq; commune. Resp. deinde illud quod fluit a principijs essentialibus, esse, vel accidẽs propriũ, vel commune; si fuerit alterius generis, & categoriæ; at si fuerit eiusdem generis, nulla ratione poterit esse accidens, & ita cùm existentia sit eiusdem generis, & categoriæ cũ essentia; cùm sit illius terminus intrinsecus, non poterit esse accidens. Solutio. 1.

Solutio 2.

Quinta. Quod aduenit enti composito ex materia, & forma, est verũ accidens; quia aduenit substantiæ constitutæ; sed existentia est huiusmodi; aduenit enim suppositio prius constituto ex materia, & forma; ergo erit verum accidens. Resp. propositionẽ esse veram, si illud quod est compositum ex materia, & forma, fuerit ens completum, & in actu; sin minus dicimus illam esse falsam; at sine existentia nulla substantia individua est ens completum, & in actu, cùm sit ipsa existentia absolutio, & actus rerum omnium; quare existentia nulla ratione erit accidens. Obiect. 5.

Solutio.

Cap. IIII. Explicantur tres dubitationes de eadem existentia.

M.C.D. 2013

ANtequam vlterius progredia mur, erunt tres dubitationes de eadem existentia breuiter explicãdæ. Prima est, fluat n existentia à forma. Secunda, quibus propriè conueniat existentia. Et tertia, num sit illa vltimus actus nec ne?

Nũ existẽtia fluat à forma opinio quorundam.

Primam quæstionem quidam ita dissoluunt, vt duplicem dicant esse existentiam, vnam simpliciter, & absolutè, per quam vnũquodque existit à parte rei; & alteram in aliquo certo, & determinato genere, vel natura, vt est existentia hominis, vel equi; primam vocant existentiam imperfectam, alteram verò perfectam. Alij eandem distinctionẽ sub his verbis proponunt. Existẽtia quædam est formalis, quæ scilicet fluit ab aliqua forma, & alia entitatiua, quę rationem entis consequitur. Dicunt igitur existentiam imperfectam, vel entitatiuam, non esse à forma; quia materia prima habet suapte natura huiusmodi existentiam, & non à forma; alteram verò formalem, vel perfectam, esse à forma; vt existentiam hominis, esse à forma hominis, & existentiam Leonis, à forma Leonis. Hanc sententiã amplexus est Gregorius Ariminen. in 2. dist. 12. q. 1. artic. 1. & Benedictus Pererius 6. lib. suæ Philo. cap. 13. & omnes illi qui constituunt materiam primam non esse puram potentiam, sed ex se habere

Grego. Pererius.

M.C.D. 2018

bere aliquem actum entis.

Alij verò eruditissimi Philosophi, vt Ca preo. in 1. dist. 8. q. 1. ad 7. & 17. contra primam assertionem, & M. Bañes in 1. p. q. 3. art. 4, dubitatione 4. arbitrantur existentiam neque in genere causſæ formalis, neque in genere causſæ efficientis, fluere à forma, sed in solo genere causſæ disponentis; quia ipsa solum constituit subiectum capax, & accommodatum, vt scilicet sit in potentia, ad recipiendam existentiam à Deo, à quo solùm tãquam à proprio principio deriuatur: quemadmodum diaphanestas, vel perspicuitas in aëre, est aqua fluit lumen in eo; non in genere causſæ formalis, aut efficientis, sed in genere causſæ disponentis; eo q̃ præparat aërem vt fiat capax ad recipiendam lucem à sole, à quo tanquam à proprio principio potest deriuari. 2. C Capreo M. Bañes.

Plerique tamen Philosophi constituunt, existentiam fluere à forma in genere causſæ formalis, quemadmodum esse cãdidum, fluit à candore, & esse calidum, à calore: constituunt enim duplicem effectum formalẽ formæ, vnum primum, & alterum secundum: primus est esse essentiæ: secundus verò, esse existentiæ. Primumque illum docent nulla ratione posse à forma separari; secundũ verò optime posse, vt in humanitate Christi Domini, esse essentiæ humanæ non sepa-

ratur ab anima rationis compote, imo neq; potest separari; esse vero existentiæ, separatur ab ea; cum non existat per humanam, sed per existentiam diuinam. Hãc opinionem curatè explicant Soncinas. 5. Metaph. q. 5. Iauellus in eodem loco, q. 3. Flandrensis. 4. Metaphy. q. 3. art. 6. Caieta. 3. p. q. 17. artic. 2. & in numeri ali.

Soncí.
Iauel.
Flandr.
Caiet.

Explicatur dubitatio.

Inter has igitur discrepantes opiniones, vt nostram sententiam explicemus sit prima assertio. Nulla est existẽtia, quæ nõ fluat à forma, vel tamquam à causa disponente, vel tamquam à causa formali. Hanc essertionem communibus Philosophorum suffragijs fuisse olim ab omnibus illis constitutã, testis est locupletissimus D. Seuerinus Boetius in libello de vnitate, & vno, vbi constituit, Philosophos docuisse existentiam omnem à forma promanare, & eam nihil aliud esse, quam actum formæ in materia: verba illius sunt. *Omne esse ex forma est in rebus creatis, esse uero non est nisi ex coniunctione formæ cum materia; unde Philosophi dicunt illud describentes, esse est existentia formæ in materia.* Eiusdem etiam sententiæ est lucidissimus Themistius. 2. de Anima cap. 1. tex. 7. vbi docet à forma habere res omnes quod sint, & existant, & quod habeant vnitatem. Confirmatur etiam eadem essertio inductione quadã adhibita, existentia albi est ab albedine, & ca

1. Assertio.

Boetius.

2. Argum.

lidi

lidi à calore, equi a forma equi, Leonis à forma Leonis, & sic in alijs, omnis ergo existentia est ab aliqua forma. Sat scio alios respondros, falsum esse sic in alijs euenire, quemadmodum in Leone, aut equo euenit, nam materia prima habet existentiam entis, quã non habet à forma, sed a sua propria natura. Verum non est hic locus confutandi hanc solutionem, ne misceamus disputationem de materia, cum disputatione de ente, semper enim mihi displicuit, disputationes de diuersis rebus pertractantes, interse confundere, & perturbata ratione permiscere, quod quibusdam recentioribus est maximè vitio vertendum; si tamen superior aura feliciter arriserit, superiq; conatibus nostris bene fauerint, vt commẽtaria nostra in Phylosophyã prodeant in lucem. 1. lib. Physicorum, in disputatione de principijs rerum naturaliũ, parte. 2. satis superq; illam confutabimus, ostendentes materiam primam ita esse puram potentiã, vt nullum suapte natura contineat actũ entis. At ne quis existimet solutionem esse alicuius ponderis, nunc breuiter ita illam reijcimus. Quidquid cõtinetur sub aliquo genere, cõtineri debet sub aliqua specie illius, quemadmodum quidquid continetur sub animali debet contineri sub homine, aut bruto; ergo quidquid continebitur sub ente contineri debet sub aliqua illius specie

Solut. aliorum.

Confuta.

M.C.D. 2018

cie, & ita cum existentia contineatur sub en
te continebitur sub aliqua illius specie; sed
omnis existentia quæ continetur sub aliqua
specie fluit à forma, quia est existẽtia formæ
lis, ergo omnis existentia à forma dimanabit,
quare neque materia prima sine forma pote
rit vllam obtinere existentiam.

2. Assertio. Secunda assertio. Forma non concurrit
ad existentiam ingenere causæ efficientis.
Confir. his argumentis, primum est. Cau-
1. Argum. sa efficiens non agit antequam existat, vnde
prius est aut tempore, aut natura illam exi-
stere, quam agere: sed forma sine existentia
non existit, ergo ad existentiam producendã
non poterit concurrere in genere causæ effi-
2. Argum. cientis. Secundum, quamuis forma, & effi-
cions, possint eidem rei conuenire, non tamẽ
conueniunt illi respectu eiusdem effectus;
sed forma respectu existentiæ concurrit in
genere causæ formalis, vt postea dicemus, er
go respectu illius non poterit esse causa effi
3. Argum. ciens. Tertia. Illa est causa efficiens rei quę
comproducitur, quæ est causa efficiens rei
quæ producitur, cum per eandem actionem
eiusdem causæ, res producantur, & compro
ducantur; sed existentia comproducitur vt
docuimus in cap. 2. huius lib. ad productio-
nem rei, vel suppositi subsistentis, cum igi-
tur suppositum fiat tamquam a causa efficiẽ
te, vel à creante, vel à generante, & non à for

ma,

ma, existentia quoq; fiet tamquam à causa efficiente à generante, vel creante, & non à forma.

Tertia assertio. Existentia fluit à forma in genere causæ formalis. Hanc assertionem constituimus cum vltima opinione, illamq; ita suademus. Primo ex Arist: qui apertissimis verbis illam profitetur. 5. Metaph. cap. 8. in quo loco referens significationes substãtię, inquit significare quoque illam, essentiã, & formam a qua tamquam à proprio principio deriuatur existentia. Sic enim habet iuxta interprætationem Besarionis, & veterem Boetij. *Altero modo quodcumque fuerit causa existentiæ, talibus in existens quæ nõ dicuntur de subiecto, ut anima animali.* Quẽ locũ si pacato animo cõspiciamus, luce clarius illũ nostram assertionem confirmare intuebimur. & .2. lib. de Anima cap. 4. explicans qua ratione anima sit causa efficiens corporis viuẽtis, forma, & finis: inquit esse formã, quia cõfert existentiam corpori viuenti, nam existẽtia omnis à forma fluit, tamquam à propria causa, verba eius sunt iuxta veterem Boetij interpretationem. *Causa enim ipsius esse omnibus substantia est.* 1. forma est causa existẽtiæ, quia substantia interdum ab Arist. formam, & essentiam denotat vt. 7. Metaph. capit. 3. Præterea. 2. Physico. cap. 1. & .2. de Anima cap. 2. docet vnamquamq; rem per materiã

3. Assertio. Confir ex Aristot.

Aristot. Et. 5. cap. 8

M.C.D. 2018

esse potestate, per formam vero esse in actu, simpliciter & absolute. Ex quibus locis ita connecto argum. Vnaquæque res est simpliciter in actu per existentiam, quia actus simpliciter, & absolutè tantum potest rei existenti conuenire, eodem Arist. authore. 9. Metaphy. c. 3. sed vnaq; res est in actu simpliciter, & absolutè per formam, ergo vel forma est existentia, vel à forma fluet existentia; cum igitur forma non sit existentia, procul dubio fluet ab illa. Hancque esse communem Philosophorum opinionem author est Boetius in loco proposito in. 1. assert. & D. Thom. qui omnium Philosophorum placita acuratissime perlegerat, præclarum pro hac assertione profert testimonium. 3. part. quest. 17. art. 2. ita dicens. *Esse* (i. existentia quia de illa eo loco loquebatur) *Pertinet ad naturam & hypostasim, ad hypostasim quidē sicut ad illud quod habet esse; ad naturam autem sicut ad id quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formæ quæ dicitur ens ex eo quod ea aliquid est, sicut albedine est aliquid album & humanitate homo.* Quo testimonio efficaciter satis nostram assertionem confirmatam remanere arbitramur: in eo enim duo docet. D. Tho. primum est, existentiã esse essentiæ, siue formæ, tamquam principij a quo deriuatur; alterũ, formam & essentiam, ex eo esse entia, quia eis aliquid est, vel existit, quæ duo apertissime

Argum.

Aristot.

D. Thom. egregium testimonium.

M.C.D. 2018

tissime nostrę fauent opinioni,& confirmant assertionem. Deniq; generatio est mutatio, de non esse ad esse;sed mutatio nō fit ad materiam,sed ad formā, ergo neque generatio fiet ad materiam,sed ad formam,igitur esse, a forma dimanabit. Plura alia poteramus ad hanc sententiam suadendam in medium proferre,ne tamen limites institutos transiliamus illa prætermittimus, quę à nobis.2. lib. Physic.cap.3. Deo fauente proponētur, in quo loco simul ostendemus existentiā fluere a causis inferioribus,& non a solo Deo(secundario tamē) aduersus eosdem authores, qui contrarium opinantur. Aduersus hæc tamen ita aliquis insurget primo,effectus formæ non differt reipsa a forma;vt esse album non differt reipsa ab albedine; sed existentia iuxta decreta D. Thom,vt postea ostendemus,reipsa differt a forma, ergo existentia non erit effectus formalis formæ.Huic argum. satisfacit Capreol.in.1.dist.8.q.1.ad 6. Godofredi negans propositionem, quæ non potest aliqua ratione efficaci confirmari:vnde esse album,reipsa differet ab albedine,& esse calidum,à calore.

Argum.

Argumēta aduersus nostrā sententiam.

Solutio.1. Capreo.

Resp.etiam possumus formam non distingui à primo eius effectu formali,qui est esse essentiæ;distingui tamen a secundario effectū,qui est esse existentię. Cum à primo nullo modo possit separari; à secundo vero interdum

Solutio 2.

M.C.D. 2018

terdu.a posit.

2. Argum. Secundo. Exiſtentia eſt forma eſſentiæ, & formæ, cum ſit illius actus, ergo forma non poterit eſſe cauſa formalis exiſtentiæ, prob conſeq. quia cauſæ tantum poſſunt eſſe inuicem cauſæ indiuerſo, non autem in eo-

Solutio. dem genere cauſæ, vt author eſt Ariſt. 5. Me taphy. cap. 2. & 2. Phyſi. cap. 3. Reſp. falſum eſſe antecedens; quia exiſtentia ſi proprie loquamur non poteſt vlla ratione eſſe forma, cum de ratione formæ ſit conſtituere rẽ intra determinatam naturam; & componere illam ſecundum eſſentiam, quæ duo exiſtentiæ non poſſunt conuenire, imprimis determinare rem ad certam naturam, illi non competit; cum ipſa ex ſe ſit illimitata, & à forma limitetur ad determinatum gradum alicuius naturæ. Neque componere illam ſecundum eſſentiam, cum non attineat ad eſſentiam vt in cap. 2. docuimus. Neque ex eo quod eſt actus primus rectè colligitur illam eſſe formam; cum actus primus ſit ſuperior forma, & latius pateat ea; quemamdodum neque ex eo quod ſubiectum eſt in potentia paſsiua ad calorem, colligimus recte illud eſſe materiam primam quia potentia paſsiua latius patet ipſa materia, non erit igitur exiſtentia propriè forma, ſed actus, forma autem erit vera forma reſpectu exiſtentiæ, cum & conferat illi certam naturam,

ram vt hominis, vel equi, & ab ea tamquam à propria causa dimanet, quamuis alterum munus formæ quod est cõponere, nõ conueniat illi ratione existentiæ, cum sit simplicissimus actus, sed ratione compositi.

Tertio. Nihil potest esse sibi causa existendi, neq; potest aliquid se reuocare de potentia ad actum; sed sia forma flueret existentia, forma esset sibi causa existendi, & se reuocaret de potẽtia ad actũ: inprimis apertum est quod ipsa esset sibi causa existendi, si ab ea flueret existentia. Deinde confirmo quod illa se reuocabit ad actum, forma per existentiam est actu, sed forma reuocat se ad existentiam, si existentia fluit ab illa, ergo reuocabit se de potestate ad actũ. Resp. duobus modis posse aliquid esse sibi causam existendi, aut efficienter, aut formaliter; formaliter, vt lux est sibi causa illuminandi, efficienter vero, vt Sol est causa eiusdem illuminationis. Igitur quamuis efficiẽter nihil possit esse sibi causa existendi, optime tamẽ potest esse formaliter; & ita forma est causa suæ existentiæ formalis, non tamen efficiens. Solutio est collecta ex D. Tho. in opusculo de formis q. 9. ad. 1. arg. Præterea dicimus nihil posse se reuocare de potentia ad actũ efficiẽter, quia ita esset actu, antequam esset, & enim quod reuocat aliquid ad actum est in actu; quod si fuerit potestate non dum est in actu,

3. Argum.

Solutio.

Solutio. 2.

M.C.D. 2018

in actu, erit igitur actu, antequam sit actu. Formaliter vero optime potest aliquid se reuocare de potestate ad actum; non enim ex hoc sequitur aliquid esse in actu antequam sit, nam cum forma se reuocet ad actum, non virtute propria, sed virtute ipsius generantis, vel producentis formam vnà cum toto composito, sequitur quidem generans quod primo, & propria virtute reuocat eam ad actum, esse actu ante formam; non autem sequitur ipsam formam quæ reuocat se virtute alterius, esse actu antequam sit actu; sed est illa simul cũ eodem actu. Hæc dicta sint longius quam decreueram de prima dubitatione.

Dissoluitur. 2. dubitat. Secundæ vero vt satisfaciamus annotandum est, substantiam diuisam esse in vniuersam, & singularem; & singularem in materiam, formam, & totum compositum, nomine autem materiæ, & formæ, intelligimus etiam alias partes integrantes, tam similares, vt carnes, & ossa; quam dissimilares, vt caput, pedes, & manus. Obseruandum est etiam existẽtiam posse esse alicuius, aut tamquã principij aquo fluit, aut tamquã subiecti in quo recipitur.

1. Assertio. Sit igitur prima assertio existentia solius est formæ, tamquam principij aquo fluit. Hanc assertionem in superiori dubitatione exposuimus. Secunda assertio esse subiectũ existen-

2. Assertio.

existentiæ primo & perse neque competit rebus vniuersis, neque partibus, siue essentialibus, siue integrantibus. Imprimis non conuenire primo rebus vniuersis apertum est apud peripateticos, cum illę non existant auulsę à singularibus, sed in singularibus, & per singularia, quidquid asserat Plato, constituens vniuersa extra singularia existere. Deinde neque partibus conuenire ita confir. Illud perse, & primo existit, quod per se, & primo generatur; cum generatio eò tendat, vt illud quod generatur existat; sed partes vt materia, & forma, non generantur, sed totum ipsum. Vt author est Arist. 7. lib. Met. phy. cap. 8. & 9. 8. cap. 3. & 12. cap. 3. ergo existentia non primo conueniet partibus: quod intelligendum est in alijs præter hominem, nam in homine existentia prius competit tamquam subiecto animæ rationis compoti, quam ipsi homini, eo quod anima rationis compos est perse subsistens, & verus terminus creationis; quod tamen alijs formis cõuenire nullo modo potest; quę non sunt subsistentes, sed in existentes; & ita existentia in homine prius competet animæ, deinde vero ab ea deriuatur ad corpus; at in alijs prius competet toti, & ex eo deinde deriuatur ad partes.

Annot.

Tertia assertio. Existentia primo & perse competit toti composito, itaq; subiectũ primum

3. Assertio.

mum & perse existentiæ est ipsum totum. Hæc assertio colligitur ex superioribus. Cũ enim existentię assignari debeat aliquod subiectum, hoc autem neq; sit vniuersum, neq; sint partes, à sufficienti diuisione erit ipsum totum. Ruursus cum totum sit quod oritur

2. Argum. & interit, operatur, mouetur in loco, subiacet tempori, quæ omnia nisi subiecto existentiæ non possunt conuenire, totum ipsum existit illius subiectum. Eritigitur hic ordo maxime animaduertendus in subiecto existentiæ assignando, forma in ortu, prius vnitur cum materia vi agentis naturalis, quam constituat totũ, cum ex hac vnione resultet illud; secundo loco constituitur totum quod

Annotat. per formam, & essentiã resultantem ex materia, & forma vnitis; fit capax, & accommodatum, vt recipiat existentiam. Tertio à forma fluit existentia quæ recipitur in toto effecto, iam capaci ad eam recipiẽdam, tamquã in subiecto; & tandem communicatur omnibus partibus, per omnes illas sese diffundẽs. Quæ omnia non sunt ita intelligenda quasi fiant in diuersis temporibus, cum in eodem temporis momento eueniãt; sed intelligi debent de diuersis instantibus naturæ; quia prius natura est, partes vniri, quam totũ fieri; & sic de alijs vt exposuimus. Ex quo colli-

Consecta. gimus cum sint duo effectus à forma promanantes, quorum vnus est esse essentiæ, alter

vero

vero esse existentiæ, esse essentiæ prius deriuari à forma quam esse existentiæ, cum deriuetur ab ea in primo instanti quando vnitur cum materia; existẽtia vero deriuetur in tertio instanti, post constitutum totum compositum.

Vltimæ dubitationi satisfacit Caieta. c. 3. de ente & essentia. q. 11. ad. 8. dicens existentiam, & esse primum & esse vltimum actum, diuersa tamẽ ratione, potest enim illa sumi aut in instituto generantis totum naturale, aut in executione vt dicunt generationis: primo modo dicitur primus actus; quia illud quod primo instituit generans producere, est constituere rem existentem in rerum natura: secundo vero modo, nuncupatur vltimus actus; quia quod vltimo in re genita producitur (quod sit tamen eiusdem naturæ, & categoriæ) est existentia. Explicatur 3. dubitatio. Caiet.

Ceterum M. Dominicus Bañes. 1. p. q. 3. artic. 4 dubitat. 1. in fine eius, admittit etiã existentiam & esse primum, & vltimum actũ; at longe diuersa ratione illud explicat, quam explicarit Caiet. refert enim hæc duo non ad compositionem, & resolutionẽ quæ fit aparte rei in rebus ipsis, & vt dicunt naturalem, sed ad eam quæ fit in intellectu, & vt dicunt Metaphysicam. Dicitur igitur existẽtia primus actus; quia quando intellectus cõponit, verbi gratia hominẽ, iuxta eius attri- M. Bañes.

bura

buta essentialia, quod primo sibi intelligendum occurrit est ens, vt denotat existẽtiam tamquam obiectum adæquatum, & formale, quod deinde componit cum aliis attributis, vsque ad vltimum rei attributum; ita enim progreditur, homo est ens per se, est corpus, est viuens, est sentiens, est rationis compos, in quibus omnibus attributis, semper compositio entis, vel existentiæ reperitur. Nuncupatur autem vltimus actus secundũ resolutionẽ intellectus, dum si hominem eũdem resoluamus in sua attributa, vltimo loco nobis occurret attributum entis, resoluimus enim primo hominem in animal, deinde in corpus animatum, mox in corpus, præterea in substantiam, & postremo in ens.

Inter has explicationes hanc secundam laudo tamquam acutè satis excogitatam, & sapienter explicatam: priorem tamen arbitror esse veriorem, & magis consonam dictis D. Thom. aliquando constituentis existentiam esse primum actum vt. 1. p. q. 2. art. 4. & interdum esse vltimum, vt in q. disputata de anima art. 6. ad. 2. quam esse verã apertissimè intelligemus, si reuocemus ad memoriam ea quæ in proxima dubitatione enarrata fuerunt; scilicet, formam prius naturaliter vniri materiæ, quam totum fiat, & prius natura totum componi, quam existentia deriuetur à forma: vel ab alia causa, parum enim

D. Thom.

hoc

hoc refert instituto. Quæ si vera sunt, rectè dicetur existentia vltimus actus via generationis: cùm ipsa consequatur rem iam constitutam per sua principia essentialia. Confir. q; probatur his duobus argumentis. Primum, Prius natura est fieri subiectum, quàm fiant ea quæ in ipso recipiuntur; sed subiectum existentiæ est totum compositum, vt suppositum, vel persona, ergo prius erit illud, quàm existentiam fieri, quare existentia vltima erit via generationis naturalis. Consule quæso Caiet. 3. p. q. 17 art. 2. vim huius rationis acuratissimè perpendentem, & explicantem debere naturâ prius personari, vel supponitari, quàm existere, neque posse à natura vel forma fluere existentiam, quin prius illa personetur; non quidem ob defectum principij à quo fluat, sed subiecti in quo recipiatur, quod est suppositum, vel persona. Secundum arg. Quæ sunt perfectiora, sunt vltima via generationis, vt author est Arist. 9. Metaph. cap. 9. quia natura semper progreditur de imperfectis, ad perfecta; sed existentia est actus omnium perfectissimus, vt author est idem M. Bañes in eodem loco, dubitatione 3. erit igitur vltima secundùm generationē. Obijcit tamen ille aduersus Caiet. Neq; forma vlla, neq; essentia possunt esse sine existētia, ergo existētia erit prior, & ita non erit vltimus actus, sed primus, etiā via generationis.

Confirm. opinio Caiet 2. argu. 1. Argum.

Caiet.

2. Argum.

M.C.D. 2018

Solutio. Resp. distinguentes antecedens, quia vel loquimur de instantibus temporis, vel naturæ; si de primis illis loquamur, neque forma, neque essentia possunt esse sine existentia, nullum siquidem instans temporis est, in quo verum sit dicere formam esse, & ipsam non habere existentiam. Si verò loquamur de instãtibus naturæ, falsum est antecedens; nam in aliquo instanti naturæ intelligere possumus formam esse principiũ rei naturalis, & componere illã secundùm essentiã, in quo non intelligimus illam existere tamq; subiectum existentiæ, & principium illius, quamuis non possimus intelligere illam sine ordine essentiali ad existentiam; vnde in eodem instanti temporis sunt forma & existentia, ordine tamen naturæ forma est prior, imo & totum compositum, quia tam caussa, quàm subiectum existentiæ, sunt ea priora secundùm naturam; quare existentia vltimus actus erit in generatione, & erit primus in instituto operantis.

Cap. V. Num existentia sit nobilior essentia.

IN superioribus capitibus egimus de essentia, & existentia secundùm se, sequitur vt de illis disputemus ea ratione qua inter se conferuntur: cum autẽ duobus

duobus modis posſint inter ſe conferri, & ſecundùm nobilitatem, & ſecundùm diſtinctionem, duæ graues quæſtiones hoc loco erunt pertractandæ. Prima quæ ſpectat ad præſtantiam, & nobilitatem; altera verò ad diſtinctionem eſſentiæ, & exiſtentiæ. Quærimus igitur primò, num exiſtentia ſit præſtãtior eſſentia, nec ne? Sunt enim multi Philoſophi peritiſsimi, qui opinantur eſſentiam eſſe longe nobiliorem, multoq; præſtantiorẽ, ipſa exiſtentia. Ex horũ numero ſunt Soncinas 4. Metaph. q. 13. Ferrar. 1. contra Gẽ. cap. 28. M. Cumel. 1. p. q. 3. art. 4. quæſt. vnica concluſione 5. quam ſententiam multò antea ſecutus fuerat Sco. in 4. diſt. 1. q. 1. docens eſſe, vel exiſtentia, nihil eſſe imperfectius; cùm nullos limites in ſe perfectionis cõtineat, ſed ab eſſentia, vel à forma à qua fluit illos obtinere, & Anton. Trombeta idẽ profitetur 5. Metaph. q. 6. art. 2. conclu. 3. Vtuntur autem hi authores varijs argumentis ad hanc ſententiam ſuadendam. Primum eſt, Quidquid eſt magis commune, magiſque ſuapte natura determinabile, eſt minus perfectum; ſed exiſtentia eſt ſuapte natura maxime communis, cùm omnia ambiat, & ſit determinabilis per eſſentiam, ad certum aliquem naturæ gradum, limitatur ſiquidem per vitam ad plantas, per ſenſum, ad animalia, & per intellectum, ad hominem, igitur

Soncin. Ferar. Cumel. Scotus.

Confir. opinio.

1. Argum.

2. Argum. existentia erit imperfectior essentia. Secundum argumentum. Propter vnumquodque tale, & illud magis tale, ex Aristot. Aristot. 2. cap. 1. lib. de Demonstratione, sed existentia est perfecta propter essentiam, igitur essentia perfectior erit. Confir. assumptio. Existentia hominis est perfectior, longeque nobilior quàm existentia leonis, sed non ob aliam causam, nisi quia existentia hominis recipitur in essentia hominis, & limitatur ab ea, quæ est multò præstantior, quàm essentia leonis, in qua recipitur illivs existentia, ergo existentia est perfecta propter essentiam. Tertium, Illud in quo differt homo a lapide, vel boue, 3. Argum. perfectius est quàm illud in quo conuenit cũ eis; sed homo conuenit cum lapide, & boue in existentia, differt tamen in attributis essentialibus; nam differt a lapide in attributo vitæ, & sensus, à boue verò, in attributo participis rationis, quæ sunt attributa essentialia, ergo existentia ignobilior erit ipsa es-
4. Argum. tia. Quartum, Illud quod confert rei nobiliorem differentiã entis, est nobilius; sed essentia confert rei nobiliorem differentiam entis, ergo erit nobilior. Propositio est aperta, confirmamus assumptio. Necessarium est nobilior differentia entis, quàm contingens; sed per essentiam sunt res necessariæ, cùm sit ipsa æterna; per existentiam vero contingentes, cùm existentia aliqnando conueniat, &

aliquan-

aliquando non conueniat rebus, ergo. Quin- 5. Argum
tum, ex his quæ continentur in categorijs, ea quæ continentur per se, & directè, nobilio- ra sunt his quæ continentur reductiuè; sed essentia continetur directe in categorijs, existentia verò reductiuè; quia est terminus essentiæ, & recipitur in ea, ergo essentia erit nobilior existentia. Alia argumenta proponere poteramus, quæ hoc loco prætermittimus, eo quòd his dissolutis, & illa quoque facillimè dissolui poterunt.

Contrariam tamen sententiam, (& quidem meritò) amplectitur institutor noster M. Dominicus Bañes 1. parte q. 3. artic. 4. dubitatione 3. quam vt nos explicemus non nulla de Perfectione ex Aristotele 5. libro Metaph. cap. 16. collecta, prius præfabimur, vt ita multo melius id quod in hac quæstione explicare instituimus, mente complecti possimus. Igitur Arist. varias nobis perfecti significationes in eo loco proponit, significat enim primò, illud cuius nulla particula deest, ex his quę nata est habere res, aduenie te tamen tempore à natura præfinito. Secundò significat illud quod in aliquo genere non vincitur, neque ab alio superatur; vt perfectum Medicum illum dicimus, qui ita teneat præcepta medica, vt à nullo alio in eo genere, & arte superetur. Tertiò significat quidquid consequutũ est suum finem: in fine enim

Contraria sententia, verior M. Bañes.

Tres significationes perfecti ex Arist.

M.C.D. 2018

& vltimo, rei perfectio est constituta. Ex his quædam dicuntur absolutè perfecta, quod eis boni nihil desit, quo genere solus Deus dicitur perfectus: alia vero in aliquo genere, quæ scilicet in illo genere supremam tenent bonitatem. Ex quibus aperte constare poterit, perfectionem rei in bonitate esse constitutam, & ita est communi Philosophorum consensu comprobatum, bonum, & perfectũ esse vnum, & idem: cùm igitur bonum, & finis sint idem, authore Arist. 5. Metaph. capite 2. & 2. Phy. cap. 3. finisq; & extremum vel vltimum sint quoque vnum, & idem, bonum & vltimum erunt vnum, & idem; quare & perfectio alicuius rei, in vltimo quod habere potest erit constituta; vnde cùm existentia sit illud quod vltimo aduenit rei, tanquam illius terminus, in existentia perfectio rei, proculdubio erit constituta, & ita erit illa nobilior, longeq; perfectior quã essentia.

Aristot

Assertio.

Sit igitur in explicationem quæstio. hæc assertio. Existentia nobilior est quàm essentia. Hanc assertionem variys rationibus possumus confirmare. Prima est petita ex autho ritate D. Dionysij, & D. Tho. Ille enim 5. cap. de nominibus diuinis constituit nullam maiorem perfectionem esse nobis adeò collatam, quam ipsum esse, vel existentiam, & D. Thomas id ipsum apertissimo testimonio docet 1. p. q. 4. art. 1. ad 3. cuius verba,

1. Ratio D. Diouysij.

D. Thom.

quia

quia pulcherrima sunt, hoc loco subijciam. *Ad tertium inquit dicendum, quod ipsum esse est perfectißimum omnium, comparatur enim ad omnia ut actus: nihil enim habet actualitatem, nisi in quantum est; unde ipsum esse est actualitas omnium rerum, & etiam ipsarum formarum: unde non cõparatur ad alia sicut recipiens ad receptum, sed magis sicut receptum ad recipiens, &c. & idem profitẽtur in 1. dist. 17. q. 1. art. 2. ad 3 de Veritate q. 22. art. 6. ad 1. & art. 11. ad 16 quæst. 7. de potẽtia art. 2. ad 9. & super Dionysium cap. 5. lect. 3.* 2. Ratio.

Secũda ratio est petita ex his verbis D. Tho. Actus est nobilior potestate; sed existentia est actus essentiæ, essentia verò est illius potestas, ergo existentia erit nobilior essentia. Propositionẽ multis verbis explicat Arist. 9. Metaph. cap. 9. quam ita confirmat. Ea quæ sunt posteriora generatione, sunt nobiliora; sed actus est posterior generatione, in in vnaquaque enim re potentia est prior generatione quàm actus, ergo actus erit nobi- 3. Ratio.
lipr potestate. Deinde ex his quæ fuerunt animaduersa, in vnaquaque re perfectio in bonitate consistit; sed existentia est melior quã essentia, ergo erit perfectior. Confirmatur assumptio. Illud est melius quod magis accedit ad rationem finis; sed existentia magis accedit ad illam; quia existentia est quid vltimum, & postremum, quemadmodum finis, est enim vltima actualitas, & absolutio rei,

M.C.D. 2018

4. Ratio. erit igitur melior. Præterea, illud quod est magis natum vt appetatur, ſt perfectius; ſed existentia est magis nata appeti quàm essentia, erit ergo perfectior. Confirmatur assumptio, Si fieri posset vt à Socrate, verbi gratia, essentia separaretur ab existentia, vtroque remanente, magis eligeret Socrates existentiam, & esse, quàm essentiam, (vt esse animal, vel corpus) sine esse, quia animal sine existentia, à quo quæso appetetur, cùm non sit, & illud tantum possit appeti quod est? igitur

5. Ratio. existentia est magis nata appeti quàm essentia. Ad hæc si quippiam posset habere essentiam, & non existentiam, non esset perfectũ; vt si Ioãnes esset animal, & non existeret, nõ esset perfectus, ergo existentia maior perfectio est quàm essentia; cùm res quamuis ha-

6. Ratio Aristot. beant essentiam, si ea eant existentia, dicantur esse imperfectæ. Rursus cuius oppositũ est peius ipsum est melius, vt author est Aristoteles 8. Ethi. cap. & 2. Priorum cap. 22 sed non esse, vel existere est pessimum omnium, ergo esse vel existere, quod est illius

7. Ratio. oppositum, erit melius omnibus, & ita existentia erit melior essentia. Tandẽ nulla perfectio vocari, imò neq; esse potest perfectio, nisi existat, ergo existentia erit prima omniũ perfectionum. Confirmatur antecedens, Sapientia, bonitas, & iustitia, non sunt perfectiones, nisi ea ratione qua existunt in subie-

Vide D Tho 1. p 1. 5. art. 2. 14.

cto,

cto, & reddunt illud ſapiens, bonum, & iuſtum, iam ergo nulla perfectio ſine exiſtentia poteſt eſſe perfectio. Concludendum igitur erit, exiſtentiam eſſe nobiliorem, longeque præſtantiorem eſſentia; nullumque maius à Deo Opt. Max. nobis obueniſſe beneficium, quàm quod ſimus in rerum natura munere exiſtentiæ, vt præclare 8. Ethi cap: 11. conſcriptum reliquit Ariſtoteles.

Ex quo loco intelliges vim huius arg.

Cap. VI. In quo diſſoluuntur aliorum argumenta.

AEquum eſt vt poſt explicatam noſtram ſententiam, aliorum argumentis ſatisfaciamus. Ad primum reſpondemus eum Caie. 1. p. q. 4. art. .ad 3. duobus modis poſſe aliquid vocari commune, per modum actus, & per modum potentiæ: communitas per modum actus ſita eſt in eo quod eſt recipi, communitas verò per modum potentiæ in eo quod eſt recipere. Quæ igitur ſunt communiora per modum potentiæ, ſunt imperfectiora, cùm perficiãtur ab his quę recipiunt; quæ verò ſunt communiora per modum actus, ſunt omnium perfectiſsima, cùm perficiant ſubiecta quibus inſunt; & hac poſteriori ratione exiſtentia eſt communiſsima cùm ſit actus rerum omnium, quare non erit

Ad 1. argu. Caiet.

imperfectiſsima. Præterea dicimus duplicẽ eſſe limitationem, vnam ex parte actus, vel formæ, & alteram ex parte materiæ, vel poteſtatis; & duplicẽ quoque eſſe illimitationem, vnam formæ, vel actus, & alteram materiæ, vel poteſtatis. Limitatio ex parte materiæ indicat perfectionem; altera verò ex parte formæ imperfectionẽ, & ita cùm contrarijs ſint contrariæ rationes aſsignandæ, illimitatio ex parte materiæ, indicabit imperfectionem; quæ verò eſt ex parte formæ perfectionem maximam denotabit. Annotat hæc D. Tho. 1. p. q. 7. art. 1. Vt igitur eidem argumento ſatisfaciamus, in eo quod proponit exiſtentiam eſſe imperfectam, cùm ſit illimitata, & limitetur ab eſſentia. Dicimus illimitationem exiſtentiæ, eſſe ex parte actus, cùm ipſa exiſtentia ſit actus: vnde tantùm abeſt, vt propter hanc rationem illa vocari debeat imperfecta, quin potius appellari debet prima, & ſumma omniũ perfectionum, cùm illimitatio ex parte actus, & formæ, vt docuimus perfectionem maximã denotet; & ita videmus exiſtentiam diuinam, quæ eſt illimitata, nulliſque finibus circunſcripta, eſſe omnium perfectiſsimam: vt ex illa intelligamus illimitationem nullam detrahere exiſtentiæ perfectionem, quin potius illã in ſtatu ſummæ perfectionis conſtituere.

D. Thom.

Ad 2. Ad ſecundum reſp. verum eſſe exiſtentiã homi-

hominis, esse nobiliorem existentia equi, vel Leonis, quia recipitur in essentia hominis tamquam in subiecto, quæ est nobilior quàm essentia leonis: hæc tamen nobilitas est extrinseca proueniens illi à ratione subiecti nobilioris, quia scilicet permiscetur cum homine qui est subiectum nobilius, quemadmodũ etiam aurum illud est nobilius quod permiscetur cum nobiliori metallo, vt cum argento, quàm illud quod permiscetur cum ignobiliori, vt cum plumbo. Verùm si de perfectione eius intrinseca loquamur, quæ competit sibi ea ratione qua est actus, existẽtia non obtinet perfectionem ab essentia, sed ex se suapteq; natura illã continet, quia actus est, qua ratione neque existentia hominis est nobilior quàm existentia leonis; quia ita est illa actus ratione essentiæ leonis, in leone; quemadmodum in homine est actus ratione suæ essentiæ. vnde existentia hominis erit, & non erit excellentior existentia leonis; erit enim subiectiuè; quia recipitur in subiecto nobiliori, & fiuit à causa nobiliori, non autẽ erit in ratione propria actus, cùm ita actuet existentia leonis essentiam illius, quemadmodũ existentia hominis actuat eius naturam.

Ad tertium resp. hominem non tantùm distingui à leone, in essentia; sed etiam in existentia; nam quamuis conueniãt in existentia in communi, differunt tamen in proprijs existentijs Ad 3.

ſtentijs. Quemadmodu quamuis conueniat in eſſentia in communi, differunt tamen in proprijs attributis eſſentialibus. Imo magis diſtinguntur homo, & leo per ſuas exiſtentias, quàm per eſſentias; quia actus eſt qui res ſeparat, & diſtinguit, at exiſtentia actus eſt, eſſentia verò potentia.

Ad 4. Ad quartum quidam facilè ſatisfaciunt, negantes aſſumptionem, ad confir. verò dicunt, res non conſtitui neceſſarias per eſſentiam, ſed contingentes, quemadmodũ & per exiſtentiam; quia eſſentia neque eſt æterna, neque immutabilis, ſed oritur, & interit, nõ minus quàm exiſtentia, ad ortum, & interitum totius. Verùm quàm accommodata ſit hæc ſolutio, alio loco explicabimus. Quare reſp. erit falſam eſſe aſſumptionem. Ad confirmationem verò dicimus, neceſſarium ſumi poſſe aut vt eſt in actu, aut vt eſt ſola poteſtate, quibus etiam duobus modis ſumi poteſt contingens. Si igitur ſumamus neceſſarium, & contingens eadem ratione, aut vtrũque, in actu, aut vtrumque poteſtate, neceſſarium nobilius eſt contingenti; ſi verò ſumatur vnum eorum actu, & alterum poteſtate, vt neceſſarium poteſtate, & contiugens actu, ignobilius eſt neceſſarium contingenti, etenim inter differentias entis, actus eſt prima & ſuprema nobilitas, relinquitq; longo interuallo poſt ſe nobilitatem à neceſsitate pro-

Lib. 4. huius operis.

uenien-

uenientem, & ita cum contingens in actu habeat nobiliorem differentiã entis, quàm necessarium potestate, erit illud longè nobilius. Cum itaque ab existentia res constituãtur in actu, non autem à necessitate, quamuis demus ex hypothesi ab essentia prouenire necessitatẽ, non hinc fit ab ea promanare nobiliorem differentiam entis.

Ad quintum resp. quædam contineri in categorijs reductiuè, quia sunt imperfecta, quæ reuocari debent ad categoriam perfecti; quemadmodum partes continentur reductiuè in categoria sui totius: alia verò continenri reductiuè, quia sunt termini intrinseci absoluentes totam rei naturam, & essentiam: quæ igitur continentur reductiuè primo modo, sunt ignobiliora his quæ continẽtur per se, & directè in categorijs; quæ verò continentur secundo modo, sunt longè nobiliora, multoque præstantiora, cùm absoluãt & actuent ea quæ per se continentur; quare cùm existẽtia sit actus, & absolutio essentiæ, quamuis contineatur reductiuè, erit nobilior essentia, quæ per se est in categorijs comprehensa. Vel resp. possumus aliud esse contineri nobiliori modo in categorijs, & aliud esse aliquid nobilius altero secundũ se, hæc enim inter se longè distant; quemadmodum hic leo nobiliori modo continetur in categorijs, quàm anima particeps rationis; cùm sit in re & a se- Ad 5.

cta serie categoriæ, & substantia prima; anima verò, neque per se sit in recta serie, neque sit substantia prima; cùm non sit natura integra, & completa in sua specie: at anima particeps rationis est nobilior multò secundùm se, & iuxta propriam naturam, ipso leone.

Qua ratione essentia possit subijci notioni generis & speciei, non autē existentia accuratè explicat Petrus Niger 1.p. Clipei Thomista. q.33.

Quamuis ergo essentia nobiliori modo contineatur in categorijs quàm existentia, cùm possit subijci notioni generis, aut speciei (in concreto tamen significata) quibus non potest subijci existentia; erit tamen existentia, (cùm sit actus essentiæ) secundùm se nobilior ipsa essentia.

Proponuntur duo scrupuli.

1. Scrup. Solutio. Petri Bergomensis.

Ita argumētis propositis arbitramur esse satisfactum. Verùm antequam hinc abeamus, eruut duo scrupuli dirimendi. Primus est, Viuens est nobilius ente, vel non viuente, vt leo est nobilior lapide, ergo vita erit nobilior esse, vel existentia; consequentia est perspicua ex loco à coniugatis; iam ergo existentia non erit maxima omnium perfectionū, cùm vita sit ea perfectior. Resp. Petrus Bergomensis in Concordantijs locorum D. Tho. quæ cum tabula illius circumferūtur, dubitatione 559. esse, & vitam sumi posse bifariam; primò per se, & seorsum, vt vnum potest ab altero ratione separari; secundò, vt vita includit esse; si hoc posteriori modo sumantur, nobilior est vita, quia includit esse, & addit illi propriam nobilitatem; si verò

ucn priori

priori modo vsurpentur, esse nobilius est vita, & quauis alia perfectione; cum neque vita, neque vlla alia perfectio, sine existentia vocari queãt perfectiones: & eodẽ modo viuẽs vt includit ens, nobilius est ente; vt autẽ ratione præscindit, vel separatur ab eo, non erit nobilius, quia viuẽs quod non fuerit ens neque esse neque vocari potest perfectum, lege D. Thomam 1. p. q. 4. art. 2. ad 3. adhibitis acutissimis commentarijs Caiet. D. Thom. Caiet.

Secundus est, Quæ prædicantur secundũ essentiam nobiliora sunt his quæ prædicantur secundum accidens; sed essentia prædicatur de rebus secundùm essentiam, existentia verò secundũ accidens, vt docuimus cap. 2. ergo essentia erit nobilior existẽtia. Resp. aliud esse aliquod attributũ prædicari nobiliori modo de subiecto, & aliud conferre illi nobiliorem entitatem; hæc enim inter se maxime differunt. Igitur quamuis essentia nobiliori modo prædicetur, non tamen confert entitatem nobiliorem, cum conferat entitatem potestate, existentia verò entitatem in actu, quæ est longè nobilior, quàm entitas secundum potestatem. 2. Scrup. Solutio

Cap VII. Num essentia & existentia distinguantur reipsa

DV-

M.C.D. 2018

DVbia semper, multumque controuersa existit tam apud veteres, quàm apud posteriores Philosophos, hæc quæstio de distinctione essentiæ, & existentiæ; nũ scilicet hæc duo inter se ratione sola, an potius reipsa distinguantur, Sunt siquidem in ea explicanda, variæ sententiæ, & opiniones. Prima est quorundam existimantium essentiam, & existentiam sola ratione, vel conceptibus, inter se distingui, habentibus tamen in rebus fundamentum. Quam sententiam vt explicent, annotant essentiam, & existentiam habere se eo modo, quo se habent currere & cursus, quæ significant vnam & eandem numero formam, diuersa ratione significatam, nam cursus significat absolutè formam currendi, currere autem absolutè non significat illam, sed vt ab aliquo progreditur, vel possidetur: eadem ratione essentia, & existentia eandem formam essendi significãt, diuersa tamen ratione, quia essentia significat illam absolutè, existentia verò vt ab aliquo possidetur, existere enim nihil aliud est, quàm habere essentiam. Hanc sententiã docuerunt Herueus quod lib. 7. q. 9. Aureolus apud Capreol. in 1. dist. 8. q. 1. Durandus in eodem 1 dist. 8. p. 1. illius distinctionis, q. 2. quamuis deinde in 3. dist. 6. q. 2. videatur in hac re dubius, ait enim essentiam, & existen-

1. Opinio.
Herueus.
Aureolus.
Capreol.
Durãdus.

uer tiam

tiam, aut non distingui re ipsa, aut si distinguuntur, existentiam consequi essentiam immediatius quacunque alia proprietate. Gabriel in 3 dist.6.q.2.& tota famila Nominalium huic sententiæ tamquam probabiliori adhærent. Gabriel.

Secunda est Henrici Gandauensis in suis Quodli.quod.8.q.3.quod.9.& 10.q.3.docẽtis hęc duo tantũ inter se distingui respectibus & habitudinibus ad Deũ Opt.Max.cũ enim Deus sit, & exemplar rerum omnium, & earũdem causa efficiens per creationem, si creaturæ referantur ad Deum, vt ad causam exemplarem obtinent essentiam; si verò referantur ad illum vt ad causam efficiẽtem obtinent existentiam; quia quod representatur per exemplaria diuina essentia est, quod verò confertur à Deo vt a causa efficiente, est existentia. 2 Opinio. Henri.

Tertia opinio est aliorum qui arbitrãtur existentiam distingui ab essentia ea ratione qua aliquid differt à suo modo, quemadmodum albedo differt à suis gradibus qui sunt illius modi, quia essentia est ipsa res, existentia verò est modus illius, hanc distinctionem Scotistæ vocant ex natura rei, alij verò formalem, vel realem formalem: vnde ex eorũ opinione existẽtia non differt re ab essentia, sed vel formaliter, vel ex natura rei. Amplectuntur hanc opinionem Sco. in 3. dist.6.q.1. 3. Opinio.

S Alexan-

Alexander Alensis 7. Metaph. tex. 22. (quamuis hæc commentaria in Metaph. falsò nomine illius circumferantur, cum sint Alexandri de Alẽxandria, alterius minoritæ, & non huius Alẽsis, vt quidam ante nos non leuibus coniecturis deprehenderunt, quemadmodum neque commentaria in Metaph. sunt Sco. quæ nomine eius leguntur, sed Antonij Andreæ) Antonius Trombeta 5. Metaph. q. 6. Petrus Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 4. Benedictus Pererius lib. 6. suæ Philosoph. cap. 14. & M. Sotus 2. Phy. q. 2. & 4. Sent. dist. 10. q. 2. in qua etiã celeberrimos huius nostræ ætatis Thomistas extirisse ferunt.

Aquarius. 12. Meta. q. vltima, & in præfatione illius operis.

Ita de M. Victoria & de M. Cano referi Cumel. 1. p. q. 3 art. 4.

Quarta opinio est D. Thomæ 2. contra Gentes cap. 52. cap. 5. de ente & essentia, & in alijs locis innumeris suæ doctrinæ. Aegidii in 1. dist. 2. q. 4. art. 1. in lib. de ente & essentia q. 5. & quodlib. 1. q. 7. Capreoli, & Decę in 1. dist. 8. q. 1. Caie. cap. 5. de ente q. 11. Soncinatis 4. Metaph. q. 12. Flandren. q. 3. art. 4. Aquarij q. 4. Iauelli in tractatu transcendent. cap. 4. M Bañes, & M. Cumel. 1. p. q. 3. art. 4. & multorum aliorum, qui profitentur essentiam & existentiam inter se esse reipsa distincta, in omnibus rebus creatis.

D. Thom. Aegidi. Capreo. Deca. Caiet. Soncí. Fland. Aquar. Iauel. Petrus Ni Ferrar. M. Bañes. M Cumel

Confirm. priores opiniones

Ex his opinionibus tres illæ priores in eo conueniunt, vt existentiam non distinguire

ipsa

uci

ipſa ab eſſentia profiteantur, & ita erũt illę eiſdem argumentis aduerſus opinionem D. Thomæ confirmandæ; ſit igitur primum. Ab ente vt ens eſt nihil poteſt eſſe diſtinctũ ſecundum rem; ſolum enim quod non eſt, & nihil poſſunt ab eo diſtingui, ſed exiſtentia competit enti vt ens eſt; nam ens illud ſignificat quod habet exiſtentiam, ergo ab exiſtẽtia nihil poterit ſecundum rem eſſe diſtinctum, & ita non differet ſecundum rem ab eſſentia. Secundum nulla res poteſt diſtingui ſecundùm rem à naturis tranſcendentibus; cùm ſint tranſcendentia inclusa in conceptu vltimo, & eſſentiali rerum omnium; ſed eſſe, vel exiſtentia ſunt tranſcendentia; cùm de omnibus efferantur, & per omnes categorias diuagentur, ergo non diſtinguetur ſecundùm rem eſſentia ab exiſtentia. Confir. argumentum. Vnum, verum, & boquæ ſunt tranſcendentia, non diſtinguuntur ſecundùm rem, neque ab eſſentia, neque ab alijs rebus, cùm non denotent aliquem gradum ab eis diſtinctum, & ita ens, homo, & vnus homo, ſunt vnum & idem vt author eſt Ariſt. 4. Metaph. cap. 2. ergo & exiſtentia cùm ſit tranſcendẽs, non differet ab eſſẽtia, neque ab alijs rebus. Tertium. Si exiſtentia non eſſet idem ſecundùm rem cum eſſentia, non eſſet de eſſentia rerum, quare eſſet accidens; atqui hoc eſt falſum; quia accidẽs non

1. Argum.

2. Argum.

3 Argum.

poteſt aduenire ſubiecto, niſi iam exiſtenti & abſoluto in ſuo eſſe; ſine exiſtentia verò, neque aliquid exiſtit, neq; vocari poteſt abſolutum in ſuo eſſe, ergo exiſtentia non differt ſecundum rem ab eſſentia. Quartum. Si exiſtentia re ipſa differt ab eſſentia, vel illa eſſet ſubſtantia, vel accidens; ſed neutrum dici poteſt, ergo non differt reipſa ab ea. Propoſitio eſt aperta. Confirmatur aſſumptio. Inprimis exiſtentia non eſt accidens; quia ita ex ea & eſſentia non fieret vnũ per ſe, cùm ex ſubiecto & accidente nonfiat vnum per ſe. Deinde neque eſt ſubſtantia, cùm non ſit prima, neque ſecunda, non ſecunda; quia neque eſt genus, neque ſpecies, neque prima, cùm neque ſit materia, cùm non ſit pura potentia, neque forma, cùm non ſit pars eſſentialis rei, neque totum compoſitum, cùm non ſit id quod eſt, ſed id quo medio aliquid eſt; in quas tres partes eſt diuiſa ſubſtantia prima ab Ariſtotele .7. Metaphyſicorum capite tertio, & ſecundo de Anima cap. 1. ergo exiſtentia neque erit ſubſtantia, neque accidens. Quintum argumentum. Quæ generantur eadem generatione, & intereunt eadem corruptione, ſunt vnum & idem; ex eo enim Ariſt. confirmat 4. lib. Metaph. cap. 2. ens & vnum, eſſe idem; quia eadem generatione oriuntur, & eadem corruptione intereunt; ſed eſſentia, & exiſtentia

4. Argum.

5. Argum.

uc ſunt

sunt huiusmodi, nam homo, essentia, & existentia illius, simul oriuntur, & intereunt, ergo erunt vnum & idem. Sextum. Si hæc duo re ipsa differunt, in ortu constituendi erunt duo termini, atqui hoc aduersatur veræ Philosophiæ, iuxta quam vnius generationis vnus est terminus, habent enim generationes, & motus, vnitatem à terminis in quos feruntur, ergo, &c. Confirmatur propositio. Inprimis terminus generationis est forma; vnde Arist. passim vocat illam terminus ortus. Deinde existentia est etiam terminus; quia generatio diffinitur mutatio de non esse ad esse 1. de non existentia, ad existentiam, ergo si essentia, vel forma reipsa distingueretur ab existentia, eiusdem generationis essent duo termini. Septimum si existentia re ipsa distingueretur ab essentia, ex illis duobus res omnes componerẽtur; atqui hoc est falsum, igitur. Propositio est perspicua, confir. assump. Si ex essentia, & existentia componerẽtur res ipsę, vnum eorum obtineret locum actus, vt existentia, & alterũ locũ potentiæ vt essentia, atqui hoc dici nullo modo potest. Primò quia existentia non potest obtinere locum actus, nam cùm actus vel sit primus, vel secundus, ex Arist. 2. de Anima cap. 1. illaque neque possit esse actus primus, quia non est forma, neque secundus, quia non est operatio, nullo modo erit

6. Argum.

7. Argum.

M.C.D. 2018

actus. Deinde neque essentia potest esse potentia, etenim cùm sit duplex potẽtia à Philosophis constituta, vna essentialis, & altera accidentaria, neutraque possit essentiæ conuenire, essentia non erit potentia: atque vt ab essentiali exordiamur, essentia non est potentia, cùm sit illa ens integrum, & completum, hæc autem potentia est ens incompletum, vt est potentia essentialis materiæ primæ ad formam, neque est accidentaria, cùm existentia non sit verum accidens, vt multis argumentis docuimus 2. cap. huius lib. ergo neque existentia locum actus, neque essentia

8. Argum. locum potentiæ, poterunt obtinere. Octauum, Nulla res differt reipsa ab eo quo formaliter est extra nihil, sed essentia ratione existẽtiæ est formaliter extra nihil, est enim existentia actus quo primò res quælibet est

9. Argum. extra nihil, ergo. Nonum. Quando aliqua sunt reipsa distincta possunt per potentiam diuinam separari, & separata conseruari; sed fieri nullo modo potest etiam per diuinam potentiam, vt essentia separata ab existentia conseruetur; quia sequeretur illam existere, & non existere: existere quidẽ, quia est in rerũ natura, non existere verò quia ab ea fuit separata existentia, & sine existẽtia nihil potest existere, ergo essentia non differt reipsa

10. Arg. ab existentia. Tandem eadem est ratio in substantijs, & accidentibus; sed in accidentibus

tibus existentia non differt ab eorum essentia, ergo neque in substãtijs differet. Confir. assump. Si in accidentibus existentia distinguceretur ab eorum essentia, vel illa esset substantia, vel accidens, non substantia vt est apertum; neque accidens; quia si illa fuerit accidens obtinebit aliquam existentiam; cùm omnia accidentia illam obtineant, aut igitur hæc secunda existentia differt ab essentia accidentis vel non, si non differt, verũ est igitur existentiam non distingui ab essentia secundùm rẽ, quod si ab ea differat cùm non sit substantia erit accidens, & ita obtinebit aliam existentiam, sicque progrediemur in infinitum, quod cùm sit absurdum, existentia non distinguetur ab essentia secundùm rem.

Cap. VIII. In quo vera sententia D. Thomæ explicatur.

IN TA tamen arbitramur esse veram opinionem D. Tho. & consonã dictis Arist. & aliorũ veterũ Philosoph. vt neq; propter hęc, neq; propter quæuis alia argumenta, ab ea recedere vllo modo possimus, atque ita vt illam explicemus. Sit prima assertio. Inter essentiam & existentiã 1. Assertio.

non intercedit sola distinctio rationis, quem admodum constituunt illi qui priorem opi-
1. Argume. nionem complectuntur. Confir. his argum.
Primum omnes Theologi, tum & Philoso-
phi vno ore profitentur, esse proprium so-
lius Dei optimi maximi, vt in eo essentia, &
existentia sola ratione, vel ex solo nostro mo
do intelligẽdi distinguãtur, iuxta illud Exo.
Exod 3. 3 *Ego sum qui sum, & qui est misit me ad uos*, in
quibus verbis aperte satis exprimitur, in solo
Deo esse, non distingui ab essentia, sed illius
essentiam esse ipsammet eius existentiam; in
creaturis igitur non solum ex diuerso modo
2. argumẽ. concipiendi distinguẽtur essentia, & exsten
tia. Secundũ, Existentia de nulla re prędica-
tur secũdùm essentiã, etenim si prædicare-
tur, exprimeretur per diffinitionẽ essentialẽ
quę explicat rei naturam & essentiam, quod
tamen cernimus esse falsum; at essentia prę-
dicatur de rebus secundùm essentiam, ergo
essentia, & existentia ex natura rei, & non so
lis conceptibus intellectus distinguentur; cũ
à parte rei aliquid competat vni, quod alte-
3. argumẽ. ri nullo modo potest conuenire. Tertium. Si
essentia & existentia essent penitus vnum,
& idem, solisq; nostris intellectibus distin-
guerentur, fieret vt quemadmodum verum
est dicere, Antechristum non existere, ita
etiam esset verum Antechristum non habe-
re essentiam; atqui hoc est falsum; quia si ille

non haberet essentiam, ergo neque esset substantia, neque homo, & ex consequenti neque Antechristus, quæ est manifesta cõtradictio, igitur non solùs conceptibus essentia & existentia distinguentur. Quartum si essentia, & existentia obtinerẽt vnam, eandẽque rationem vt illi censent, sequeretur hanc enuntiationem rosa existit, esse in primo modo dicẽdi per se, vt est hęc altera rosa est flos, vel substantia; & esse quoque perennis veritatis, quemadmodum est secuda, in qua attributũ est de essentia subiecti; atqui hæc sunt manifestè absurda, ergo essentia & existentia magis quam conceptibus nostris distinguentur. 4. Argum.

2. Assersio.

Secunda Assertio. Essentia, & existentia nõ distinguũtur per diuersas habitudines ad Deum, vt ad primum exemplar, & vt ad causam supremam efficientem. Confir. aduersus Henricum. Primo, Nulla relatio secundum esse, est de sẽtia rei absolutę, alioquin enim idem esset relatum, & absolutum, sed essentia est de essentia multarum rerum absolutarum, vt omnium substantiarum, quantitatũ, & qualitatum, ergo non erit essentia habitudo quædam ad Deum, vt ad causam exẽplarẽ. Secundo, Illud sine quo res potest apprehendi non est de eius essentia, sed possumus apprehẽdere essentiam hominis verbi gratia sine hac habitudine ad Deũ, etenim apprehendimus hominem secundùm essentiã esse

1. Argum.

2. Argum.

anim al particeps rationis in qua apprehen-
sione nulla habitudo essentiæ hominis ad
3. Argum. Deũ resplendet, ergo hæc habitudo nõ erit
ipsa essentia. Præterea habitudo existẽtię ad
Deũ, vt ad causam efficientẽ, vel est rei, vel
rationis; at neutrũ dici potest, igitur exisien
tia non significabit habitudinem ad Deu vt
ad causam efficientem. Propositio est perspi
cua; quia omnis relatio aut est rei, aut ratio-
nis. Confir. assumptio. Inprimus hæc ha-
bitudo non est rationis; tum quia habet esse
citra omnem operationem intellectus. Tum
præterea, quia relatio rationis non potest cõ
stituere esse realis existentiæ. Deinde neque
potest esse relatio rei; quia hoc esse existen-
tiæ est fundamẽtum huius habitudinis crea
turæ ad creatorem, nulli enim alteri rei quã
existentiæ tanquam fundamento potest in-
niti; at fundamentum si non re, ratione tamẽ
formali differt à relatione, iam igitur ratio
formalis existentiæ non erit habitudo ad De
um vt ad causam efficientem.

3. assertio. Tertia Assertio. Essentia, & existentia in
omnibus rebus creatis reipsa distinguntur.
hanc assertionẽ cũ. D. Tho. aduersus autho-
res tertiæ opinionis, & aduersus quoscun-
que alios contrariũ opinantes, constituimus.
Atque imprimis si veterum authoritas ad
quippiam suadendum est alicuius ponderis,
profectò hæc nostra constituta assertio ve-

rissima erit cùm sit fere ab omnibus vno ore, & pari consensu comprobata, neque aliquis poterit, nisi is qui ipsos vel numquã, vel leuiter legerit, vlla ratione illam diffiteri. Vt igitur ab Arristo. initium ducamus, illum in hac sentẽtia extitisse, constare poterit ex his locis. Primus est 2. lib. de Demostratione cap. 7. vbi ita habet. *Homo & esse hominẽ aliud est*, & subiungit. *Esse uero nulli est substantia:* 1. essentia, ex quo loco ita argumentor, si esse vel existentia, nulli est essentia, neque in homine, neque in alijs rebus, ergo essentia alia res erit quàm existentia, &. 3. lib. de Anima cap. 4. hac ratione loquitur. *Aliud est magnitudo, aliud magnitudinis essẽtia, & aliud aqua, aliud aquæ natura.* Inquo loco nomine aquæ, vel magnitudinis intelligit id quod est, vel existit, vel ipsam existentiã: nomine vero naturæ, essentiã, & formã, vt interpretatur Themistius 3. de anima cap. 19. Si igitur aliud est existentia, et aliud essentia aquæ, vel magnitudinis; essentia, & existentia reipsa distinguũtur 2. etiã lib. de Demost. cap. 1. tanquã diuersas, & multum inter se discrepantes separat, quęstionem an est quæ declarat existẽtiam, à. q. quid est, quæ exprimit essentiã, constare igitur ex Arist. aperte peterit, essentiã, & existentiam multum intere distingui. Severinus etiam Boetius maximi nominis Philosophus, idem apertè satis profitetur in libello

1. Argum. Aristr

Seuer. Boet.

bello de Hebdomadibus, eius verba sunt. Di
uersum est esse, & id quod est ipsum enim esse non
dum est. At uero id quod est accepta essendi forma
est, atque consistit in se. Qui locus si absque vl
animi perturbatione cõspiciatur, perspicue
nostram opinionem confirmat: & ita quidã
Ita Aureo. apud Cap. in. 1. dist. 8. q. 1. cõcl. 1. ratione. 7 ad finem. perpendentes quàm apertum pro nobis sit
hoc testimonium respondent, non esse in hac
re acquiescendũ testimonio Boetij, eo quod
ipse in hac nostra olim extiterit opinione.
Auicen. Præterea D. Hilarius. 6. lib. de Trinitate in-
quit in solo Deo existentiã non esse accidens
in creaturis autem omnibus esse accidens,
quod etiã alij Philosophi docuerũt, vt Aui-
D. Albert. mag. cena. 5. Metaph. cap. 1. & 1. Phy. cap. vlt. &
D. Albert. magnus in Postcategorijs cap. 9.
cũ igitur accidens sit reipsa distinctum à sub
iecto, existentia reipsa distinguetur ab essen
tia. Præter has authoritates confir. assertio-
1. argumẽ. nem his arg. Primum est. Illa non sunt cadẽ
secundùm rem, ex quibus vnum intelligere
possumus sub opposito alterius; sed possu-
mus intelligere essentiam sub opposito exi-
stentiæ ergo essentia, & existentia non erunt
idem secundũ rem. Propo. est aperta, confir.
assump. possumus intelligere essentiam non
existere, neque actu neque potestate, vt intel
ligimus essentiã rosæ præteritæ, quæ neque
est actu, neque potestate cùm non possit illa
iterum existere per naturam; sed non existen

ac tia

cia opponitur existentię, ergo possumus intelligere essentiam sub opposito existentiæ.

Secundum Illud quod competit alicui secũ dum essentiam reipsa differt ab eo quod illi competit secundùm accidens,& per participationem, quia primum semper illi competit,alterum vero aliquando potest illi conuenire, & aliquando non conuenire;quemadmodum semper competit aquæ esse humidã,corpus grauè,& alia huiusmodi, quæ iuxta naturam illi conueniunt;esse tamen calidam,cùm illi conueniat per accidens, & per participacionem ignis,non semper illi cõuenit; sed essentia competit rebus secundùm essentiam, existentia vero quasi per accidens,& per participationem diuinæ naturę, inqua secundũ essentiam reperitur,ergo essentia, & existentia reipsa distinguentur. 2. argumẽ

Confir. Arg.quod competit rei per causam efficientem reipsa differt ab eo quod illi cõpetit sine causa efficiente;sed existentia cõpetit rebus media causa efficiente, essentia vero sine illa,ergo reipsa distinguẽtur.cõfir. assumptio.inprimis exploratum est existentiam conuenire rebus media causa efficiẽte, aut generante, aut creante, cum sit illa terminus generationis, vel creationis. Deinde essentiam conuenire sine media causa efficiẽte ita suadeo.Si illa rei cõueniret media causa efficiẽte data hypothesi vt causa efficiens non

3. Argum. non agat vt reuera potest non agere, essentia non conueniret rei; vnde fieret vt diffinitio quæ explicat rei essentiã posset separari à re diffinita; & vt enũtiationes quę fiũt in primodo dicendi per se, non essent veritatis perpetuæ, neq; necessariæ absolutè, & minus accommodatę ad demõstrationes conficiẽdas, quæ ex solis enuntiationibus perpetuis, & necessarijs coalescũt; quæ cum sint apertissimè absurda, & pugnãtia ex diametro cum his quæ docet. Arist. 1. lib. de Demonstra-

3. Argum. tione cap. 4. 6. & 7. essentia non conueniet rebus media causa efficiente. Tertium Si existentia esset eadẽ res cum essentia, illa esset actus per se subsistẽs, quemadmodũ essentia verbi gratia angeli, vel hominis per se subsistit; atqui hoc dici nullo modo potest ergo existẽtia non erit eadem res cũ essentia. Confir. pro. Actus non contractus, & illimitatus est per se subsistens; sed si existetia esset idẽ quod essẽtia esset actus non contractus, & illimitatus; quia omne quod contrahitur, vel contrahitur à subiecto, vt color contrahitur à corpore, vel à differentijs, vt idẽ color contrahitur à congregatione & disgregatione visus; existentiã autẽ certũ est non contrahi à differẽtijs, cum nullas illa habeat, quemadmodũ neq; ens. Deinde neque contrahitur à subiecto, si est idẽ cum essentia, quæ est illius subiectum; etenim idem non potest esse con

trahens, & contractum quod fieret si existen tia esset idẽ cũ essentia, ergo existẽtia si esset idem cũ essentia, esset actus perse subsistens. Prę terea confir. assump. Actus perse subsi- stens est infinitus, complectiturque totam ra tionem essendi, quamobrem tantum est vnus qui est Deus Opti. Max. at existentia creata, neque est infinita, neque complectitur totam rationem essendi, ergo non poterit esse actus per se subsistẽs. Quartum. In omni composi tione rei, extrema cõpositionis reipsa distin- guũtur; sed compositio ex esse, & essentia est compositio rei, conueniens illicitra omnem functionem intellectus, ergo illius extrema reipsa distinguentur. confir. propositio; pri- mo inductione quadã adhibita. In compositione rei accidẽtaria, certũ est extrema reip sa distingui. Deinde in cõpositione essentiali suppositi, & naturæ, materię, & formę, extre ma quoq; reipsa distinguũtur; quia suppositũ in rebus creatis reipsa differt à natura, & materia, à forma, ergo cũ non sit maior ratio cõpositionis ex essẽtia, & existẽtia, quã harũ duarum compositionũ, extrema in illa reip- sa different. Deinde vna & eadem res non po- test cum seipsa efficere vllã compositionem rei, quamuis per intellectum hoc fieri pos- sit, alioquin enim idẽ esset à parte rei actus, & potentia, contrahẽs, & contrahibile, respe ctu eiusdẽ, quæ omnia sunt manifesta absur

4. Argum.

da,

da, ergo cum essentia, & existentia efficiant compositionem rei, non erunt vnum, & idē secūdùm rem. Adhec ex eo genus, & differētia non efficiūt compositionē aliquā rei, sed per intellectū: (est enim hæc compositio conceptuum obiectorum, vt repræsentātur per conceptus formales intellectus, vt plerique Metaphy. constituunt) quia sunt vna & eadem res, eadē scilicet natura specifica, quæ iuxta attributa sibi & alijs speciebus communia, est fundamentum notionis generis, iuxta attributa verò propria, est fundamentum notionis differentiæ; ergo si existentia, & essentia sunt eadem res, non efficient compositionē aliquam rei, sed per intellectū; quod cùm sit falsum, sequitur essentiam & existentiam reipsa distingui.

5. Argum. Quintum. Omne subiectum quod natum est successione quadam recipere duo extrema opposita, secundùm rem distinguitur ab vtroque extremo; quemadmodum materia prima quæ nata est recipere successione quadam formam, & priuationem; reipsa differt à forma, & à priuatione; sed essētia nata est successione quadam recipere existētiam, & non existentiam, vt essentia rosæ in hyeme non recipit existentiam, in vere autem recipit illam, ergo essentia reipsa differet ab existētia, & non existentia. Quod si quis dicat cū aduersarijs falsam esse propositionē

ac quia,

quia existentia est in potentia ad existentiã, & non existentiam, cùm aliquando sit, & aliquando non sit; quemadmodum in codẽ exẽplo existentia rosæ est in vere, & non est in hyeme; cùm tamẽ illa non differat ab altero extremo, scilicet ab existentia; quia existentia non differt ab existentia. Hanc solutionẽ tamquã falsam ita reijcimus. Primò, quia vnum contrarium non est in potentia vt sit alterius subiectum, & vt illud in se recipiat; quare cùm existentia & non existentia opponatur contradictorie, non poterit existentia esse subiectum non existẽtiæ. Deinde neque ipsa existentia poterit esse in potẽtia ad existentiam, cùm nihil possit esse in potẽtia ad seipsum. Quod si aliquando sit existentia, & aliquando non sit, potest tamen esse, hoc non fit per propriam potentiam, sed per potentiã producentis, aut creantis rem existentẽ, quare nulla erit illorum solutio. Denique quãdo duo extrema sunt ita inter se affecta, vt vno pereunte alterũ remaneat, reipsa distinguntur, hæc propositio ab Scotistis & ab alijs passim proponitur, illam tradit Sco. 7. Metaphy. quæst. 1. in quo loco probat ex eo inherentiam secundùm actum reipsa distinguni ab accidente, quia pereunte inhærẽtia, remanet accidens in Sacramento altaris. Sed pereunte existentia remanet essentia, vt in sacrosancto Dominicę incarnationis myste- vlt. Argu.

rio, percunte existentia humanitatis Christi Domini, remanet essentia humanitatis; ergo essentia & existentia reipsa distinguetur. Sat scio Sco. Durand. & alios respõ

Solutio. suros humanitatem Christi Domini habere existentiam humanam, quemadmodum & essentiam, & ita falsum esse essentiam sepa-

Confut. ratam esse ab existentia. Cęterum hęc solutio, vt modestè loquar, falsa est, (multi enim illam tamquam minus tutam condemnant) Primò, quia in mysterio incarnationis, quæ attinent ad naturam multiplicantur, vt volũtates, scientiæ, & operationes: & ita dicimus esse duas voluntates, diuinam, & humanam; duas scientias, vnam creatam, & alteram increatam; & duas operationes, vnam humanam, & alteram diuinam; at quæ sunt personæ, & suppositi, non multiplicantur, cùm sit vnicum tantùm suppositum in duabus naturis; sed existentia est suppositi tamquam subiecti inquo recipitur; solius enim suppositi est primo, & per se existere, ergo in Christo Domino tãtùm erit vnica existentia diuina. Deinde existentia humana non est actus suppositi diuini, sed in Christo tantùm est suppositum diuinum, ergo in eo non erit existentia humana. Tandem in sexta synodo Generali quę est Constantinopolitana. 2. actio. 11. in epistola Sophronij Hierosolymitani, à sancta Synodo approbata Sanccitum est his verbis

bis, carnem, & animam Christi Domini, ex quibus conflatur humanitas, existere non humana, sed Diuina existentia. *Simul quippe caro, simul Dei uerbi caro, simul caro animata rationalis, simul Dei uerbi caro animata rationalis. In illo itaque, & non in semetipsa, habuit existentiam unã.* Si igitur caro animata anima rationali, quæ est ipsa humanitas in se nullam habet existentiã, sed existit per eandem existentiã verbi diuini, vt sacrum concilium diffinit, quis quęso erit ita audax vt aduersus hoc decretum affirmet deinde humanitatẽ Christi existere per existẽtiam humanã? Constat igitur essentiam humanam separatam fuisse ab existentia humana. Verùm hæc Theologis pertractanda omittimus apud D. Thom. 3. p. q. 17. colligi igitur exhis apertissime poterit, existentiam, & essentiam esse reipsa distincta.

Verba concilij Constanti nopolitani.

Cap. VIIII. In quo aliorum argumenta dissoluuntur.

CONfirmata igitur verissima. D. Thomæ opinione, & vt arbitramur satis efficaciter, consequens est vt aduersarioru arg. satisfatiamus. Ad 1. dicimus ab esse vt significat essentiam, nihil posse esse

Ad 1. reg.

reipsa distinctũ; ab ente tamen vt significat existentiã, aliquid posse esse reipsa distinctũ; quia ens vt significat essẽtiam dicitur de omnibus, in quid, & est inclusum in cõceptu quã tumuis proprio, & vltimato rerum omnium; illud verò quod significat existentiam, prędicatur quasi per accidens, & non est inclusum in conceptu earum; quare cum existentia nõ competat enti vt significar essentiam, ab ente vt significat existentiam, optimè poterit aliquid esse reipsa distinctum. Ad. 2. Resp. ex Capreol. in 1. dist. 8. q. 1. ad 10. Arg. existẽ tiam nonesse transcendens, sed essentiam, & ita ens quod significat existentiam non erit transcendens, sed illud quod significat essentiam, etenim quamuis existentia de rebus omnibus dicatur, quia tamen non dicitur necessario, & secundum essentiam, neque includitur in conceptu vltimo rerum omniũ, non erit transcendens; quia ad rationẽ transcendentis debet attributum cui hoc nomen accommodatur, predicari necessario, & secũdum essentiam de suis inferioribus, & includi in conceptu vltimo, & proprio eorũ. Confirmationi verò satisfacimus, vnũ, verum, & bonum, non distingui secundũ rem ab aliqua natura, quia consequũtur ens vt significat essentiam, & sunt vera transcendẽtia, prędicantur enim necessario, & secundum essentiam de rebus; quod existentiæ nullo modo

Ad. 2.

Capreo.

potest

potest conuenire. Ad 3. Resp. existentiã non esse accidens categoriæ, vel vt vocant predicamentale, quod sit diuisum contra substãtiã; & alicui subiecto inhæreat; esse tamẽ accidens, vt accidens significat illud quod non est de essentia rei, in qua significatione differentias possumus vocare accidentia generum, quia non sunt de essentia eorum: (loquimur de differentijs diuidentibus, non de constituentibus). Vnde quamuis accidens in prima significatione non adueniat nisi subiecto existenti in actu, & in suo esse absoluto; accidens tamen in secũda significatione, non aduenit enti in actu, imo potius constituit subiectum in actu, & absoluit illud. Reuocãda sunt ad memoriam ea quæ docuimus in cap. 2. huius lib. Ad hanc solutionem faciliùs intelligendam. Ad 4.

Quarto arg. iam satisfecimus, cap. 3. huius lib. in solutione primæ obiectionis, consule illam solutionem. Ad 5. respon. veram esse propositionem, si ea quæ generãtur simul, eodem modo generentur; at essentia, & existentia non eodem modo generantur; quia essentia in concreto significata, oritur tamquam terminus qui oritur, existentia verò oritur tanquã terminus quo medio fit ortus, homo verò, & vnus homo sunt vnum, & idem; quia vtrumque oritur eodem modo, scilicet tanquã terminus qui. Ad 5.

Insurget tamen aliquis, Si hęc vera sunt, ergo sal-

go saltim existẽtia non differet à forma, quia vtrumque generatur simul, & eodem modo, nimirum tanquam terminus quo, est enim forma terminus quo, quemadmodum existentia. Respondemus negantes consequentiam; quia quamuis vtrumque sit terminus quo, diuersa tamen ratione terminat ortum, nam forma est terminus tanquam principium à quo fluunt essentia, & existentia in re genita, existentia verò est terminus tanquam formaliter absoluens, & vltimatè complens naturam illius. Ad sextũ dicimus concedẽdos esse in generatione duos terminos, formam scilicet, & existentiam, formam tanquam principium existentiæ; & existentiam tãquam vltimum actum rei genitæ, qui duo termini sunt inter se ordinati essentialiter, ita vt vnus eorum sit propter alterum, forma enim refertur ad existentiam, tanquam ad vltimum finem, & scopum generationis.

Ad 6.

Ad 7. Ad septimum resp. ex essentia, & existentia componi res omnes creatas, compositione Metaphysica, & in hac compositione essentiam obtinere rationem potentiæ, existentiã verò actus, vt præclare explicat D. Tho. 2. contra Gent. cap. 53. Ad confutationem verò dicimus ad primam, existẽtiam esse actũ primum, & formam etiam, diuersa tamen ratione, & in diuerso genere compositionis; quia in compositione Physica, forma est

D. Thom. Ad confut. 1.

actus

ctus primus; cũ enim fiat ex materia & forma in illa materia obtinet locum potentiæ primæ, forma verò actus primi. Deinde nuncupatur actus primus, ratione operationis quæ est actus secundus: in qualibet enim re priùs est habere formam, & deinde habere operationẽ aliquam ab eius natura promanantem, vt in homine priùs est habere scientiam, & deinde contemplationem iuxta illam; cùm ergo forma sit prior quàm operatio, vocabitur illa actus primus, operatio verò actus secundus. Cæterum in compositione Metaphysi. existentia dicitur actus primus, & essentia potentia prima; quia ex his duobus res omnes creatæ, tanquam ex primo actu, & prima potestate coalescunt. Et quia compositio Metaphysica fit ex partibus simpliciter, & absolutè prioribus, quæ suo ambitu omnia complectũtur; propterea esse actum primum, simpliciter, & absolutè conueniet existentiæ, formæ verò si cum ea conferatur nullo modo conueniet. Ad secũdum resp. verum esse in compositione Physica potentiam simpliciter, non esse naturam integram, & completam; est enim illa materia prima, quæ quia est principium intrinsecum rei naturalis, non poterit esse integra natura: at in compositione Metaphysica, potentia simpliciter est natura integra; quia non est pars, vel principium rei, sed est tota

Qua ratione existentia sit actus 1.

Ad 2. confutat. qua ratione sit essentia potentia simpliciter.

substantia illius, est enim essentia quæ est pars tertia simpliciter in compositione Metaphysica, tota rei substantia, atque natura. Ad octauum resp. falsam esse assumptionem; quia essentia seipsa formaliter ponitur extra nihil, & non ratione existentiæ. Quod vt facilius intelligamus, annotandum est, nihil posse sumi duobus modis, quemadmodum & ens cui opponitur, sumitur etiam duobus modis; sumitur enim vt opponitur enti vt significat essentiam, & vt opponitur enti ea ratione quadenotat existentiam. Si primo modo sumatur essentia, seipsa formaliter ponitur extra nihil; si verò altero modo vsurpetur ponitur extra nihil ratione existentiæ, non tamen formaliter, sed denominatiuè, & extrinsecè, quia est subiectum illius. Quod si dicas existentiam diffiniri actum primum, ratione cuius quælibet res ponitur extra nihil. Resp. hanc diffinitionem reiectam esse à nobis tanquam minus accommodatam, cap. 1. huius secundi lib. ratio autem existentiæ est esse primum actum, ratione cuius res quælibet est primo extra suas causas producentes. Ad nonum resp. falsam esse propositionem, quia materia prima, & forma reipsa differunt, tamen materia non potest etiam per diuinam potentiam separari à forma. Tum etiam iuxta probabilem Caiet. Capreol. & Ferrar. opinionem, relatio reipsa differt à suo

Ad 8. Vide Capreol in 1. dist. 8. q. 1. ad 21. arg & Soncin in Epitome illius, in eodem loco ad 1. argu. Aureo. explicates hanc solutionem.

Ad 9.

suo fundamento, à quo tamen nullo modo potest separari; & ita quamuis existentia reipsa distinguatur ab essentia, non poterit tamen etiam per potentiam diuinam separari essentia ab existentia; quia est tanta connexio inter essentiam existentem, & existentiam, vt nulla ratione illa dissolui queat. Ad decimum resp. etiam in accidentibus essentiam, & existentiam reipsa esse distincta, vt in capite sequenti ostendemus, in quo huic argumento luculenter satisfaciemus. Ad 10.

Cap. X. An in accidentibus essentia & existentia reipsa distinguantur.

IAmuis ex his quæ in capitibus superioribus constituta fuerunt constare poterit non solũ in substantijs, verumetiã & in accidentibus essentiam, & existentiam reipsa distingui, nihilominus vt hæc nostra sententia illustrior appareat, veriorq; ab omnibus iudicetur, instituimus, & in accidentibus quoque illam explicare. Verùm vt recta methodo progrediamur, explicandum prius erit, quęnam sit essentia, & quæ existentia in accidentibus; ita enim facilius multò id quod explicandum instituimus intelligemus.

§ Assertio. 1 Sit igitur in explicationem huius rei prima assertio. Essentia accidentium est inhærentia secundùm aptitudinem in subiecto; vel vt alij dicunt, est inhærentia aptitudinalis. Hæc assertio apud eos qui rectè sentiunt nulla ratione potest esse dubia, præsertimq; apud eos qui doctrinam Arist. profitentur; cùm ipse 7. lib. Metaphy. cap. 1. doceat accidentia nullam aliam habere entitatem, nisi illam quam ab inhærentia in subiecto consequũtur, quia accidentis inquit esse, est in esse, & apertius multo cap. 4. eiusdem libri, inquirens num in accidentibus quemadmodum & in substantijs detur essentia, quæ explicetur essẽtiali diffinitione, constituit dari quidem, non tamen primo, & perse, sed secũdo loco, & per aliud, scilicet per habitudinẽ ad subiectum, & attributionem ad illud, quare inquit dicetur homonymè, ab vno, & ad vnum, de substantia, & accidentibus. Deinde in vnaquaque re illa assignari debet natura, & essentia, quæ illi competit amoto quocunque extrinseco, & non essentiali, his enim amotis sola attributa essentialia supersunt; sed amoto ab accidentibus quocunque extrinseco, & non essentiali, adhuc supereſt in eis aptitudinalis inhærentia ad subiectum, ergo hæc inhærentia erit illorũ natura, & essentia. Propositio est apertissima, confirmatur assumptio. Si ab aliquo accidente, vt à magnitudine, ver-

1. Argum. ex Arist.

2. Argum.

ne, verbigratia amoucamus omnia extrinseca, & non essentialia, vt esse candidam, vel atram; calidam, vel frigidam; asperam, vel lenem; duorum, vel trium cubitorum, & sic de alijs: rogo num conueniat magnitudini aptitudinalis inhærentia, vel non; si conueniat, erit igitur illa de essentia accidentium; si vero non conueniat, ergo magnitudo erit substãtia; quod ita confirmo. Illud quod est ens, & non est in aliquo tanquam in subiecto, neque actu, neque aptitudine, est substãtia, quia hæc est natura substantiæ, neque actu, neque aptitudine, esse in aliquo tanquã in subiecto; sed amoto quocunque extrinseco, & non essentiali, magnitudo est ens, & neque actu, neque aptitudine est in aliquo tanquam in subiecto, ergo erit substantia. Rursus in analogis attributionis analoga minus præcipua secundùm essentiam denotant habitudinem ad analogum magis præcipuum; vt in analogia sani, medicamẽta vrina, & dieta, denotant secundùm essentiã habitudinem, aut causæ, aut signi, ad sanitatem animalis, quæ huius analogiæ est analogum magis præcipuum; sed ens est analogum attributionis ad substantiam, & accidẽtia, quemadmodum sanũ, authore. Arist. 4. lib. Metaph. cap. 2. & 11. cap. 3. & 12. cap. 4. ergo cum in hac anagolia accidentia sint mẽbra minus præcipua, indicabunt illa secundum 5. Argum.

dum essentiam habitudinem secundũ inherentiam aptitudinalem ad subiectum. Hanc assertionem profitemur cum D. Thom. 3. p. q. 77. art. 1. lib. 4. sent. dist. 12. q. 1. 1. art. 1. ad 2. Caiet. cap. 7. de ente & essentia in. q. de hac re edita Ferra. 4. cont. Gent. cap. 65. Iauello, Flandrẽ. Aquario, Suessano & alios 7. Metaphy. q. 1. Aduersus Sco. Antoni. Andre. Trombetam, Soncinatem, & alios Scotistas. 7. Metaph. q. 1. contrarium opinantes.

D. Thom.
Caiet.
Ferrar.
Iauel.
Fland.
Aquar.
Suessan.
Scot.
Sonci.

2. assertio.

Secunda Assertio, Existentia accidentis non est existentia subiecti, sed reipsa differt ab illa. Vnde accidentia propriam, & peculiarem existentiam obtinebunt per quam existant in rerum natura, distinctam ab existentia subiecti. Hanc assertionem constituimus cum Sonçin. 7 lib. Metaph. q. 5. concl. 2. Flandren. in eodẽ lib. q. 1. art. 5. Scoto. in. 4. dist. 12. q. 1 quæ proculdubio est. D. Thom. 3. p. q. 17. art. 2. vbi constituit in aliqua substantia vt in Petro, verbi gratia tantum dari vnicam existentiam substantialem, dari tamen multas accidentarias, quæ conferuntur à diuersis accidẽtibus, quia alia existentia est quã confert albedo, & alia quam confert calor: iudicio ergo. D. Thom. accidentia propriam & peculiarem obtinebũt existentiam, & idẽ docet in. 1. dist. 8. q. 4. art. 2. & in 4. dist. 12. q. 1 art. 1. quęstiuncula. 3. ad. 2. Contrariam sententiam secutus olim fuit Aegidius Roma-

Sonci.
Flandr.
Scot.
D. Thom.

nus

nus, præstantissimus Philosopus, & eruditissimus Theologus, docens accidentia nullam habere propriã existentiam, sed existere formaliter per eandem existentiam, per quã substantiæ existunt. Quam sententiam legimus apud illum in diuersis suæ doctrinę locis, in libello de ente & essent. q. 1, 7. lib. Metaph. q. 2. & 1. lib. Sentent. dist. 8. q. 1. art. 2. Eandem deinde complexus fuit sapientissimus M. Dominicus Soto. 1. lib. Physi. q. 6. Contrariã sententiam tuẽtur Aegidius, &. M. Sotus.

Confir. tamen assertio his arg. Primum, Existentia naturalis, & supernaturalis reipsa distinguuntur, sed existentia subiecti est naturalis, dantur verò pleraquę accidentia quorum existentia est supernaturalis, vt sunt fides, spes, charitas, gratia, lumen gloriæ, & alia huiusmodi; cum enim illa existant, & non per existentiam naturalem, existent per supernaturalem, ergo in his existentia reipsa differet ab existentia subiecti. Verùm quia in his accidentibus fortasse nostrã fatebuntur assertionem. Confir. in accidentibus naturalibus illam esse veram. Sitque secundum arg. Existentia dependens, & indepens reipsa distinguuntur; sed existentia substantiæ est independens, existentia verò accidentium, est dependens, ergo hæ duæ éxistentiæ inter se reipsa distinguentur. Tertium, Existẽtia est proprietas quæ dimanat ab essentia, ergo vbi erunt distinctæ essentiæ, erunt distinctę

Confirma. 1. Argum. 3° Argum. 3. Arg.

stinctæ proprietates, & exiſtentiæ; ſed ſubſtantiæ, & accidentium ſunt diuerſe eſſentiæ, ergo erunt quoque diuerſæ exiſtentiæ. Confir. hoc arg. Cuilibet potentiæ reſpondere debet ſuus proprius actus, quia potentiæ per actus diſtinguuntur, & ita ſi diuerſæ fuerint potentiæ, diuerſi quoque debent eſſe actus; ſed eſſentia eſt potẽtia quędam, cuius actus eſt exiſtentia, ergo cùm ſubſtantię & accidentium ſint diuerſæ eſſentiæ, erunt

4. Argum. quoq; illorum diuerſę exiſtentiæ. Quartum Quę generantur diuerſis generationibus, habent exiſtẽtias diuerſas; ſed multa accidẽtia generantur diuerſa generatione, ab ea qua generatur ſubſtantia, vt ſunt accidentia ſeparabilia, quæ aduenium ſubiecto poſt illius conſtitutionem, ergo in his exiſtentia reipſa erit diuerſa ab exiſtentia ſubſtantiæ; quare cùm horum, & omnium aliorum accidentium via ſit, & eadẽ ratio, in omnibus; exiſtentia erit reipſa differens ab exiſtentia ſubſtantiæ. Aſſumptio huius argumenti experientia conſtat, propoſitio vero ex eo probatur, quod exiſtentia eſt terminus generationis, & ita ſi diuerſæ fuerint generationes, & diuerſæ quoque erunt exiſtentiæ. Cum igitur accidentia habeant exiſtentiam, atque hæc non ſint exiſtẽtia ſubiecti, erit illis alia exiſtentia aſsignãda, vnde ſit tertia aſsertio.

3. Aſſertio. Exiſtentia accidentium nulla eſt alia quã

vnio

vnio illorũ ſecundùm actũ in ſubiecto, velvt cũ alijs loquamur, exiſtentia accidentiũ eſt inhærẽtia actualis in ſubiecto. Hãc aſſertionẽ profitemur cum Sonci. 7. Meta. q. 2. ad finem, & Flandren. in eodem lib. q. 5. art. 5. contra Duran. opinantem inhærentiã actualẽ non eſſe eorum exiſtentiam, ita profitetur in 1. diſt. 8. q. 2. ad 2. Confir. tamen aſſertionem his argumentis. Primum, Exiſtentia accidentium eſt actus, vel ergo eſt per ſe ſubſiſtens, vel alteri inexiſtens, nam hæ ſunt duę differentiæ ambientes omnem actum; cùm ergo non ſit actus per ſe ſubſiſtens, cùm huiuſmodi actus tantùm conueniat ſubſtantijs ſeparatis, & animæ compoti rationis, erit actus inexiſtẽs. Præterea actus inexiſtens quidam exiſtit in materia, & alius in ſubiecto; prioris generis actus, ſunt formæ ſubſtantiales, quæ exiſtunt in materia prima, igitur exiſtentia erit actus ſecundi generis exiſtens in ſubiecto, ergo cùm inexiſtere ſubiecto nihil aliud ſit quàm vnio ſecundùm actum in illo, hęc erit exiſtentia accidentium. Confir. arg. Ineſſe accidentis eſt vniri actu cum ſubiecto, nam ineſſe ſi vim nominis contemplemur, eſt eſſe in aliquo; ſed ineſſe accidentis eſt illius exiſtentia, vt perſpicuis verbis docet Ariſt. 7. Metaphy. cap. 1. inquiens accidentis eſſe, vel exiſtentiam, nihil aliud eſſe, quàm ineſſe, ergo vnio in actu erit exiſtentia ac-

Sonci. Flandren. Durandus amplectitur contrariã opinionem.

1. Argumẽ

Confir. argumen.

2. Argum. tia accidentium. Secundùm, Quemadmodum se habet substantia ad vtramque cohærentiam, vel existentiam per se, secundùm actum, & secundùm aptitudinem; ita quoque se habebit accidens ad vtramque inhærentiam secundùm actum, & secundùm aptitudinem; quia quod est substantiæ esse per se, est accidentibus esse in alio; sed essentia substantiæ est esse per se secundùm aptitudinẽ, vt author est D. Tho. 3. p. q. 77. art. 1. ad 2. existentia verò est esse actu per se, ergo inhærere subiecto secundùm aptitudinẽ erit essentia accidentis, inhærere verò secundùm actum erit illius existentia. Tertium, Existentia est primus actus, quo vnaquæque res est à parte rei extra suas causas; sed accidentia sunt à parte rei extra suas causas per vnionem actualem in subiecto, quæ vnio est primus actus accidentium, vt est apertum, ergo illa erit existentia accidentium. Quartum argumentum, Ille actus qui primò fluit ab essentia si prætermittatur suæ naturæ, est existentia. Hæc propositio est perspicua, quia existentia est actus primò fluens ab essentia; sed inhærentia secundum actum est actus qui primò fluit ab essentia accidentis, si prætermittatur suæ naturæ, quemadmodum in sanctissimo Eucharistiæ sacramẽto, si accidentia prætermitterentur suæ naturæ, statim vnirentur secundùm actum in subiecto,

D. Tho.

3. Argum.

4. Argum.

subiecto, cùm semper obtineat naturalem procliuitatem, & propensionem ad subiectum, ergo inhærentia secundùm actum erit existentia accidentium. Ad extremum egregio quodam testimonio D. Tho. nostram assertionem confir. Is siquidem in Commentarijs in 1. cap. lib. 1. de Demonstratione, explicans caussam ob quam de proprietate cognoscere debeamus ante demonstrationẽ quid sit, & non an sit, inquit caussã esse; quia proprietates habent naturam, quæ potest ante demonstrationem prænosci per diffinitionem at quia proprictates esse, vel existere, concluditur per demonstrationem; (quia concludimus in illa actualem vnionem proprietatis in subiecto, quæ & in ipsis, & in reliquis accidentibus est propria, & naturalis existentia,) propterea non prænoscitur ante demonstrationem an sit, nam quod concluditur, non debet prænosci. Subijciam verba D. Thom. vt facilius multò possit quilibet eius mentem percipere. De *passione autem potest quidem sciri quid est, quia accidentia quodãmodo diffinitionem habent. Passionis autem esse & cuiuslibet accidentis est inesse subiecto, quod quidem in demonstratione concluditur*. Igitur concludendum erit existentiam accidẽtium esse illorum inhærentiam secundùm actum, in subiecto.

5. Argum. D. Tho.

Verba D. Tho. lc. 2.

Quarta & vltima assertio, In accidenti- 4. Assertio

bus existentia & ab accidentibus, & ab illorũ essẽtia reipsa distinguitur ita docet D. Tho. 4. lib. Sent. dist. 12. q. 1. art. 1. quæstiuncula 3. ad. 3. inquiens in accidẽtibus separatis in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, distingui secundùm rem esse, & essentiam, & esse ibi compositionem ex quo est, & quod est, sicuti in Angelis. Idem profitentur Capreol. in. 1. dist. 8. q. 1. ad. 6. arg. contra 1. assertionẽ, Cajeta. 1. p. q. 28. art. 2. ad. 2. Scot. 7. lib. Metaph. q. 1. dicto 3. Aquarius 4. Metaphy. q 4. & alij. Quamuis Soncinati placuerit 7. lib. Metaphy. q. 1. constituere existentiam accidentium non esse distinctã ab eis secundùm rẽ. Hæc assertio eisden arg. quibus in cap. 8. confirmauimus essentiã, & existentiam in rebus omnibus esse reipsa distincta, poterit confir. cùm illa nomminus concludant in accidẽtibus quã in rebus alijs. Cæterùm illis omissis, ita illã confir. ex superioribus assertionibus.

D. Tho.
Capreo.
Cajeta.
Scot.
Aqua.

Contraria opinio Sõcin.

1. Argume. Primò, Inhærentia secundùm actum, & secũdùm aptitudinem, reipsa distinguuntur, sed existentia accidentium est inhærentia secundùm actum, essentia vero est inherentia secũdùm aptitudinem, ergo essentia, & existentia in accidentibus reipsa distinguẽtur. Assump. constat ex superioribus assertionibus. confir. prop. Quando vno pereunte alterum remanet illa reipsa distinguuntur; alioquin enim idem periret, & non periret, remaneret, & non

Hæc propositio est Sco 7. Metaph. q. 1. dicto 3.

non remaneret, atque ita simul esset, & non esset, sed pereunte actuali inhærentia, remanet aptitudinalis, vt videmus in Sacramento Eucharistiæ, in quo accidentia non inhærent actu in subiecto, sed sola potestate, & ita pereunte in hærentia actuali remanet aptitudinalis, ergo hę inherentiæ reipsa distinguentur. Secundum hoc interest inter effectum alicuius formæ, primum & secundum; quod à primo effectu non differat forma reipsa, à secundo tamen differat; nam si à secundo non differret, quemadmodum à primo non potest separari, quia non differt ab eo: ita neque à secundo potest, quod tamẽ in humanitate Christi Domini cernimus esse falsum, quæ separatur ab effectu eius secundo, qui est esse existentiæ, & non à primo qui est esse essentiæ; sed inhærentia actualis est effectus secundus formæ accidentariæ, quia primus est esse essentiæ, vel esse inhærentiæ aptitudinalis, ergo inhærentia actualis reipsa differt à formis accidentarijs, & ex consequenti in accidentibus essentia, & existentia reipsa distinguentur. 2. Argum.

Cap. XI. In quo dissoluuntur quædã argumenta aduersus superiora.

AEterum quia non sat est nostram sententiam confirmasse, nisi fuerit simul aduersariorum argumentis satisfactum, supereſt vt in hoc capite nonnulla argumenta ab alijs aduersus superiores assertiones obiecta, dissoluamus.

1. Argum. Sit igitur primum argumentum aduersus primã assertionem. Nulla relatio est de essentia rei absolutæ; sed inhærentia secundùm aptitudinem est quædam relatio accidentis ad subiectum, ergo non erit de essentia accidentis.

Solutio. Resp. duplicem esse relationem, vnam transcendentem, & alteram categoriæ, vel prædicamentalem; quæ & ratione fundamenti, & ratione termini inter se distinguuntur; primò ratione termini; quia in relationibus transcendẽtibus terminus non semper est quippiam correlatum, sed vel est subiectum cui inhæret forma, vel obiectum, vt in facultatibus naturalibus, quæ in obiecta propria tanquam in suos terminos referuntur. Deinde ratione fundamenti, quia relatio transcendens in intimis, & essentialibus rei attributis fundatur, relatio verò categoriæ semper fundatur in aliquo accidente, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in vi agendi, & patiendi, vt author est Arist. 5. Metaph. cap. 15. Ex his igitur duabus relationibus, illa quæ est categoriæ non potest essen-

M.C.D. 2018

essentia alicuius absoluti, altera verò transcendēs optimè poterit, eoquòd hęc non constituit naturam relatam, sed relinquit naturam absolutam intra suos limites rei absolutè: & huius generis est relatio inhærentiæ accidentis ad subiectum, quare optime poterit illa esse de essentia accidentis.

Secundum est, In omni relatione subiectum est extra naturam relationis, cùm subiectum sit quippiã absolutum, & relatio obtineat naturam in habitudine ad aliud; sed accidens est subiectum inhærentiæ secundùm aptitudinem, ergo erit accidens extra naturam illius, quare aptitudinalis inhærẽtia non erit de essentia accidentis. Respon. propositionem veram esse in relatione prædicamentali; esse tamen falsam in relatione transcendenti; quia cùm illa prior non consequatur intima rei attributa, sed aliquod accidens inhærens subiecto, necessariò subiectum esse debet extra illius rationem, & è conuerso, illa extra rationẽ subiecti. Verùm cùm transcendẽs consequatur attributa essentialia, aut sit ipsummet attributum essentiale, non poterit subiectum esse extra illius rationem. Hæc duo argumẽta breuiter proposuimus aduersus secundam assertionem: poterat enim hæc quæstio vberius multò exagitari si fuisset huius instituti de inhærentia, vel essentia accidentium disputare.

2. argumẽ.

3. argumẽ. & 1. contra 2. Assertio. Tertiũ. Quæ generatur eadem generatione habent eandem existentiam; quia terminus generationis est existentia; sed substantia & accidentia generantur eadem generatione, vt Petrus verbi gratia & eius quantitas, ergo substantia & accidentia obtinebũt eam dẽ existentiã. Confir. arg. materia prima ex eo non habet propriam existentiam, quia nõ fuit producta propria productione, sed productione totius in prima rerum creatione, ergo pari ratione cùm accidẽtia oriantur ad ortum totius, non obtinebunt propriã existẽtiam. Resp. propositum esse veram, si fuerit eadem generatio secundum rem, & rationem, quemadmodum est generatio hominis, & Petri, tum generatio totius, & partium, est enim vna, & eadem generatio qua hæc generantur, & sub eadem ratione. At generatio substantiæ, & accidentium quamuis subiecto & secundum rem sit vna & eadem, ratione tamen est omnino diuersa, quia vt tendit illa ad substantiam est generatio simpliciter, vt vero terminatur ad accidentia, est generatio secundùm quid, quę duæ rationes in generatione sunt inter se multũ diuersæ; & ita non obtinebunt substantiæ, & accidentia, vnam, & eandem existentiam. Ad Confir. verò dicimus falsum esse materiam primã ex eo non habere propriam existentiam, quia non fuit producta propria productione, sed productione

Solutio.

M.C.D. 2018

ctione totius compositi. Sed quia est pura po tentia nullum ex se continens actum entis, ob hanc causam illa non obtinet aliquam exi-stentiam.

Quartum. In analogis atttributionis ratio superioris tantùm competit vni ex inferioribus intrinsecè, & secundùm essentiam, alijs verò competit extrinsecè, & per attributionem ad illud, vt in sanitatis exemplo intuemur; in quo sanitas secundùm essentiam, & intrinsecè solùm dicitur de animali, de vrina verò, & medicamẽtis dicitur extrinsecè; sed existentia, quemadmodum & essentia, dicitur per attributionem de substantia, & accidentibus, vt docet Arist. 7. lib. Metaph. cap. 4. ergo tantũ dicetur intrinsecè de substantia & extrinsecè, vel per attributionem de accidentibus, & ita accidentia existent formaliter per existentiam subiecti. Confir. arg. Ex eo accidentia existunt quia sunt in subiecto, aut tanquam mensuræ quædam, aut tanquã dispositiones, aut tanquam habitudines, cùm accidentis esse sit inesse ex Aristot. in eodem lib. cap. 1. ergo ratio formalis existendi in accidentibus erit substantia, & ita illa non existent per propriam sed per alienam existentiam subiecti. Resp. Veràm esse propositionem in his analogis quæ sunt solius attributionis, vt est analogia sanitatis proposita; in analogis tamen attributionis, quę simul etiã

4. Argum.

Solutio.

sunt analoga secundùm attributionem, dici-
mus illam esse falsam: existentia verò non di-
citur secundùm analogiam solius attributio
nis, de substantia, & accidẽtibus, sed cum hac
analogia dicitur etiam secundùm analogiã
proportionis, eo modo quo docuimus de en-
te. 1. lib. cap. 27. quare non obtinebunt ean-
dem existentiam subiecti. Confir. verò satis-
facimus. Accidẽtia ex eo esse entia quia sunt
in substãtia, & obtinere suã existentiã ab ea,
non quidem in genere causæ formalis, & in-
trinsecè, sed in genere causæ efficientis ex-
trinsecè, quia fluit existentia accidentium à
substantia in genere causæ efficientis, non ta
men à sola illa, sed media natura, & essentia
eorundem accidentium. Animaduertẽdum
Anno. est tamen non ita esse intelligendum acciden
tia habere propriam existentiam, & distin-
ctam ab existẽtia subiecti, quasi sint ipsa quę
primo, & per se existant, hoc enim falsum est
in accidentibus vnitis in subiecto, & non se-
paratis per miraculum ab eo, si enim ita es-
set componerentur ex quo est, & quod est;
quod neque accidentibus, neque alijs formis
potest vlla ratione conuenire; sed dicuntur
existere propria existentia; quia conferũt sub
iecto existentiam aliquam iuxta quam illud
primo existit, & secundo loco per illam exi-
stunt quoque accidentia. Quemadmodum
informis substantialibus (excipio semper
animam

animam compotem rationis (formæ primò, & per se non existunt, sed tota naturalia existunt per existentiam promanantem à formis, per quam etiam eædem formæ secundo loco existunt. In accidentibus verò separatis per miraculum à subiecto, vt in accidẽtibut Eucharistiæ, res diuerso modo se se habet, nam illa primò, & per se existunt, per existentiam eis à Deo Opt. Max. tributam, & ita illa componuntur ex quo est, & quod est 1. ex existentia, & ex eo quod existit, quemadmodum annotauit D. Tho. 3. p. q. 77. art. 1. ad vltimum argumẽtum. Neque est quod nos remoretur ab hac opinione complecten da, non posse in vna & eadem re varias existentias reperiri, quæ tamen reperirentur si accidentia haberent propriam existentiam, quia in vna re dantur varia accidentia; nam hoc intelligi debet de existentia essentiali, non autem de accidentaria; etenim accidentariæ multę esse possunt in eodem subiecto, vt præclare docuit D. Tho. 3. p. quæstione 17. art. 2.

D. Thom.

D. Thom.

Quintum, In sanctissimo sacramento Eucharistiæ accidentia existunt per propriam, & peculiarem existentiam; sed illa accidentia non inhærent subiecto secundùm actum, ergo existentia accidentium non est illorum inhærentia secundùm actum in subiecto.

3. Argumẽ. & 1. contra 3. assertionem.

Respondemus nostram assertionem intelligendam

Solutio.

gendam esse de existentia naturali accidentium, i. de ea quæ ab illorum essentia flueret si prætermitterētur suæ natnræ; in sacramē to Eucharistiæ accidentia non existunt per aliquam existentiam naturalem, sed per miraculosam, & supernaturalem; quæ num sit sola manutenētia Dei, vel modus aliquis per modum substantiæ illis collatus, cùm sit res Theologica, Theologis examinanda præter mittimus 3. p. q. 77. art. 1. & in 4. Sent. dist.

Obiectio. 12. Verùm insurget aliquis aduersus hanc solutionem, contendens probare non posse Deum separare accidentia à subiecto, si inhærentia secundùm actum, est illorum existentia, Deus non potest supplere vices materiæ, quemadmodum neque formæ, vt omnes Theologi profitentur; sed subiectū concurrit ad existentiam accidentium in genere causæ materialis, si vnio actualis est illorum existentia, quia ad vnionem actualem concurrit in hoc genere causæ; cùm substen tet vnionem, & informetur ab illa, quæ propria sunt, & peculiaria ipsi materiæ, ergo si inhærentia actualis esset existentia accidēntium, non posset Deus separare accidentia à subiecto. Resp. in materia reperiri tres actus

Solutio. quorum primus est, vniricum forma, secundus componere totum, & tertius sustentare formā. Quamuis ergo Deus Op. Max. non possit supplere vices materię ratione primi, & se-

M.C.D. 2018

& ſecundi actus, quia neq; poteſt vniri cum forma, neque poteſt componere totum, poteſt tamen ſupplere vices materiæ ratione tertij actus, qui eſt ſuſtentare formam, non quidem per informationem, ſed vel per manutenentiam, vel alio modo; & ita in hac re poterit Deus ſupplere vices ſubiecti, ſuſtinẽdo ſcilicet accidentia in ſacramento Euchariſtiç, quæ antea ſuſtinebat in ſubiecto.

Sextum. Eadem eſt ratio vnius, & omniũ accidentium; ſed relationes non obtinent exiſtentiam ab inhærentia ſecundùm actum in ſubiecto; ſed ab habitudine quam habent ad ſuum terminum, quia totum eſſe relationis, eſt ad aliud ſe habere, vt conſtat ex diffinitione relatorum, ergo exiſtentia accidentium non erit inhærentia ſecundùm actum. 6. Argum.

Reſpondemus falſam eſſe aſſumptionem; quia relationes quemadmodum & alia accidentia obtinent ſuam exiſtentiam à ſubiecto. Confir. verò dicimus, in diffinitione relatorum quando illa diffinimus relata eſſe quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere, nomine eſſe non debere intelligi eſſe quod ſignificat exiſtentiam, ſed eſſe quod ſignificat eſſentiam, ac ſi apertius ita illa diffiniremus. Relata ſunt quorum eſſentia eſt ad aliud referri, vt D. Thom. 1. Sent. diſt. 26. q. 2. art. 1. in corpore, & apertiùs multò diſt. 33. q. 1. art. 1. in ſolutione ad 1. docet: & ita nomine illius parti- Solutio.

Explicatur diffinitio relatorum.

particulæ esse, quam Boetius in sua interprætatione adhibuit in proposita diffinitione, Ioachimus Perionius interpretatus est vim,& naturam,ita enim ille vertit. Relata sunt quorum vis, & natura, in eo posita est, vt ad aliud referantur;quæ interpretatio illustriorem multò,& clariorem reddit diffinitionem relatorum,quàm prior illa Boetij.

7. Argum. contra 4. assertionẽ.

Septimum argu. Nulla res potest distingui reipsa à transcendentibus,seu à modis interns entis;sed in hærẽtia actualis est transcendens, cùm diuagetur per omnes categorias accidentium,& est modus internus entis coercens illius naturam ad accidentia, ergo inhærentia actualis, vel quod idem est existẽtia accidentium,non differet reipsa ab accidentibus,& ab ipsorum natura. Confir.arg. Proprietates quæ non destinantur ad agendum,sed ad essendum,non differunt reipsa à suis subiectis; sed existentia accidentium est proprietas essentiæ, & non distinàtur ad agendum,sed ad essendum; ergo existentia accidenitum non differet reipsa ab eorum essentia.

Solutio.

Resp.falsam esse assump. Quia existẽtia accidentium non est transcendens, cùm neque sit de essentia,accidentium,neque includatur in vltimo eorũ conceptu, quæ duo debent necessariò omni transcendenti conuenire. Vnde quemadmodũ in ente illud quod denotat existentiam non est trãscendens,sed illud

illud quod exprimit essentiam, itaquoque & in accidente illud quod denotabit existentiã non erit transcendens; sed illud quod significabit essentiã. Ad Confir. verò Resp. Proprietates quæ non destinantur ad agendum, sed ad essendum reipsa non distingui à suis subiectis si non attineant ad existentiam subiecti, vt est appetitus in materia prima, & vnũ atque verum in ente, quæ proprietates sunt eædem cum suis subiectis; quia non spectant ad eorum existẽtiam. At si attinuerint ad sui subiecti existentiam reipsa ab eo different, & ita distinguentur existentia ab essentia, quamuis sit illius proprietas, non destinata ad agendum. Solu. confirm.

Octauum. Arg. Si existentia accidentium reipsa distingueretnr ab accidẽte vel illa esset substantia, vel accidens; at neutrum dici potest, ergo non differet reipsa ab eo. Prop. est perspicua. Confir. assump. Inprimis apertum est non esse substantiam, deinde. Confi. non esse acaidens. Omne accidens in hæret alicui subiecto; ergo si existentia accidentiũ est accidens, inhęrebit alicui subiecto, iam rogo de hac secunda inhęrentia; vel illa differt ab accidente, vel non; si non differt, ergo assequimur institutum; si vero differt, ergo cum illa non sit substantia, erit accidens, & ita inhęrebit subiecto media alia inhærentia, sicque abibimus in infinitum, quod cùm 8. Argum.

sit

sit falsum, sequitur inhærentiam accidentis
Solutio. non differe secundùm rem ab eo. Resp. Existentiam accidentium neque esse substantiã, neque accidens per se, sed esse actum, & terminum accidentium; & ita non inhærebit accidenti media inhęrentia, sed erit id ratione cuius omnia accidentia subiecto inhæreant, quamuis ipsa non inhæreat, quemadmodum albedo est illud ratione cuius nix est alba, cùm ipsa non sit alba; etenim hoc quod est inhęre subiecto tantùm competit ipsi accidenti, quod per se est accidẽs, non autem eius modo, aut vltimo actui, qualis est existentia.

Cap. XII. Quodnam sit ens quod est transcendens, num quod significat essentiam, vel quod denotat existentiam.

ACturi in capitibus sequentibus, de proprietatibus entis, nõ erit à recta ratione alienum, si prius explicemus quodnã sit illud ens de quo in prima Philosophia huiusmodi proprietates concluduntur, num sit illud quod denotat essentiam, an potius illud quod exprimit existentiam.

Sunt

Sunt enim quidã qui existimãt illud ens esse transcendens, & de quo concluduntur proprietates, quod significat existentiam, cumque illud idem quod est transcendens sit etiã diuisum in decem Categorias, docent quoque ens quod significat existentiam esse illud quod est distributum in decem Categorias. Ita censet acutissimus Caietanus. cap. 4. de ente & essentia, ita etiam plerique recentiores Dialecti profitentur, constituentes ens diuisum in decem categorias, esse per se, finitum & actu, i. existens.

Opinio Caietani.

Ego verò quamuis Caiet. plurimũ in omni parte Philosophiæ tribuam, illiusque ingenium & eruditionem maxime mirer, in hac tamen re illius sententiam laudare nullo modo possum, cũ illam neq; firma aliqua ratione inniti conspiciã, & manifestè D. Tho. aduersari intuear. Quare cum Capreo. in 1. dist. 8. q. 1. ad 10. aduersus 1. assertionem, Didaco Deca in eodem loco & quæst. notab. 2. Ferra. 1. cont. Gent. cap. 25. M. Sot. cap. 4. Antecatego. q. 1. contrariam sententiã amplectimur, illãque his assertionibus explicamus.

Contraria opinio vetior.

D. Tho.
Capreo.
Deca.
Ferrar.
M. Sot.

Sit. 1. Ens quod est diuisum in decẽ Categorias, est illud quod significat essentiã, non autem illud quod significat existentiã. Confirm. inprimis apertissimis testimonijs D. Tho. qui vbique fere illam constituit, presertimque. Quodl. 2. q. 2. art. 1. lib. 10. Metaphy. lect.

1: Assertio.
1. Argumẽ.

2. Argum. lect. 3. in postremis verbis. Præterea, illud ens est diuisum in decem Categorias, quod est diuisum in actum, & potestatẽ; sed essentia, non autem existentia, est diuisa in actum & potestatem, igitur ens illud erit diuisum in decem Categorias, quod significabit essentiam. Expendamus singulas huius argum. propositiones, vt facilius multò eius vim intelligere possimus. Propositionem inprimis

Aristot. esse veram, & Arist. & D. Tho. testimonio possumus suadere, Arist. enim 3. Physi. cap. 1. & 12. lib. Metaph. cap. 4. apertè satis docet in vnaquaque categoria dari actum, & potestatem: atque tam illud quod est actu, quàm qnod est potestate in illa contineri, vt in categoria substantiæ, qui est homo actu,

D. Thom. & qui est potestate continentur; & D. Tho: 10. lib. Metaph. lect. 3. in postremis verbis inquit ens quod est diuisum in decem categorias, esse illud quod significat essentiam actu, vel potestate. Cõstat igitur ens quod est diuisum in categorias illud esse cui competit esse actu, vel potestate. Deinde confir. assump. & quidem existentiam non posse diuidi in actum, & potestatem est ita apertum vt nulla egeat confir. Nam actus non diuiditur in actum, & potestatem, cùm sint hæ duę differentiæ contrariæ entis, quemadmodum neque candidum, quod atro contrariatur, diuidi potest in candidum, & atrum: cùm igitur existen-

M.C.D. 2018

exiſtentia ſit actus rerum omnium, non poterit diuidi in actum, & poteſtatem. Eſſentiam verò aliquando eſſe in actu, & aliquando eſſe ſola poteſtate, nulli dubium eſſe debet, cùm videamus in hyeme eſſentiam roſæ eſſe ſola poteſtate, in vere autem eſſe in actu: quod idem in omnibus eſſentijs quarũ indiuidua ſubijciuntur interitui, cernimus eſſe verum, efficax igitur eſt argumentum propoſitum. Rurſus, In categorijs illa tantum attributa continentur quæ per ſe, & neceſſariò de ſubiectis prædicantur, nam ex illis depromi debent enuntiationes accommodatæ ad conficiendas demonſtrationes, quæ iuxta præcepta tradita ab Ariſtot. lib. 1. de Poſteriori Analaſy cap. 4. 5. & 6. debẽt eſſe neceſſariæ, & per ſe; ſed exiſtentia non dicitur de rebus neceſſariò, ſed contingenter, cũ res aliquando exiſtant, & interdum non exiſtant, neque per ſe, cùm quaſi per accidens exiſtentia prædicetur, cùm non attineat ad rei eſſentiam, ergo ens quod eſt diuiſum in decem categorias, non erit illud quod ſignificat exiſtentiam. Huc etiam accedit, exiſtentiã non per ſe, ſed reductiue cõtineri in categorijs, vt docuimus cap. 2. huius lib. at quod eſt diuiſum in categorias, per ſe debet in ipſis contineri. Ad extremum, hæc eſt ſeries categoriæ ſubſtantiæ, Thomas eſt homo, homo eſt animal, animal eſt corpus animatum,

2. Argum.

Ariſtot.

3. Argum.

4. Argum.

corpus animatum est corpus, corpus est substantia, substantia est ens: & hæc altera est categoriæ Quantitatis, linea recta est linea, linea est quantitas coniuncta, quantitas coniuncta est quantitas, & quantitas est ens. Sed in his seriebus, & coordinationibus, verbum est, non significat existentiam, sed essentiam; quia siue res existant, siue non existant, hæ series constantes sunt, & perennes, cum conflentur ex attributis essentialibus, quæ semper ipsis rebus conueniunt, ergo ens quod est diuisum in categorias non erit illud quod significat existentiam, sed quod denotat essentiam.

2. Assertio. Secunda assertio, Ens quod est transcendens quod est subiectũ primæ Philosophiæ, & de quo concluduntur proprietates transcendentes, est illud quod denotat essentiam, tanquam rem significatam. Confir. in primis ex superiori assertione. Illud ens est transcendens quod est diuisum in categorias, vt etiam fatetur Caiet. in eodem loco; sed huiusmodi est illud ens quod significat essentiam, ergo ens quod significat essentiam erit transcendens. Secundo, Illud est transcendens quod est inclusum in conceptu vltimarum differentiarum, & quod dicitur de rebus secundùm essentiam, vt est apertissimũ; at qui ens quod significat existentiam, neque est inclusum in conceptu vltimarum differentia-

1. Argumẽ.

2. Argum.

M.C.D. 2018

rentiarum, cùm possimus eas concipere sine existentia, neque dicitur de rebus secundùm essentiam, vt exposuimus cap. 2. ens verò quod denotat essentiam est inclusum in conceptu vltimarum differentiarum, & enuntiatur essentialiter de rebus, ergo non illud quod significat existentiam, sed quod denotat essentiam erit transcendens. Præterea proprietates entis neque esse, neque concipi possunt sine ente quod est transcendens; quia illud effertur secundùm essentiam de suis proprietatibus; sed possumus intelligere proprietates entis sine ente quod significat existentiam, possumus siquidem intelligere hominem esse vnum, & esse verum, absque eo quod cogitemus illum existere, vel non existere; quemadmodum nunc in hyeme mente apprehendimus rosam esse vnam, & veram, quam tamen apprehendimus non existere, ergo ens quod denotat existentiam non erit illud quod est transcendens.

De hoc ente loquebatur Arist. 3. Meta. cap. 3. quando docebat ēe esse inclusum in cōceptu vltimarū differētiarū.

Explicata nostra opinione, superest vt rationem propositā à Caiet. dissoluamus. Vtitur enim ille ad confir. suam opinionem huiusmodi argumento. Illud ens est transcendens, & diuiditur in decem categorias quod conuertitur cū bono, quia bonū est proprietas entis; & ita debet cū eo conuerti; sed ens quod conuertitur cum bono est illud quod significat existentiā, ergo ens quod erit trās-

Argum. Caiet. aduersus nostram opinionem.

C.D. 2018

cendens erit illud quod significabit existentiam. Assump. confir. primò. Bonum est illud quod est natum appeti; sed illud solùm quod existit est natum appeti, ergo bonum solùm conuertitur cum ente quod existit.

D. Thom. Deinde D. Tho. 1. p. q. 5. art. 6. ad 1. & q. 21. de Verita. art. 1. inquit creaturam non esse bonam secundùm essentiam, quemadmodum neq; est ens secundùm essentiam: ex quo licebit colligere, cum illo ente conuerti bonum, quod non dicitur de rebus secundũ essentiam; sed hoc ens est illud quod significat existentiam, igitur ens quod denotat existentiam erit transcendens, & diuidetur in

Solutio. decem categorias. Huic argumento respon. negandam esse assumptionem, ad confirmationem verò dicimus essentiam sumi posse duobus modis, primò vt neque existit, neq; indicat ordinem intrinsecum, & habitudinẽ ad existentiam. Secundò sumitur, vel ea ratione qua existit; vel saltim ea qua denotat intrinsecum ordinem ad existentiam. Si primò modo sumatur, neque est illa bona simpliciter, neque est nata vt appetatur à voluntate; si verò altero modo vsurpetur, est bona simpliciter, & nata vt à voluntate appetatur; qua ratione dicitur transcendens, & diuiditur in decem categorias. Quod si

Argumen. quis dicat, iam ergo ratio formalis quare es-
Solutio. sentia sit transcendens erit existentia. Resp.

erit

erit negando consequentiam. Sed existentia habebit se tanquam conditio, sine qua non ad rationem transcendentis, dici verò de rebus omnibus secundùm essentiam, erit formalis ratio ob quã sit essentia transcendens. Ad authoritatem verò ex D. Tho. petitam vt resp. annot. est, In ente duplex esse significatum, vnum præcipuum, & hoc est essentia, & alterum minus præcipuum, hocque est existentia. Dicitur essentia significatum magis præcipuum, eo quod ad illam significandã nomen entis præcipuè fuerit impositum. Existentia verò dicitur minus præcipuum, quia minus præcipuè ad illam significandam fuerit huiusmodi nomen impositum; & ita communi nomine existentia dicitur illud à quo nomen entis fuit impositũ rebus, essentia verò nuncupatur illius significatum. Inspiciens igitur D. Tho. significatũ minus præcipuũ entis, quod est existtia, inquit creaturam non esse ens per suam essentiam, sed per participationem; eo quòd existentia non est de essentia creaturarum, sed est quædã participatio diuinæ naturæ: neq; esse bonam secundùm essentiam; quia essentia, aut sine existentia secundùm actum, aut sine intrinseca habitudine ad illam, non dicitur bona simpliciter, & absolutè. Consule Ferar. in loco quem proposuimus perdoctè hanc solutionem explicantem. Anno.

M.C.D.2018

Argumẽtabitur præterea aliquis confir-
2. Argum. mans existentiam esse transcendens hoc argum. Transcendentia sunt quædam attributa vniuersa quæ de rebus omnibus prædicantur, vt docuimus 1. lib. cap. 1. sed existentia est attributum vniuersum, quod de rebus omnibus dicitur, cùm nulla sit res quæ naturam existentiæ queat subterfugere, igi-
Solu. tur existentia erit transcendens. Huic argumento resp. ad rationem transcendentium, præter communem illam, & generalem de rebus omnibus prædicationem, debere attributum prædicari secundùm essentiam, & includi in conceptu vltimarum differentiarum, quod existentiæ non competit, vt sæpè docuimus: vnde diffinitioni traditæ transcẽdentium addi debet hæc particula, secundũ essentiam, ita vt diffinitio sit, Transcendentia sunt quædam attributa vniuersa, quæ de omnibus dicuntur secundùm essentiam.

Cap. XIII. Nũ ens obtineat aliquas proprietates.

MVlta de ente tã in hoc secũdo quàm in superiori libro explicata hactenus fuerunt; consequens ergo est vt post explicatam illius naturam de proprietatibus

ratibus quæ ab illa dimanant in reliqua par te operis disputemus, ita tamẽ nos geremus; vt prius de proprietatibus in cõmuni, deinde de eisdem in particulari pertractemus. Est igitur prima quæstio earum quæ ad proprietates in communi spectant, num in ente sint aliquæ proprietates ab eius natura fluẽtes, & quæ de ipso, tanquam de proprio, & adæquato subiecto concludi possint. Quam quæst. vt commodiùs pertractemus erunt nonnulla tanquam firmissima fundamenta priùs præfanda. Primum est, Proprietates esse in duplici differentia, quasdam scilicet rei, & alias quæ per demonstrationem de suis subiectis cònciuduntur. Priores vocant Metaphysici reales, posteriores verò demõstrabiles. Proprietates rei nuncupantur illæ quæ producuntur à suis subiectis per veram aliquam actionem. Tum debent distingui secundùm rem à subiecto. Et tandem non debet subiectum prædicari de illis secundùm essentiam, neque in recto, sed debet prædicari de eis in obliquo, debetq; in ipsarum diffinitione comprehendi tanquam quid additum, & extrinsecum. Demonstrabiles autem vocantur illæ, quæ obtinent ea quę sufficiũt vt possint de subiecto per veram, & legitimam demonstrationem concludi; ex propositionibus veris, primis, & immediatis, notioribus, prioribus, & caussis conclusionis, vt Anno. 6.

M.C.D. 2018

Anuo.2. Aristot. perscribit Arist. 1. lib. de Demonstratione cap.2. Secundò annot. In omni scientia tria requiri, subiectum scilicet, principia, & proprietates, quæ per principia de subiecto concludantur; & ita cùm Metaphysica sit vera scientia, obtinebit principia, proprietates, & subiectum. Quodnam sit illius subiectũ notissimum est apud omnes, illud esse ens. Proprietates sunt vnum, verum, bonum, ex simplicibus; ex coniunctis verò sunt principium, & quod ortum habet ab illo, caussa, & effectus, idem, & diuersum, & alię de quibus diffusa oratione disputat Arist. 5. libro Metaph. Principia verò quædam sunt simplicia, & alia coniuncta. Simplicia rursus quædam sunt intrinseca, & alia extrinseca. Simplicia, & extrinseca sunt Deus, & intelligentiæ, à quibus dependet ens, vt ens est, vt explicat D. Tho. in præfatione Metaphysi. & 4. Metaph. lect. 1. Simplicia tamen, & intrinseca sunt ipsæmet quidditates, & essentiæ entium, eodem D. Tho. authore 6. lib. Metaph. cap. 1. lect. 1. At verò coniuncta sunt enuntiationes ex quibus conflantur demonstrationes in prima Philosophia, vt essentiam esse vnam; quidquid obtinet intellectum, obtinere quoq; voluntatem, ex quibus ita connectimus demonstrationes in Metaph. ex prima ad hũc modum, omne quod habet essentiam est vnum; sed omne ens ha-

D. Thom.

bet

bet essentiam, ergo omne ens est vnum, ex secunda verò hac ratione. Quidquid obtinet intellectum, obtinet quoque voluntatẽ; sed Deus Opt. Max. obtinet intellectum, ergo obtinebit quoque voluntatem. Obseruãdum est præterea, scientiam per suum paronymum diffinitam fuisse ab Arist. 1. lib. de Demonstratione cap. 2. hac ratione. Scire est rẽ per causſam cognoscere, & ita rei causam esse, vt rem aliter se habere non posse arbitremur: ex qua diffinitione colligimus scientiam esse cognitionem rei per causſam. Cæterum cùm duplex sit causſa, vna in cognoscendo tãtùm, vt fumus est causſa ignis, & altera in essendo, simul & cognoscendo, vt animal particeps rationis est causſa capacitatis disciplinæ; nominæ causſę in hac diffinitione non debemus intelligere solam causam in cognoscendo; quia demonstrationes à posteriori progrediuntur per causſas huius generis, quæ tamen non generat scientiã simplicitèr sed secũdùm quid, & imperfecta ratione: sed intelligere debemus causas in essendo, ex his siquidem perfecta, & absoluta scientia generatur. Animaduertendum est tamen huius secundi generis causſas quasdã esse in actu, & alias in virtute, vel facultate. In actu sunt illæ, quæ actu producunt effectum à se distinctum, per veram, & non metaphoricam actionem, vt ignis est causa caloris, &

Anno. 3.

Anno. 4. Consule Caiet. cap. 2. lib. 1. de Demonst.

M.C.D. 2018

ris, & aqua frigoris. In virtute verò sunt illæ, quæ actu non producunt effectum à se distinctum, habent tamen vim, & facultatẽ producendi illum, si natus ipse esset produci, vel absolutè, vel in tali subiecto, qua ratione immutabilitas est causſa ęternitatis in Deo, & actus infinitus potentiæ actiuæ infinitæ; quia si in Deo æternitas ab aliquo principio promanare posset non ab alio, quã ab immutabilitate promanaret, & potentia infinita non aliunde deriuaretur, si in Deo posset ab alio deriuari, quàm ab actu per se subsistente, & infinito. Ornari verò debent hę causſæ in virtute duabus proprietatibus, prima vt vel natura, vel saltim ratione sint illæ priores effectibus, & proprietatibus à se dimanantibus. Secunda vt sint rationes ob quas proprietates conueniant suis subiectis, vel ob quas vnum attributum efferatur de eodem subiecto, & ita communi nomine vocantur rationes formales, quasi sint ratio nes, & causſæ quare alia attributa efferantur de eodem subiecto; quia secundùm naturam hæ proprierates, vel attributa consequuntur rationem harum causſarum. Itaq; scientia non semper debet progredi per causas in essendo actu; sed vel per has, si proprietates, vel subiectum illas habuerint, vel per causſas in virtute, & potestate, vt in Theologia intuemur, in qua omnes demõstrationes

quas

quas de Deo concludimus, progrediuntur per solas causſas in virtute, & facultate.

His igitur constitutis sit prima assertio. Ens obtinet veras & legitimas proprietates. 1. Assertio.

Confir. inprimis ex Arist. qui illam profitetur 4. lib. Metaph. cap. 1. & 2. nam cap. 1 illico obijcit nobis ante oculos esse constituẽdam quandam scientiam, quæ agat de ente, vt ens est, & de proprietatibus quæ illi per se insunt, & in postremis verbis cap. secundi concludens cap. ita loquitur. *Illud ergo perspicuũ est artis unius esse id quod est quatenus est cognoscere et eaque illi, qua ex parte est conueniũt.* & subiungens quęnam sint hæ proprietates quæ per se enti insunt, inquit, *Item quid prius sit, quid posterius, quid genus, quid species, quid totum, quid pars, quid cætera eiusdem generis.* Constat igitur ex Arist. ens obtinere veras, & legitimas proprietates. 1. Argum.

Præterea, in quauis scientia illud omne quod est subiectum conclusionis demonstrationis obtinere debet veras, & legitimas proprietates; quia in omni vera demõstratione concludimus proprietates de subiecto; sed ens est subiectum conclusionis multarum demonstrationum, quæ fiunt in prima Philosophia: concludimus enim in illa ens esse bonum, quia est natum appeti, & esse vnũ, quia est indiuisum, & sic in alijs, ergo ens obtinebit veras, & legitimas proprietates. 2. Argum.

Ad hæc, in omni sciẽ 3. Argum.

tia

tia vt in annotationibus docuimus ex Arist. 1. de Demonstratione cap. 1. requiruntur 3. scilicet subiectũ, principia, & proprietates, quæ de subiecto concludantur; cùm igitur Metaph. sit verè scientia in illa hæc eadem reperientur, quare & ens quod est illius obiectum veras, & legitimas obtinebit proprietates. In hac assertione summa est inter nos & Scotistas consensio, ex Thomistis siquidẽ profitentur illam Soncin. 4. Metaph. q. 17. & Iauel. in eodem lib. q. 2. ex Scotistis vero Antonius Andreas 1. Metaph. q. 1. conclu. 4. & Antonius Trom. in lib. 4. q. 3.

Sonci. Iauel. Antonius Andreas. Trombe.

Sit Secunda Assertio. Proprietates entis non sunt proprietates rei, sed demõstrabiles tantùm, in prima parte dicimus non esse proprietates rei, inqua nobis aduersantur Sco. existimãtes proprietates entis, & demõstrabiles, & rei esse, vt videre licet apud Anto. Tromb. in eodem loco. q. 4. Verùm illam ita confir. Propietates rei sunt illæ quæ à subiecto per veram actionẽ fluunt, àquo differunt reipsa, sed proprietates entis non differunt reipsa ab ente; ergo proprietates entis nullo modo erunt proprietates rei. Scotistę tamen negant propositio. censent enim proprietates non distingui inquouis subiecto secũdùm rem ab illo, & ita cùm dentur multę proprietates rei, falsum erit proprietates rei distingui reipsa à subiecto. Cæterùm hanc solutionem

2. Assertio.

Confirm. Assertio.

nem ita euertimus. Causa efficiens, & effectus reipsa distinguũtur; sed subiectũ est causa efficiens suarum proprietatum, ergo reipsa distinguetur à suis proprietatibus. Assum. profitẽtur Scotist. vt videre licet apud Anto. Andre. 9. Metaphy. quæst. 1. vbi profitetur subiectum habere rationem causę efficientis ratione suarum proprietatum. Confir. prop. Interea intercedit distinctio rei, inter quæ intercedit relatio rei, quia relatio rei tantùm reperitur inter extrema reipsa distincta; sed inter causam efficientem, & effectum, reperitur relatio rei secũdi generis, scilicet, agentis ad passum, iuxta Arist. 5. Metaphy. cap. 15. iã igitur inter causam efficientẽ, & effectum, intercedet distinctio rei. Anto. Trom. inspiciens vim huius arg. vt illud dissoluat confugit ad perbellam quandam distinctionem agentis in Physicum, & Metaphysicum, proximum, & remotum, Physicum vocans proximum & Metaphysicum remotum, inquitque inter agens Physicum, & proximum, ineruenire distintionem rei: inter agens verò Metaphysicum, & remotum, nullam interuenire distinctionem: subiectum autem ait esse causam efficientem Metaphysicam, & remotam suarum proprietatum; quamobrẽ non differet secundùm rem ab eis: Hæc tamẽ omnia absurda sunt. Primò. Quia nihil potest producere seipsum, & ita in quauis agente, siue

Aristot.

Canfugiũ Trombe.

Confut.

M.C.D. 2018

te, siue Physico, siue Metaph. debet inter eã & effectum à se dimanantem dari distinctio rei. Secundò Quia inqualibet relatione rei extrema debent reipsa distingui, cùm igitur inter quamuis causſam efficiẽtem, & effectũ detur relalio rei, neque contrarium dici aut excogitari vllo modo potest, cùm illud expresse profiteatur, vt diximus Arist. 5. Metaphy. cap. 15. illius solutio nulla erit. Prætermitto multa alia quæ poterãt hoc loco proponi ad confir. propietates reipsa distingui a subiecto, quæ quia sunt alterius instituti, illa silentio inuoluo.

Arist.

Confir. 2. pars assercionis.

Altera pars eiusdem assertionis erat. Proprietates entis esse proprietates demonstrabiles. Quam esse veram his arg. ostendimus.

Primum. Vbi dantur veræ & legitimæ demonstrationes ibi debent constitui veræ, proprietates; sed in prima Philosophia dantue veræ & legitimæ demonstartiones, quæ concluduntur de ente ergo in ea erunt veræ proprietates demostrabiles, quæ de ente concludãtur. Prop. est perspicua. Confir. assum. In quauis vera scientia dantur veræ, & legitimæ demonstrationes; sed Metaphy. est vera scientia, imo est omniũ aliarum moderatrix, princeps, & regina, quæ iure optimo ars artium, & scientia scientiarum potest nuncupari; & ita hoc nomine illam ornat Arist. 1. Metaphy. cap. 2. in primis verbis & 6. cap. 1. ubi

Arist.

vbi diuidit scientiam contemplatiuam in primam Philosophiam, Mathematicas artes, & Philosophiam naturæ, in illa igitur reperiuntur veræ, & legitimæ demonstrationes.

Secundum. Omnis scięntia quæ vtitur demonstrationibus a priori, concludit veras, & legitimas proprietates de suo subiecto; sed Metaphy. est huiusmodi, igitur illa veras, & legitimas proprietates concludet de suo subiecto. Prop. est perspicua Confir. Assup. scięntia quæ est omnium aliarum certissima vti debet certissimis demonstrationibus; sed Metaphy. vt auth. est Arist. 1. Metaphy. cap. 1. est omniũ scientiarum certissima, & demonstrationes à priori, & per causam sunt quoq; omnium certissimæ; vtetur ergo illa demonstrationibus à priori. Deinde quod allijs scięntijs ignobilioribus conceditur, non est scientiæ nobilissimæ, qualis est Metaphy. denegãdum; sed alijs scientijs concedimus proprietates quæ demostrentur de earum subiectis, ergo Metaphysica quoque huius generis proprietates de suo obiecto, scilicet ente, concludet. 2. argumẽ

His tamen argumentis posset quispiam respondere omnia illa inniti huic fuudamento scilicet Metaphysicam esse scientiam, ex eo enim colligimus debere eius obiectum obtinere proprietates, quia est ipsa scientia; at quam sit falsum huiusmodi fundamentũ. 3. Argumẽ Solutio

Ita

Ita demoſtrare poſſumus habitus ſapientiæ diſtinctus eſt ab habitu ſcientiæ, vt author eſt Ariſt. 6. Eticorum cap. 3. conſtituens. 5. habitus intellectus interſe multùm diuerſos, ſ. Sapientiam, intelligentiam, ſcientiam, artem, & prudentiam; ſed Metaphyſi. iudicio eiuſdem Ariſt. 1. Metaphy. cap. 1. eſt ſapientia, ergo non erit ſcientia. Reſp. tamen fundamentum propoſitũ cui innituntur illa arg. firmiſsimũ eſſe, quod in hunc modũ ſuadeo. Scientia eſt cognitio rei per ſuã cauſam in eſſendo, aut actu, aut in virtute, vt docuimus, in annot. ſed in Metaph, cognoſcimus multa per ſuas cauſſas rei, & in eſſendo, vt ens eſſe vnum, quia eſt indiuiſum, & eſſe bonũ, quia eſt appetibile, ergo erit illa vera ſcientia, & ita illum vocat Ariſt. in locis traditis in 1. arg. huius aſſertionis. Neque huic obſtat argumentum propoſitum: quia ſapientia non ita diſtinguitur à ſciẽtia, vt non poſsint hæc duo, vni, & eidem habitui conuenire, quemadmodum diſtinguũtur candidum, & atrũ, vel duo alia contraria, quæ non poſſunt ſimul eidem ſubiecto ineſſe; ſed diſtinguuntur tanquam ſuperius, & inferius, vel tanquam includens, & incluſum, vt Annotauit D. Tho. q. 2. ſuper Boetium de Trinitate art. 2. ad 1. quia ſcientia tantùm denotat habitũ concluſionum quæ demonſtrantur; at ſapiẽtia præter habitum concluſionum, includit habi-

Ariſtot.

ſolutio.

D. Thom.

M.C.D. 2015

habitum primorum principiorum; versatur enim illa in primis principijs, & altissimis caussis, & ita includit habitum intelligẽtiæ, qui versatur tantùm circa principia, & sciẽtiæ, qui versatur circa conclusiones, non per aggregàtionem, sed per excellentiam, & modo eminentiori, quod expressis verbis profitetur Arist. 6. lib. Ethic. cap. 7. ita enim habet, *Quare sapientia erit intellectus, & scientia ac quasi habens caput, scientiarum præstantissimarum*. Quamuis igitur fateamur Metaphysicam esse sapientiam, non proinde diffitendum erit illam esse scientiam, cùm hæc duo inter se nullo modo pugnẽt. Vnde Aristoteles volens hanc rem nobis explicare, 1. Metaph. cap. 2. & scientiam, & sapientiam, vocat Metaphysicam, vt ita intelligeremus in eodem habitu scientiam, & sapientiã optimè posse cohærere. Arist.

Arist.

Cap. XIIII. In quo dissoluũtur quædam argumenta aduersus superiora.

IBuit tamen Petro Nigro viro erudito, & ingenij acumine ornato 1. p. Clipei q. 7. aduersus nostram sententiã in superiori cap. explicatam, Petrus Niger.

M.C.D. 2018

constituere in ente nullas esse proprietates, vel rei, vel demonstrabiles, cuius arg. erit à
1. Argumẽ. nobis in hoc cap. dissoluendum. Ita enim argumentatur. Subiectum est extra rationem suarum proprietatum, continetur que in ipsarum diffinitione, tanquam quippiam additum, & extrinsecum; sed nihil potest esse extra rationem entis. Præterea in nullius rei diffinitione contineri potest ens, tanquã quippiam additum, & extrinsecum, igitur
Solutio. ens nullas obtinebit proprietates. Respon. propositionem esse verã de proprietatibus rei, vt sunt capacitas disciplinæ in homine, & calor in igne, in his enim subiectum continetur tanquam quippiam additum, & extrinsecum, estque extra earum naturam, & essentiam; at in proprietatibus demonstrabilibus est omnino falsa; quia in illis subiectum secundùm essentiã potest de ipsis prędicari, & contineri in eorum diffinitione, tãquam quippiam intrinsecum, & essentiale. Ratio enim subiecti in proprietatibus huius generis non est alia, quàm vt sit prior, aut natura, aut intellectu ratione proprietatis, & vt sit caussa ob quam proprietates efferãtur de subiecto, vt exposuimus in cap. superiori; cum quibus optimè cohæret, subiectũ
2. argumẽ. Scoti. dici secundùm essentiam, & formaliter de ipsis.

Præterea argumẽtantur Sco. ad confirmã

dum

dũ ens habere proprietates rei, quamuis non distinguantur ab eo secundum rem. In alijs rebus, vt in homine, aut leone, dantur proprietates rei; sed illæ non distinguuntur reipsa à suis subiectis, ergo quamuis proprietates entis non differant reipsa ab ente, erunt nihilominus proprietates rei. Assump. ita confir. Primò si proprietates distinguerentur secundùm rem à suis subiectis possent ab eis separari, quia quæ distinguuntur reipsa possunt à se inuicẽ separari; at proprietates non possunt separari à subiecto, etenim si separarentur contingẽter illi inessent, quia possent illi conuenire, & non conuenire: non igitur distinguuntur à subiecto. Secundò, Potentia hominis ad recipiendum intellectum, est illius proprietas; sed hęc no ndiffert ab homine, ergo. Confir. assump. Si differret ab homine, ergo per aliam potentiam diuersam posset homo illam recipere, de qua quęrendum erit num differat ab homine; si enim non differt, ergo iam aliqua proprietas non differt à subiecto, quod si differat, per aliam igitur potentiam illam recipiet, & sic abibimus in infinitum, quod cùm sit absurdũ, propietates non distinguentur à suis subiectis. Resp. In alijs rebus præter ipsum ens esse proprietates in duplici differentia, quędam enim sunt destinatę ad agendum, vt sunt intellectus in homine, & calor in igne, & aliæ ad essendũ, vt Solutio.

M.C.D. 2018

sunt appetitus, & potẽtia in materia prima;

D. Thom. igitur iuxta decreta verissima D. Tho. 1. p. q. 54. arti. 3. proprietates illæ quæ destinantur ad essendũ non distinguuntur secundùm rem à suis subiectis, neq; sunt rei, sed demõstrabiles, vt sunt in materia prima, potẽtia, & illius appetitus; aliæ verò quæ destinãtur ad agendum distinguũtur reipsa. Præfato igitur hoc fundamẽto Resp. assump. esse falsam. Ad confir. Inprimis dicimus falsam esse propo. Quia multa differunt reipsa quæ tamen non possunt separari propter necessariam connexionem, vt sunt materia, & forma. Præterea dicimus falsam quoque esse assump. Quia possunt proprietates quæ destinãtur ad agendũ separari per diuinã potentiã à suis subiectis, & separatæ conseruari, vt in alio loco docuimus. Neque hinc fit illas contingẽter inesse subiecto; quia quamuis possint ab illo separari per potentiam diuinam, non tamẽ possunt per propriam, & naturalẽ; contingentia verò non ex causa prima, & remota, sed ex causis proximis, & immediatis peti debet. Ad. 2. Confir. Resp. potentiã hominis ad recipiendum intellectum non esse illius proprietatẽ, quia hæc non est aliqua qualitas eius naturæ superaddita, sed est non repugnantia illius ad recipiendum intellectum; itaque potentia hominis ad recipiendum intellectum nihil aliud est quam ipsamet natura hominis ea ratio-

In Commentar. in Porphi. cap. de Proprio.

ratione qua sibi non repugnat habere intellectum.

Cap. XV. Qua ratione propietates entis distinguantur ab ente, & reciprocentur cum eo.

QVM simus acturi in lib. sequentibus (agentes de transcẽdentibus sigilatim, & seorsum) de distinctione vniuscuiusque transcendẽtis ab ente, & de mutua reciprocatione illorum. q. in hoc cap. propositam breuiter absoluemus, ne sepius eadem repetamus. Vt igitur illam explicemus erunt duo prius proponenda.

Anno.

Primũ est, distinctionẽ apud eos qui recte Philosophantur (vt in alio loco abũdè satis ostendemus) duplicẽ esse; vnam rei, & aliam rationis: quę sunt deinde subdiuidendę; quia distinctio rei, quædam est inter rem, & rem, vt est distinctio quæ intercedit inter Ioannẽ & Dominicum, & alia inter includens, & inclusum, quæ itidem est duplex; nam quædam est inter includens, & inclusum intrinsecè, vt est distinctio inter hominem, & animal; quia homo includit rationalitatem intrinsecè, quã non includet animal; & alia est inter includens,

Tantum sunt duo genera distidctionũ rei, & rationis.

Lege Caiet. x. p. q. 3. articulo 5.

M.C.D. 2018

dens, & incluſum extrinſecè, vt eſt inter ſuppoſitum, & naturam, ſcilicet inter Ioannẽ, & humanitatẽ; nam Ioannes includit cando trinſecè, quæ à ſe excludit humanitas. Præterea diſtinctio rationis duplex eſt, vna rationis ratiocinantis, & altera rationis ratiocinatæ. Illa prima fit inter ea quæ ſola ope, & beneficio intellectus diſtinguuntur, vt eſt diſtinctio eiuſdem à ſeipſo, & diſtinctio dextri, & ſiniſtri in columna; quia hæc à parte rei non diſtinguuntur, ſed ſolo intellectu diſtinguente idem à ſeipſo, & dextrum à ſiniſtro, ſeparantur. Poſterior verò eſt quæ fit beneficio intellectus diſtinguentis vnum ab altero: eſt tamen huius diſtinctionis fundamentum in rebus ipſis, qua ratione diſtinguũtur attributa eſſentialia hominis, animal particeps rationis; nam hæc ſolo beneficio intellectus efformantis diuerſos conceptus illorum diſtinguntur; habent tamen illi fundamentum in ipſis rebus, etenim alia eſt ratio animalis, & alia participis rationis, ob quam cauſſam intellectus effingit de illis diuerſos conceptus.

Anno. 2. Secundum eſt. Reciprocationem, vel conuerſionem triplicem eſſe, ſecundum rem, ſecundùm rationem, & ſecundùm attributionem. Illa reciprocantur ſecundùm rem, quę vnam, & eandem rationem, atque naturam ſignifi-

ſignificant adæquatè, vt animal particeps rationis,& homo. Tum quælibet diffinitio & illius diffinitum, hoc genere conuerſionis reciprocantur. Illa reciprocantur ſecũdùm rationem, quorum eſt vnus, atque idem conceptus, vt ſunt omnia nomina quæ à Græcis polyonyma, à veteribus Latinis multiuoca, & à recentioribus ſynonyma nuncupantur, hæc enim eundem conceptum obtinent, vt ſunt veſtis,& indumentum, gladius,& enſis, & alia huius generis. Illa denique reciprocantur ſecundùm attributionem, quæ ſunt ita inter ſe affecta, ut de illo ſubiecto, de quo vnum effertur, efferatur & reliquum, qua ratione reciprocantur ſubiectum, & proprietates, vt homo, & capacitas diſciplinæ; nam de quocunque effertur homo, effertur quoque capacitas diſciplinæ,& è conuersò.

His igitur animaduerſis ſit. 1. Aſſert. Proprietates entis non differunt reipſa ab ente. Hanc aſſertionẽ profitetur Ariſt. 4. Metaph. cap. 2. in quo loco confir. 2. arg. ens,& vnum (& idem iudiciũ eſt de alijs proprietatibus) non diſtingui reipſa, quæ in lib. ſequenti agẽtes nũ ens diſtinguatur ab vno proponemus. Præterea ſi ens diſtingueretur ſecundùm rẽ à ſuis proprietatibus per aliam,& diſtinctam entitatem aliquid eſſet ens, vnum,& bonum quemadmodũ quia homo,& riſibilitas, reipſa diſtinguuntur per aliam entitatem, homo

1. Aſſertio.
2. Argum. ex Ariſt.
2. Argum.

M.C.D. 2018

est homo, vel animal particeps rationis, & per aliam est risibilis; atqui hoc asserere est absurdum, cùm non sint in aliqua re tot entitates constituendę, ergo ens non distinguetur

3. Argum. reipsa à suis proprietatibus. Rursus si ens reipsa distingueretur à suis proprietatibus, sumamus igitur illud ea ratione qua est distinctum ab eis; vel ergo hac ratione suptum poterit apprehendi ab intellectu, vel non poterit; si potest apprehendi, ergo vel non distinguitur à veritate, ratione cuius omnia apprehenduntur ab intellectu, & illi adæquantur; quia adhuc vt sic distinctum, concipitur ab intellectu: vel erit effectus formalis sine forma, posse scilicet apprehendi ab intellectu qui est effectus formalis veritatis, sine veritate, quæ omnia cùm sint manifestè falsa, sequitur ens non distingui reipsa à suis proprietatibus.

2. Assertio. Secunda Assertio. Ens non distinguitur secũdùm formam, vel vt dicunt formaliter, & essentialiter à suis proprietatibus. Confir. his duobus argum.

1. Argum. Primũ Quando aliquod attributum dicitur de aliquo subiecto secundùm essentiã, non differt ab eo formaliter; sed ens dicitur secundùm essentiam de suis proprietatibus, vt ostendemus deinde, ergo non distinguetur ab illis formaliter.

2. Argum. Secundũ. Ex duabus enuntiationibus contradi-

tradicentibus debet necessariò vna earū vere enuntiari de proprietatibus entis; quia de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul, sed hæ sunt duæ enuntiationes contradicentes, esse ens formaliter, & non esse ens formaliter, ergo altera illarum debet necessariò de proprietatibus entis enuntiari; iam igitur si enuntiatio aiens quę est esse ens formaliter, non effertur de ipsis vt aduersarij dicunt, altera negans quæ est non esse ens formaliter dicetur de eis, erunt ergo proprietates entis non entia formaliter, & ex consequenti erunt nihil formaliter, quo nihil absurdius excogitari potest.

3. Assertio.

Tertia Assertio. Proprietates entis differunt ab ente ratione ratiocinata. Confir. his arg. Primũ, Quæ differunt conceptibus obtinentibus tamen fundamentum in re differunt ratione ratiocinata; sed ens & eius proprietates sunt huiusmodi; quia alium conceptum efformamus entis, alium vnius, alium veri, & alium boni; de ente enim concipimus esse illud quod habet esse, de vno, esse illud quod est in se indiuisum, & distinctum à quolibet alio, de verò esse illud quod est adæquatum intellectui, & de bono esse illud quod est natum appeti, qui omnes conceptus inter se maxime differunt, & habent fundamentum in rebus ipsis, vt est omnibus notissimũ, ergo

1. Argum.

M.C.D. 2018

ens distinguetur à suis proprietatibus ratione ratiocinata.

2. Argum. Secudum, Si non distinguerentur proprietates entis ab ente, ratione ratiocinata, sed ratione ratiocinante, fieret vt quando ita dicimus ens vnum, aut ens bonum, committeremus apertam nugationē; quia bis idē repeteremus, quemadmodum quia idem tā tùm differt à seipso ratione ratiocinante, & non ratiocinata, quando dicimus Thomas est Thomas, committimus apertam nugationē; atqui in his locutionibus ens est vnum, vel bonum, vel verum, nullam commitimus nugationem, vt est consensus omnium Philosophorum, ergo distinguentur ens, & eius proprietates ratione ratiocinata. Ad hęc ratio

3. Argum. subiecti, prior est natura ratione suarum proprietatum, ergo ratio entis prior erit natura ratione vnius, veri, & boni; sed inter ea inter quæ intercedit ratio prioris, & posterioris secundùm naturam, interuenire debet vt minimum distinctio rationis ratiocinatæ, ergo ens distinguetur ratione tatiocinata à suis proprietatibus,

4. Assertio. Quarta Assertio. Quod dictum est de ente, asserendum est de illius proprietatibus inter se collatis, illas scilicet non distingui inter se reipsa, neque formaliter, sed ratione ratiocinata. Non distingui reipsa omnes profitentur, & meritò quidem, quia eadem res est ens homo

homo, vnus homo, verus homo, & bonus homo. Deinde non distingui formaliter, vel secundum essentiam ita confir. Illa quæ prædicantur de se inuicem in abstracto, non differunt secundum essentiam; sed proprietates entis sunt huiusmodi, dicimus enim bonitatem esse vnitatem, & vnitatem, esse bonitatem, aut veritatem, vt docet D. Tho. q. 9. de poten. art. 7. ad vlt. ergo hæ proprietates non distinguentur inter se secundum essentiam. Ad extremũ distingui ratione ratiocinata ita ostendimus. Illa quæ sunt fundamẽta enuntiationum contradicentium distinguuntur saltim inter se ratione ratiocinata, quia in his quæ sola ratione ratiocinante differunt, non possunt fundari enuntiationes contradicentes; sed proprietates entis sunt fundamẽta enuntiationũ contradicentium: nam hæ duæ sunt contradicentes, esse natũ vt appetatur, & nõ esse natum vt appetatur ex quibus aiens fundatur in bono, cuius natura est esse illud natum vt appetatur, negans verò in vero, aut vno, quorũ natura est non esse illa nata vt appetãtur, sed velvt adęquẽtur intellectui, vt est natura veri, vel vt sint in se indiuisa, vt est natura vnius: distinguentur igitur hæ proprietates ratione ratiocinata. Rursus vnius, veri, & boni diuersæ sunt rationes à parte rei, ergo inter illa maior erit distinctio quàm rationis ratiocinantis, distin-

2. Argum.

D. Thom.

3. Argum.

4. Argum.

guen-

guẽtur igitur ratione ratiocinata, cùm non differant neque secundùm rem, neque secũdùm formam, & essentiam.

5. Assectio. Quinta assertio, Ens, & ipsius proprietates non reciprocantur inter se secundùm rationem, & conceptum, sed secundùm rem, & attributionem. Confir. 1. pars. Confir. prima pars, scilicet non reciprocari inter se secundùm conceptũ. Alius est conceptus boni, alius vnius alius veri, & alius entis, vt sæpe exposuimus, ergo hæ proprietates non reciprocabuntur, neque inter se, neque cum ente secũdùm conceptum. Alteram partem confirmamus. In primisque reciprocari cum ente secundùm rem ex his quæ docuimus satis, superq; remanet confirmatum, cùm dictũ sit proprietates entis non distingui secundùm rem ab eo. Confir. 2. pars. At reciprocari secundùm attributionẽ ita colligimus. Quæ sunt ita inter se affecta vt de quocunque prædicetur vnum, prædicetur & reliquum; illa reciprocantur secundùm attributionem; sed de quocunque prædicatur ens, (loquimur de eo vt significat essentiam, ita enim constitutum est in superioribus esse transcendens, & subiectum harũ proprietatum) prædicantur quoque vnum, verum, bonum, & è conuersò, igitur reciprocabuntur inter se ens, & ipsius proprietates secundum attributionem. Lege Soncinatẽ de distinctione entis à suis proprietatibus & mu-

Sonci.

mutua ipsorum reciprocatione, 4. Metaph. Iauel. q. 18. & 21. Iauellum in eodem lib. q. 3. & Petrum Nigrum 1.p. Clipei q.8. Pe. Niger.

Cap. XVI. Dissoluuntur quædam argumenta aduersus superiores assertiones.

EXaminemus tamen num sint veræ assertiones à nobis constitutæ in cap. superiori, neq; enim desunt argumenta quibus possunt illæ euerti, quæ erunt à nobis hoc loco antequã vlterius progrediamur, dissoluenda. Primum est aduersus primam assertionem. Illa distinguuntur secundùm rem quibus opponuntur diuersa contraria; sed enti, & suis proprietatibus opponuntur diuersa contraria, enti enim opponitur non ens, siue nihil, bono opponitur malum, vni multitudo, vel diuisio, & vero falsum, ergo ens reipsa distingetur à suis proprietatibus. Resp. cum Sonci. 4. Metaph. q. 21. ad. 4. falsam esse propositionẽ; quia ad hoc vt quibusdam diuersa contraria opponantur, sat esse vt inter illa intercedat distinctio rationis ratiocinatę, & non est necesse vt inter se reipsa distinguantur, quemadmodũ albedo, & similitudo obtinent diuersa oppo sita, nam oppositum albedinis est nigredo, si militu-

1. Argum.

Solutio. Soncin.

M.C.D. 2018

militudinis vero dissimilitudo, quæ tamen non re, sed sola ratione ratiocinata distinguũtur. Vel resp. distinguentes assump. quia vel

Solutio loquimur de oppositione secundum rem, aut secundum rationem: si primo modo loquamur quidquid opponitur vni extranscenden tibus, quoque opponitur alteri: nam nihil, falsum, & malũ, sunt vnum, & idem secundum rem, & ita si enti opponitur nihil, quoque, ei opponuntur secundum rem falsum, & malũ: & si falsum opponitur vero, ita quoque illi opponuntur secundum rem malum, & nihil: si vero loquamur secundo modo non quidquid opponitur vni ex transcendentibus opponitur alteri, quia hæc interse ratione differunt, & ita opponitur enti nihilum secundum rationem, distincta oppositione ab ea qua opponitur malũ bono, vel falsum vero; quare tantum ex hoc argu. colligere poterimus transcendentia distingui inter se ratione, non autem secundum rem, quemadmodũ & ipsorum opposita non re, sed sola ratione distinguuntur.

2. Argum. Secundum arg. Ea quæ sunt in Deo minus differunt quam ea quæ sunt in creaturis; sed transcendentia in Deo differunt ratione ratiocinata, quemadmodum iustitia, sapientia, & alia attributa diuina, ergo in creaturis maiori distinctione distinguẽtur quam rationae ratiocinata. Huic arg. Resp. Soncinas

sas in eodem loco. ad. 2. arg. In Deo quędam esse indistincta, & eadem secundum rem, & distincta secundum rationem non ex se, sed quia sunt in tali subiecto scilicet Deo, in quo propter eius summam simplicitatem nihil potest esse distinctum secundum rem, & alia esse indistincta & eadem secundum rem, non ex ratione subiecti diuini, sed exproprietate eorum ratione vt sunt omnia transcẽdentia. Ex attributis itaque prioris generis minus illa differunt quæ sunt in Deo quã ea quæ sunt increaturis, quemadmodũ in Deo sapientia & iustitia non differunt secundum rem, quæ tamen in creaturis reipsa distinguuntur; at ex attributis secundi generis non minus illa distinguuntur quæ sunt in Deo quam quæ sunt in creaturis, eo quod illa non habent idemptitatem rei, & distinctionem rationis, ex eo quod sunt in Deo, sed ex propria & peculiari natura, quæ in creaturis quemadmodum & in Deo reperitur. Cum itaque transcendentia ex propria natura sint eadẽ, re, & differant sola ratione, non distinguentur minus in Deo quã in creaturis. Sunt qui dicant in Deo neque transcendentia neque vlla allia attributa distingui ratione racioci nata, sed sola ratione raciocinante, quod pro uenit ex maxima simplicitate diuinæ naturę etenim si Socrates nõ differt à seipso ratione ratiocinata sed ratiocinante, sit quæ maior

Alia sol.

idem-

idẽptitas & ſimplicitas diuinorum attribu-
torũ quam ſit idẽptitas Socratis ad ſeipſum
quid mirum ſi aſſeramus neque tranſcenden
tia vt ſunt in Deo, neque alia attributa diui-
na diſtingui niſi ſola ratione ratiocinante?
Que ſolutio ſi vera eſt, reſp. erit argu. falſam
eſſe aſſump. quia diuina attributa, & tranſcẽ
dentia, minus differunt in Deo, quã in crea
turis; cùm in illo differãt ſola ratione ratioci
nante, in creaturis vero ratione ratiocinata.

Alia. ſolut. Poſſumus etiam dicere negandam eſſe con
ſequentiam; quia diſtinctio rationis ratioci-
natæ latitudinem obtinet, quemadmodum
& diſtinctio rei, quædam enim magis, & alia
minus intra illius ambitum diſtinguuntur, &
ita quamuis tranſcendentia tam in Deo, quã
in creaturis differant ratione ratiocinata, mi
nus tamen in Deo quam in creaturis diſtin-
guentur.

3. Argum. Tertium Arg. aduerſus Tertiam aſſertio
nẽ, ſi proprietates entis diſtinguerẽtur ratio
ne ratiocinata ab ente aliquid adderent ipſi
enti; quia diſtinctio ab aliquo ſuperiori ſine
additione intelligi nullo modo poteſt; ſed
enti nulla poteſt fieri additio, tum primo;
quia quod additur alicui eſt extra illius ratio
nem, at nihil poteſt eſſe extra rationẽ entis.
Tum deinde quia illud cui quippiã additur
circunſcribitur intra certos limites naturæ,
cuius eſt differentiá addita, vt animal cui
addi-

additur rationis particeps, continetur intra limites naturæ humanę; at ens sub nullius naturæ limitibus circunscribi potest, quare neque ei vlla poterit additio fieri, & ex consequenti neque poterit aliquid ab eo distingui. Vt huic arg. satisfaciamus annot. est ex. D. Thom. q. 21. de Verit. art. 1. tribus modis posse alicui naturæ fieri additionem, Primò ita vt illud quod additur secundum rem differat ab eo cui additur, vt homo albus, addit homini, albedinem, quæ reipsa differt ab homine. Secundò iuxta modum contrahendi, & limitandi, quia scilicet illud quod additur limitat, & coercet ambitũ eius cui fit additio, qua ratione homo addit animali rationalitatem, quę coercet, & continet infra limites humanæ naturæ, ipsum animal. Tertio quia illud quod additur est habitudo sola rationis, respectu eius cui fit additio, vel aliqua priuatio, quemadmodum homo cæcus addit homini cæcitatem, quæ est priuatio facultatis vidẽdi. His igitur animaduersis dicimus enti nihil posse addi primo, vel secudo modo, sed solo tertio modo. In primis non primo, nã nihil potest rationem entis vllo modo subterfugere, & ita nihil poterit ei addi tamque ab eo reipsa distinctum. Deinde neque secundo, quia ens non potest sub alicuius naturæ certis limitibus contineri propter latepatentem illius ambitum. Tantum igitur tertio modo ei

Solutio D. Tho.

M.C.D. 2018

do ei poterit aliquid addi, ens scilicet rationis, & ita transcendentia solùm addunt enti ens rationis; nam vnum addit negationem, vel priuationem diuisionis, verum habitudinem rationis ad intellectum, & bonum ad appetitum, vt docet. D. Tho. q. 1. de Verit. art. 1. Ex his supereſt satisfactiũ arg. confirmat enim illud nihil posse addi enti primo vel secũdo modo quod nos libenter fatemur: non autem tertio modo. Vnde quemadmodũ homo cæcus secundùm rem, nihil aliud significat nisi hominem cum sola habitudine rationis, quæ nullam entitatem ei addit; pari ratione ens verum, aut ens vnum, aut ens bonum, nullam entitatem ab ente distinctam significabit, sed denotabit solum ipsum ens cũ respectu rationis; vel ad intellectum, vel ad appetium. Vide quæso Diuum Thomam quæstione nona de Potenti a articulo 7. ad sextum ad hanc solutionem facilius intelligendam.

D. Tho.

D. Tho.

4. argumẽ.

Quartum arg. Contra. 4. assert. Quæ efficiunt facultates reipsa distinctas, reipsa distinguũtur; sed bonum, & verum constituũt intellectum, & appetitum, bonum appetitũ, verum autem intellectum; quia tota natura appetitus est ferri in bonum, & intellectus in verum, quæ duæ facultates sunt inter se reipsa distinctæ, ergo bonum, & verum, erunt quoque transcendentia reipsa distincta. Confirma-

firmatur argumentũ. Facultates distinguuntur per suа obiecta, vt author est Arist. 2. de Anima cap. 4. & passim in alijs locis, ergo si facultates reipsa distinguuntur optimè colligere poterimus, quali ab effectu, & à signo, & obiecta quoque earum reipsa distingui. Resp. cum D. Tho. 1. p. q. 80. art. 1. ad 2. & q. 15. de Verit. art. 2. falsam esse propositionem; quia ad distinctionem rei in facultatibus, sufficit distinctio rationis in earum obiectis, quemadmodum (vt vtar exemplo D. Tho. in posteriori loco) natura anulsa à proprietatibus singularibus, & vnita cum eis vna, & eadem est secundùm rem, & sola ratione distincta; at natura separata a proprietatibus singularibus constituit intellectum patibilem tanquam illius obiectum; vnita verò cum illis constituit intellectum agẽtem eadem ratione, tanquam obiectum: versatur enim hic intellectus in natura affecta proprietatibus singularibus, vt scilicet sua illustratione illã ab huiusmodi proprietatibus separet, efficiatque eam secundum actum intellectilem, quæ antea sola potestate erat intellectilis. Confir. vero resp. negandam esse consequentiam, non enim est necesse vt obiecta eo modo inter se differant, quo distinguuntur facultates, possunt enim obiecta minus distingui quàm facultates, vt in exẽplo proposito apertissime intuemur. D. Tho.

Possumus etiam resp. intellectum, & voluntatem proximè, & intrinsecè non distingui per verum, & bonum, sed per diuersas habitudines ad hæc obiecta, quæ habitudines sunt inter se reipsa distinctæ, & ita efficiunt distinctionem rei in his facultatibus.

5. Argum. Quintum argumentum, Ratio boni à parte rei distinguitur à ratione veri, cùm ratio boni sit esse appetibile, & ratio veri sit posse adæquari intellectui, quę rationes sunt à parte rei inter se distinctæ, ergo proprietates entis non distinguẽtur sola ratione, sed potius reipsa, cùm à parte rei distinguantur.

Solutio. Resp. rationes horum transcendentium sumi pòsse, aut secundùm virtutem, & fundamentaliter, aut secundùm actum, & formaliter; si primo modo sumantur à parte rei distinguuntur, quia à parte rei est fundamentum huius distinctionis: si verò altero modo vsurpentur, solius intellectus beneficio inter se separantur; intellectus enim efformat diuersos horum attributorum conceptus, ratione quorum illa attributa actu separantur inter se, quæ antea sola potestate distinguebãtur: verùm quia hi conceptus in rebus habent fundamentum, meritò hæc distinctio nuncupatur rationis ratiocinatæ.

Iuel. Sonci. Aduersus vltimam assertionem poteramus varia argumenta proponere, quæ à Iauello q. 4. & a Soncin. q. 18. lib. 4. Metaph. & ab

& ab alijs proponuntur: verùm quia illa figillatim, & & seorsum, confirmant de vno, vero, & bono, non conuerti cum ente, libenter hac loco prætermittimus, quæ à nobis commodius multò, singulorum transcendẽtium naturam explicantes, proponentur.

Cap. XVII. Numens prædicetur secundùm essentiam de suis proprietatibus, & vltimis differentijs.

VAriæ, & multũ inter se discrepantes extiterunt veterũ Philosophorum opiniones in hac q. explicanda. Auicen. vt author est D. Tho. 4. lib. Meta. cap. 2. lect. 2. & 10. lect. 2. existimat ens, & vnum prædicari de rebus omnibus secundùm accidens: arbitratur enim ille, ens, & vnum esse quasdam dispositiones accidentarias, superadditas rerum naturis, & essentijs eo modo quo superadduntur cãdor, vel magnitudo. Alia opinio est huic ex diametro opposita, Alexandri Achilini, vt author est Zimara in sua tabula verbo ens, in quadam digressione, qui arbitratur ens quauis ratione sumptum, tam vt significat essentiã, quàm

Opinio Auicẽ. ex D. Tho.

2. Opinio Achilidi. Zimara.

quàm vt significat existentiam, prædicari de rebus omnibus secundùm essentiam. Tertia opinio est Scot. in 1. dist. 3. q. 3. Antonij Andreæ 4. Metaph. q. 3. & Anto. Trom. in eodem loco qui censent ens de quibusdam rebus dici secundùm essentiam, & de alijs nullo modo dici. Distribuunt enim ens in varias classes, scilicet in Deū, & creaturas, in decem categorias, in suas proprietates, quæ sunt vnum, verum, bonum, & in vltimas differentias; dicunt igitur ens dici secundùm essentiã & formaliter de Deo, & de creaturis, & de decem generibus supremis, de proprietatibus tamẽ, & de vltimis differẽtijs, nullo modo dici secundùm essentiam. Quibus autem argumentis adducti hi authores hanc sententiã secuti fuerint, postea ostendemus. Quarta opinio est Thomistarum omnium, vt Capreoli in 1. dist. 8. q. 1. in plerisque solutionibus argumentorum. Caieta. cap. 4. lib. de Ente, & essentia, Soncin. 4. Metaph. q. 19. Iauelli q. 5. eiusdem lib. quæ proculdubio est D. Tho. vt deinde ostendemus, constituentium ens secundùm essentiam, & quidditatiue dici de rebus omnibus, etiam de suis proprietatibus, & de vltimis differentijs.

3. Opinio Sco. Andr. & Trom.

4. Opinio. D. Thom Capre. Caiet. Soncí. M. Sot. in Anteprædica. cap. 4. q. 1.

Annot. Inter has igitur tam discrepantes opiniones vt veram sententiam explicemus, reuocamus inprimis ad memoriam distinctionem illam entis protritam, sæpissimeque in hoc

opere

opere à nobis repetitam, in ens nominaliter, vel participialiter, vel in ens quod significat essentiam, & quod significat existentiam. Deinde animaduertimus prædicationẽ quid ditatiuam, siue secundùm essentiam, illam esse, in qua attributũ est de natura, & essentia subiecti; siue in qua conceptus attributi continetur secundùm essentiam, in conceptu subiecti, siue attributum reciprocetur cũ subiecto, vt diffinitio essentialis reciprocatur cum re definita, siue non reciprocetur, vt genus prædicatur de specie, cum qua non reciprocatur; prætermittimus prædicationẽ idempticam, & denominatiuam, quia certũ est ens secundùm rem, vel idemptice prędicari de rebus omnibus, denominatiuè verò de nulla.

Sit igitur iã prima assertio. Si loquamur de ente vt significat existentiam, ens de nulla re creata dicitur secũdùm essentiam, sed de solo Deo. Dici de Deo secundùm essentiam apertum est apud omnes Philosophos constituentes in Deo existentiam esse eius essentiam, vt indicant illa verba Exodi 3. *Ego sum qui sum; & qui est misit me ad uos.* In quibus aperte satis existentia tribuitur Deo tanquam illius attributum essentiale. De creaturis verò non dici secũdùm essentiam, confirmauimus satis copiosè in cap. 2. huius secundi lib. Nunc tamen aduersus Alexan-

1. Assertio.

drum Achilinum his argu. illud suademus.

1. Argum. Primum est. Quæ prædicantur secundùm essentiam necessariò prędicantur; quia essentia necessariò dicitur de rebus; sed existentia non dicitur de rebus necessariò, cùm res aliquando existant, & aliquãdo non existãt, ergo ens quod significat existentiam, non dicetur de rebus secundùm essentiam. Secundum. Si existentia diceretur de rebus secundùm essentiam, omnia quæ conueniunt rei ratione existentiæ, dicerentur quoq; de eadem secundùm essentiam, & ita cùm esse singulare conueniat rei ratione existentiæ, quia existentia tantum competit rei singulari, & actiones quoque ac passiones, conueniant eidem ratione existentiæ, cùm tantũ rei quæ existit possint illæ conuenire, sequeretur esse singulare, actiones, atque passiones dici quoque de rebus secundùm essentiam, quod cùm sit manifeste falsum, falsa quoque erit opinio Achilini. Consulat qui voluerit Zimaram in loco citato, qui diffusa satis oratione, varijsque argumentis in medium propositis, hanc paradoxam opinionẽ, omnium Philosophorum suffragijs repugnantem, labefactat.

Assertio. Secunda assertio. Ens quod significat existentiã, non dicitur secundùm accidens categoriæ, vt scilicet accidens est diuisum contra substantiam, de suis inferioribus. Hanc assertionem

tionem abunde satis confirmauimus aduersus Auicẽnam capite 2. huius libri, & ita ne eadẽ repetamus illã prætermittimus. Consule quæ eo loco docuimus. Insurget tamen aliquis aduersus nos. Si ens quod significat existentiam non dicitur de rebus secundùm essentiam, ergo dicetur secundùm accidens, cùm quidquid dicitur de aliquo dicatur vel secundùm essentiam, vel secũdùm accidens, quare vera erit opinio Auicen. asserentis ens dici de rebus secundùm accidens. Resp. Negando consequen. Quia inter prædicari secundùm essentiam, & secundùm accidens, datur medium, scilicet prædicari secundùm substantiam, multa enim sunt quæ non conueniunt rebus secundùm essentiam, neque secundùm accidẽs, sed secundùm substantiã; vt sunt partes integrantes, quæ non sunt de essentia rei, cùm possit res esse sine illis, vt homo potest esse sine manibus, & pedibus, neque sunt illius accidẽtia, vt est exploratũ, Sed sunt de eius substantia, & integritate: pari ratione existentia neque erit accidens, neque de essentia rei, sed erit de illius substantia, tamquam actus vltimus, terminans illius potentiam, & facultatem. Quare iure reprehendi debet Auic. qui docuit ens dici de rebus secundùm accidens, quamuis non dicatur secundùm essentiam; quia inter prædicationem secundùm essentiam, & secundùm

Obiectio.

Solutio.

accidens, datur media prædicatio, secũdùm substantiam.

3. Assertio. Tertia Assertio. Ens quod significat essẽtiã prędicatur formaliter, & inquid de rebus omnibus, etiam de vltimis differentijs. Intelligimus nomine rerum omnium entia completa. Primam partem profitentur nobiscũ Scot. constituentes ens dici de naturis integris, & absolutis, & ita non erit cur in illa cõfirmanda immoremur. Secundam verò partem diffitentur illi, asserentes ens non dicise cũdùm essentiã, & formaliter de vltimis differentijs, Cęterùm illam esse verisimam his

1. Argumẽ. Arist. arg. Confir. Primum Arist. 3. Metap. cap. 3. confirmat ex eo ens non esse genus, quia est inclusum in vltimis differentijs. Rogo num intelligat esse inclusum formaliter, vel idẽpticè; si dixeris inclusum esse idempticè, contra Arist. eo loco proponit discrimen inter genus, & ens, quod genus non est inclusum in vltimis differentijs, ens autem est inclusum in illis, quod si intelligẽdus esset idempticè, hoc discrimẽ nullũ esset; quia genus quoq; idẽpticè includitur in vltimis differentijs; significant enim genus, & differentia, vnam, & eandem naturam speciei, intelligi ergo debet formaliter; quare ens erit formaliter inclusum in vltimis differentijs, & ex consequenti formaliter, & secundùm essentiã prædicabitur de illis. Secundum de quocunque

2. Argum.

prædi

prædicantur proprietates entis secundùm essentiam,& formaliter, de eodẽ debet prædicari formaliter ens ; quia proprietates de nullo possunt prędicari de quo non prædicetur earum subiectum proprium,& adęquatum;sed proprietates entis prædicantur formaliter de vltimis differentijs , igitur & ens quoque prædicabitur formaliter. Propo.est perspicua. Confir.assump. Vnum,& verum, sunt proprietates entis, sed hæ prædicantur formaliter de vltimis differentijs, sumpta enim quauis vltima differentia formaliter, & secundùm suam essentiam,illa est in se indiuisa,& ita est vna,& nata est vt possit intelligi & ita est vera , iam ergo proprietates entis formaliter prædicantur de vltimis differentijs. Tertium Inter ens,& nihil,vel inter ens, & non ens nullum datur medium,ergo si differentiæ vltimæ non sunt formaliter ens, erunt formaliter nihil , & non ens , quod est omnino absurdum. Tumetiam sequeretur, vt ea quæ conflantur ex vltimis differentijs non essent ex omni parte entia formaliter,ex ea scilicet , qua conflantur ex illis , quæ omnia cùm sint manifestè absurda , sequitur differentias vltimas esse formaliter entia. 3. Argum.

Quartum , Nihil potest apprehendi ab intellectu nisi sub formali ratione sui obiecti, sed obiectum formale intellectus est ens, ergo nihil poterit apprehendi ab intellectu nisi 4. Argum.

fuerit

fuerit formaliter ens; sed vltimæ differentiæ apprehendũtur ab intellectu, ergo erunt illę formaliter ens.

4. Assertio. Quarta Assertio. Ens prædicatur formaliter, & in quid, de suis proprietatibus. Hanc assertionem constituimus aduersus eosdem Scotistas, & aducrsus Petrũ Fonsecam. 4. Metaphy. cap. 2. q. 3. sect. 2. assertione. 3. Is enim còmingenuè nobiscum fateretur aduersus Scotistas, ens dici secundùm essentiã de vltimis differentijs, diffitetur tamen illud dici formaliter, & in quid, de suis proprietatibus. Confir. tamen assertionem his argum.

Petrus Fõseca.

1. Argumẽ. Primum. Aut vnum quod est proprietas entis in sua propria, & formali ratione, significat solam indiuisionem, aut præter illam includit ipsum ens, primum dici non potest ita enim fieret vt vnũ esset sola negatio, quemadmodum indiuisio significat solam negationẽ, vnde vnum nihil poneret in ipsis rebus, & quãdo dicimus Deum esse vnum, nihil de Deo diceremus, sed solam negationem enuntiaremus de eo, quæ omnia sunt manifestè falsa, quare secundum erit verũ, scilicet vnũ includere formaliter, & quidditatiue ens.

Solutio. Quod si dicas vnũ includere ens, neges tamẽ ens dici de illo formaliter, quia includit illud tamquã quid additũ, & extrinsecum, & quæ hac ratione includũtur in aliquo non dici de eo secundùm essentiam. Contra ita argumẽ

tor.

tor. Quæcunque dicuntur de aliquo in primo modo dicendi per se, dicũtur de illo quid ditatiue, & formaliter; quia primus modus spectat ad rei quidditatem; & essentiam; sed ens prædicatur de vno, in primo modo dicendi per se, ergo dicetur de vno inquid, & formaliter. Confirmatur assumptio. Hæc attributio vnum est ens est per se, & non est in secundo modo; quia attributũ non est proprietas subiecti, neque subiectum continetur in diffinitione attributi, vt est apertum. Neque est in tertio modo, quia ille non spectat ad modum prædicandi; sed ad modum per se existendi. Neque in quarto, quia subiectum non est causa attributi, erit igitur à sufficienti diuisione, in primo modo. Confir. hoc argum. Punctum dicitur in 1. modo dicendi per se de linea, & vnitas de numero, vt Author est Arist. 1. lib. de Demonst. cap. 4. sed punctum continetur tanquam quid extrinsecum in ipsa linea, quia illud neque est pars, neque componit lineam, quemadmodum momentum, neque est pars, neque componit tempus, ergo quamuis ens contineretur tamquam quippiam additum, & extrinsecum in ratione vnius; nihilominus prædicari posset inquid, & formaliter de vno, vel quod idem est in primo modo dicendi per se. Secundum argumentum. Ens prædicatur secundum essentiam, de hac, vel illa boni

Confu.

2 argum.

tate

tate, vt de iuſtitia, aut fortitudine, quæ continentur ſecundùm eſſentiam ſub bonitate tranſcendente, & quæ eſt proprietas entis, ergo prædicabitur quoque ſecundùm eſſentiam de bonitate tranſcendente. Antec. ita demonſtramus. Iuſtitia ſecundùm eſſentiam eſt accidens; ſed accidẽs ſecundùm eſſentiam eſt ens, ergo iuſtitia ſecũdùm eſſentiam erit ens. Confir. deinde conſeq. ex illa regula tradita ab Ariſto. in Antecategorijs diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ quoque ſunt ſpecie differentiæ, quare ſi bonitas tranſcendens non includit ſecundùm eſſentiam conceptũ entis, neque quæ illi ſubalternatur, vt iuſtitia includet conceptum entis, quod cùm ſit omnino falſum, vt remanet confirmatum, ſequitur bonitatem tranſcendentem, & quæ eſt proprietas entis, includere formaliter ens. Ad extremum proprietates entis non

Vlt. Argu ſunt formaliter nõ ens, ita enim nihil eſſent, ergo erunt formaliter ens. Confir. conſeq. quia ex duabus vocibus contradicentibus, altera illarum neceſſariò debet dici de quauis re, & ita ſi proprietates entis non ſunt formaliter non ens, erunt formaliter ens.

Cap. XVIII. In qu diſſoluuntur argumenta aduerſariorum.

Quàm

QVàm futilia sint argumenta quæ proponunt aduersarij ad uersus nostram opinionem, ex his quę in hoc cap. ostẽdemus, poterit quisq; facillimè intel ligere. Argumentis quibus poterat suaderi opinio Auicen. iam satisfecimus cap. 3. huius libri; illa enim contendebant probare ens prædicari de rebus secundùm accidens. Achilini verò argumẽta quoniam non sunt alia quàm ea quibus suasimus essentiam, & existentiam non distingui reipsa, quibus iam supra satisfecimus hoc loco prætermittimus. Quare tantum erunt dissoluenda argumenta ab Scoto, & eius alumnis proposita. Ita enim primò argumentantur. Si vltimæ differentiæ includerent ens formaliter, fieret illas inter se differre alijs differẽ tijs, hoc autem est omnino absurdũ, quia ita abiremus in infinitũ, si enim vltimæ differẽ tiæ differrent differentijs, & illæ alijs, & sic absque vllo fine, in infinitum proculdubio abiremus, ergo ens non includitur formaliter in vltimis differentijs. Confirm. propositio sumamus duas differentias vltimas, vt particeps rationis & expers, si illæ includerẽt formaliter ens, ergo in illo conuenirẽt, & cùm non sint vnum, & idem, differrent aliquibus differẽtijs; quia omnia quæ in aliquo conueniunt debent obtinere differentias

1. Argum. Scot.

quibus

quibus inter se distinguantur intra talem natu
ram, iam ergo si differentiæ vltimæ inclu
derent formaliter ens, differrent inter se ali
quibus differentijs. Resp. falsam esse propo
Solutio. sitionẽ. Ad confir. dicimus, Non omnia quæ
in aliquo conueniunt obtinere differentias
quibus inter se distinguantur; quia catego-
riæ conueniunt in natura entis, quæ ta-
men nullam continent differentiam qua in-
ter se distinguantur, sed primò, & immedia-
tè seipsis differunt, etenim vt ea quæ in ali-
quo conueniunt obtineant differentias qui-
bus inter se distinguantur debet illorũ natu
ra in qua conueniut esse synonyma, nonautẽ
analoga, qualis est natura entis, in qua conue
niunt vltimæ differentiæ, & genera supre-
Anno. ma. Annot. est tamen ob duas rationes non
obtinere aliqua differẽtias quibus differãt,
sed quod seipsis distinguantur, vel quia non
habent differẽtias, constituentes, vt sunt de
cem genera suprema; vel quia non sunt illa
quæ differunt, sed quibus alia differunt, vt
sunt vltimæ differentiæ.

2. Argum. Segundũ arg. Eadem est ratio compositio
nis conceptuũ, quę est compositionis rei; sed
incõpositione rei fit vltima resolutio in duo
extrema, scilicet in per se actum, & per se po
testatem, quorum neutrum est inclusum in
ratione alterius, quia neque actus in ratione
potesttatis, neque potestas in ratione actus
inclu-

includitur, ergo & in compositione conceptuum, deueniẽdum erit ad duo alia extrema, quorum neutrum in ratione alterius includatur, atqui huiusmodi extrema sunt ens, & vltimæ differentiæ, ex quibus ens limitatur, & contrahitur, & ita obtinet locum potẽtię, differentiæ vero limitant, & contrahunt, & ita obtinent rationem actus, iam ergo neque differentiæ in ratione entis, neque ens in ratione vltimarum differentiarum, erit vlla ratione inclusum. Resp. falsam esse propositionẽ. Quia in compositione rei extrema sunt quædam naturæ priuatæ, & limitatæ; & ita vna pars non poterit includi in ratione alterius, atvero in compositione conceptuũ vel intellectus, quæ fit ex ente, & vltimis differẽtijs, alterum extremum, nimirum ens, est natura quædam transcendens, & illimitata, & ita necessariò debet includi in conceptu alterius partis, scilicet vltimæ differentiæ. Vnde colligendũ erit omnes alios conceptus præter conceptum entis, esse coniunctos, cũ resoluantur in proprias rationes, & in conceptum entis, solumque conceptum entis esse simpliciſsimũ, cùm ipse solus sit qui in alios priores conceptus dissolui nulla ratione potest. Solutio. Consect.

Tertium. Omne contractum est extra naturã, & essentiam contrahentiũ; quia quod contrahitur obtinet locum potentiæ, con- 3. Argum.

trahens verò locum actus, at potentia, extrà rationem est actus; sed vltimæ differentiæ contrahunt ens ad naturas specificas, ergo ens erit extra naturam vltimarum differentiarum, Resp. duplicem esse contractionem; vnam propriam, & aliam communi quadã ratione dictam, in propria vna pars obtinere debet locum potentiæ, & altera locũ actus, & ita vna debet esse extra rationẽ alterius, vt in compositione materiæ, & formæ; essentiæ, & existentiæ, generis, & differentiæ intuemur: At verò in compositione alterius generis, non debet quod contrahitur habere rationem potentię, & quod contrahit rationem actus, neque quod contrahitur debet esse extra rationem eius quod contrahit; in hac siquidem contractione nulla est compositio, sed maior & clarior expressio eius quod antea erat confusum, & indistinctum; qua ratione ens contrahitur ad inferiora, nõ quod cum contrahente natura efficiat vllã compositionem, etenim illud cum nulla re potest efficere compositionem, cùm sit de intima ratione rerum omnium, sed quia differentiæ vltimæ, & alij modi interni entis, explicant apertius gradus aliquos entis, qui nomine illius confusè exprimebantur.

Solutio.

Quartum. Quidquid continetur in diffinitionibus essentialibus tanquam additum, est extra rationem, & essentiam rei diffinitę,

4. Argum.

sed

sed subiectum continetur in diffinitionibus tanquam quid additum, & extrinsecum, quẽ admodum docet Arist. 7. lib. Metaph. cap. 5. vt nasus continetur in diffinitione simitatis, tanquam aliquid additum, & extrinsecũ, ergo ens non continebitur in suis proprietatibus, neq; prædicabitur de illis formaliter, & secũdùm essentiã. Resp. ad assum. in proprietatibns rei, subiectũ contineri in ipsarũ ratione tanquam quid additum, & extrinsecum; in propriotatibus verò demonstrabilibus contineri subiectum intrinsecè; & secundùm essentiam: at proprietates entis non sunt rei, sed demonstrabiles, vt docuimus in superioribus, quare poterit illud in ratione harum proprietatum includi secundùm essentiam. Authoritas igitur Arist. intelligi debet de proprietatibus rei; vt sunt simitas in naso, & risibilitas in homine, non autem de proprietatibus demonstrabilibus.

Solutio.

Quintum. Omne quod includit aliquid secundùm essentiam, est eo inferius; quemadmodum homo qui includit animal secundùm essentiam, est inferior animali; sed proprietates entis non sunt inferiores ente, sed reciprocantur cum eo, ergo ipsæ non includent ens formaliter, & secundùm essentiam.

5. Argum.

Resp. duobus modis posse vnam rem includere aliam intra se, vno modo per differentiam inferiorem rei quæ contrahitur, qua

Solutio.

M.C.D. 2018

ratione homo cõtrahit ad se animal per participeps rationis, quod est inferius animali; secundo modo per differentiam illi parem, & æqualem. Quę igitur includunt aliquid per differentiam contrahentem inferiorẽ, non reciprocantur cum natura contracta, quemadmodum animal non reciprocatur cũ homine; quæ verò includunt illud per differentiam contrahentem parem, & æqualem, reciprocantur cum re contracta: at proprietates entis includunt ens per differentiam, (loquimur de differentia, vt etiam ambit modos internos) contrahentem parem, & æqualem, vt vnum contrahit ens per rationem indiuisionis, quæ cum ente conuertitur, & bonum per rationem appetibilis, quæ pari ratione reciprocatur cum ente, & ita proprietates entis reciprocabuntur cum eo.

6. Argum. Ad extremum. Quæ sunt de essentia rei, continentur in diffinitione essentiali explicãte rei naturam, & essentiam; sed ens in nulla diffinitione essentiali continetur, vt constare poterit percurrenti diffinitionem essentialẽ hominis, equi, & aliarum rerum, ergo ens nõ prędicabitur de rebus secundùm essentiam.

Solutio. Resp. Non omnia quę sunt de rei essentia cõtineri in diffinitionibus essentialibus rerum, sed illa tantùm quæ exprimunt gradum aliquem, & conceptum distinctum à rebus diffinitis, & à partibus diffinientibus, vt animal

quod

quod explicat gradum aliquem distinctum, &ab homine,& à rationis participe,continetur in diffinitione hominis. Cùm igitur ens non significet gradũ aliquem, vel conceptũ distinctum à conceptibus suorũ inferiorũ, vt docuimus in cap.vltimis 1. lib. quãuis dicatur de rebus secundùm essentiam,non proinde continebitur in diffinitionibus earũ. Quæ ratio proposita est ab Arist.8.Metaph.cap. 6.vbi inquit ob hanc rationem ens, & vnum non cõtineri in diffinitionibus essentialibus, quia immediate dicuntur de rebus omnibus. Consule Caieta. cap.4.de Ente, & essentia. Arist. Caieta.

Cap. XVIIII. Quem ordinem obtineant proprietates entis inter se.

AD hanc dubitationem explicãdã, animaduertendũ est prius, transcendentia sumi posse, aut secundùm naturam quã significant, aut secundùm ipsorum proprias,& peculiares rationes formales. An notandum est deinde rationem formalem alicuius rei esse conceptum quem de illa re intra mentem efformamus, qui perspicuè refert intellectui rei intellectæ naturam. Cùm autem in vna, & eadem re possint esse multæ ra- Anno.1. Anno.2.

tæ rationes formales, ordine quodã illi cõue
niẽtes, vt homini conueniũt hæ rationes, esse
substantiã, corpus, corpus animatum, & ani
mal particeps rationis, ex quibus primò illi
competit esse corpus, quam animatũ, & esse
animatum, quam esse animal particeps ratio
nis, & ita ille conceptus dicetur prior qui ap
prehendit priorem rationem formalẽ, & ille
posterior, qui apprehendet rationem poste-
riorem.

1. Assertio. His itaque animaduersis sit prima Asser-
tio. In transcendentibus nullus est ordo secũ
dum prius, & posterius, ratione rei, & naturę
significatæ, vnde neq; vnũ ex illis erit prius,
vel posterius altero. Hæc assertio est perspi-
Confir. cua, quam ita suademus. Natura, & res signi
ficata nomine transcendentium, est vna, &
eadem, vt in superioribus docuimus, ergo ra
tione rei significatę nullus erit ordo inter il-
la, cùm ordo non sit vnius, sed multorum.

2. Asser. Secunda Asser. Iuxta proprias & peculia
res rationes formales transcendentium, ens
1. sibi vendicat locũ inter illa. Confirm. his
1. Argum. arg. Primum, ratio subiecti prior est ratione
proprietatum; sed ens est subiectum, reliqua
vero sunt proprietates, ergo ens iuxta suam
rationẽ formalem, erit prius reliquis transcẽ
2. Argum. dentibus. Secundũ, ratio cuiuslibet rei est cõ
ceptus formalis, quem de illa efformamus,
ergo illius ratio erit prior quod primò conci
pitur

pitur ab intellectu; sed ens est illud quod primò concipitur ab intellectu iuxta decreta omnium Philosophorum, ergo illius ratio erit prior ratione aliorum transcendentium. Consule. D. Thom. 1. p. q. 5. art. 2. D. Tho. 3

Tertia Assertio. Vnum antecedit duas alias proprietates entis, verum scilicet, & bonum; itaque illud erit posterius ente, erit tamen prius, vero, & bono. Vt hanc assertionẽ melius intelligere possimus, annotandum est ex. D. Thom. 1. p. q. 11. art. 2. ad, 3. & 10. lib. Metaphy. lec. 4. in apprehensione intellectus hunc ordinem obseruari, nimirum vt prius apprehendamus ens, deinde non ens, mox diuisionem entis à non ente, adhęc indiuisionẽ alicuius rei in se, quę constituit rationem vnius, præterea multitudinem ex vnitatibus conflatam, quas apprehensiones sequuntur deinde, apprehensiones veri, & boni. Ex his ita connecto argumentũ. Illa est prima proprietas entis, quę immediatius consequitur illud; sed vnum consequitur immediatius ens, post non ens, & diuisionem, vt exposuimus; ergo illud antecedet alias entis proprietates. 3. Assertio. D. Thom. 1. Argum.

Rursus, Prius est aliquid esse in se, quàm referri ad alterũ; sed vnum competit cuilibet rei vt est in se, verum autem, & bonum, vt referuntur ad alterum; nam bonum refertur ad appetitum, & verum ad intellectum, ergo vnum erit prius vero, & bono. 2. Argume 4. Assert.

M.C.D. 2018

4. Asser. Quarta Assertio. Verum est prius bono.

D. Thmo. Hanc assertionem his duobus arg. confir. D. Tho. 1. p. q. 16. art. 4. quorum primum est.

1. Argum. Illud quod consequitur esse simpliciter, est prius illo quod consequitur esse perfectum; quia esse simpliciter, prius est esse perfecto; sed verùm consequitur esse simpliciter; nam omne quod obtinet esse simpliciter est natum intelligi, bonum verò consequitur esse perfectum, & absolutũ, illud scilicet, quod natum est appeti, ergo verũ erit prius bono.

2. Argum. Secundũ. Eundem ordinem obseruant obiecta, quem tenẽt facultates; sed facultates quę feruntur in verum, & bonum, & perficiuntur ab eis, hunc ordinem obseruant, vt facultas quæ fertur in verum sit prior ea facultate quæ fertur in bonum; nam in verum fertur intellectus, in bonum autem appetitus, at intellectus prior est appetitu, ergo & verum, & bonum, hunc ordinem inter se obtinebũt, vt verum sit prius bono, secundùm suam rationẽ formalẽ. Dictum est autem secundum suam rationẽ formalẽ, quia si loquamur iuxta ea quę nata sunt perfici ab his duobus trãscendentibus, bonũ est prius vero, 1. communius etenim plura sunt ea quę nata sunt perfici à bono, quam à vero, nam à bono omnia perficiuntur, à vero tamen, solum ea perficiuntur, quę nata sunt habere facultatem intelligendi, & hinc fit, vt omnia appetant bo

Annot.

num

num, verum autem non appetant nisi subsiã tię intelligentes. Annotãt rẽ hanc D. Tho. q. 21. deverit. art. 3. & Conradus in cõmentarijs in primam secundæ. q. 8. art. 1. D. Thom. Conrra.

Quinta Assertio. Bonum vltimum locum obtinet inter transcendentia. Hæc assertio constare poterit ex superioribus. At priuatim esse illud posterius vero, ita ostendimus. Ea quæ sunt compositiora sunt posteriora simplicioribus; sed bonum est magis compositum, quàm verum, ergo erit posterius vero. Confir. assump. Res magis compositæ sunt in se, quàm in intellectu, cùm ea ratione qua sunt in intellectu nanciscantur quẽdam simplicitatis, & immaterialitatis modum, quem non habent in se consistentes; sed bonum conuenit rebus vt sunt in se, verum autẽ vt sunt in intellectu, vt ex Arist. 6. Metaph. cap. vltimo docent omnes Metaphysici, in illa decantata sententia, bonum, & malum sunt in rebus, verum, autem & falsum, sunt in intellectu, ergo bonum erit magis compositũ quàm verum. Superiores assertiones profitetur D. Thom. 1. p. q. 16. art. 4. ad. 2. & q. 21. de verit. art. 3. vbi ita loquitur. *Vnde istorum nominum transcendentium talis est ordo, si secũdùm se considerentur quod post ens est unum, deinde uerum, deinde post uerum, bonum.* & D. Albertus Magnus 1. p. suæ Theologiæ, siue de mirabili scientia Dei. trac. 6. q. 28. Alexander Alensis 5. Assertio. D. Thom. D. Albe. Alex. Alẽ. Soncin. Iauell.

M.C.D.2018

sis. 1. p. quoque suę Theologię. q. 13. membro 2. in solutione dubitationis 4. Soncinas 4. Metap. q. 24. & Iauellus in eodem lib. q. 6. & in tractatu transcendentium cap. 1. qui omnes vno ore profitentur hunc ordinem obseruare transcendentia, vt primum locum obtineat ens, secundùm vnum, tertium verum, & quartum bonum.

Soncl.
Iauel.

Cap. vltimum in quo dissoluũtur quædam argumenta.

VAt tamen aduersus superiores assertiones nonulla argumenta proponenda, ex quorũ solutione illæ multo illustriores reddẽtur. Primum. Omne positiuum est prius priuatiuo; sed vnum significat priuationem diuisionis, bonum autem, & verum, significant naturas positiuas, ergo bonum, & verum erunt proprietates priores vno. Resp. falsam esse propositionẽ si absolutè loquamur, neque enim omne positiuum est prius aut tenebris, aut cæcitate; sed illud positiuũ est prius priuatiuo, quod est illius fundamentum; quemadmodum animal est prius cæcitate, quia est fundamentũ ipsius, & ita ens quod est fundamentum, & subiectum vnius, erit prius vno, bonum autẽ & ve-

1. Argum.

Solutio.

& verum cùm non sint ipsius fundamenta, non erunt illo priora. Secũdum. Illud quod competit rei circunscripto quocunque extrinseco est prius, magisq́; intimum eo quod competit ipsi tantum constituto aliquo extrinseco; sed bonum, & verum conueniunt enti amoto quocunque extrinseco, nam eo ipso quo res aliqua est in rerum natura obtinetq́ue aliquam entitatem, est bona, & vera, cùm sit appetibilis, & intelligibilis, non tamen est vna, nisi constituatur alia res in rerum natura, à qua sit distincta, est enim vnũ illud quod est in se indiuisum, & distinctum à quolibet alio, ergo verum, & bonũ, prius, & magis intimæ conueniunt enti, quam vnum. Resp. In primis de ratione vnius tantũ esse efficere rem indiuisam in se, quod verò faciat eam distinctã à quolibet alio, non est ipsius ratio, sed proprietas quædam ab eo separabilis, vel potius est quidam effectus ab vnitate deriuatus, vnde præclare profecto docuit Alexander Alensis 1.p.q.13.mẽbro 1. vnitati conuenire aliquid secundùm essentiã, & aliquid secundùm effectũ, negatio inquit diuisionis competit illi secundùm essentiã, at verò distinguere rem vnã ab alia competit illi secundùm effectũ. Prętera dicimus duobus modis sumi posse distinctionẽ vnius ab altero, aut secũdùm actum, aut secundùm aptitudinem, si sumatur secundùm

2. argum.

1. Solutio.

Alex. Alẽ.

2. Solutio.

actum

actum, non est de ratione vnius distinguere rem vnam ab altera; si verò sumatur secundùm aptitudinem, erit de illius ratione rem vnam ab altera separare: erit igitur ratio vnius esse natum separare rem vnam ab altera, quod ab eo seiungi nulla ratione potest. Constituta igitur vna sola re in rerum natura illa non minus erit vna, quàm vera, vel bona; quia quamuis secundùm actum à nulla alia distingueretur, nata tamen est vt distinguatur secundùm aptitudinem. Quare quemadmodũ non est de ratione boni, actu appeti, sed posse appeti, neque est de ratione veri, actu apprehendi, sed posse apprehendi ab intellectu; pari ratione non erit de ratione vnius actu distinguere rem vnam ab altera, sed posse distinguere.

5. Argumẽ. Tertium. Illud quod est communius est quoque prius; sed bonum est communius ente, ergo erit prius ente. Confir. assump. quia propositio est perspicua. Bonum suo ambitu complectitur tam ea quæ sunt, quàm ea quæ non sunt: complecti ea quæ sunt, nulli est dubium, complecti vero ea quæ non sunt hac ratione colliginus. Damnati, & illi qui se necant appetunt non esse, sed omne quod appetitur est bonum, iam ergo bonum ambiet illa quę non sunt, ens autem tãtum ambit id quod est, ergo bonum erit prius ente.

Solutio. Resp. breuiter (quia huius argu. difficultatẽ abun-

abundè satis explicabimus lib. 5. agentes de bono) non esse non appeti, neque à damnatis, neque ab ijs qui sibi ipsis mortem conciscunt, primò, & per se, sed per accidens, cũ enim ipsi fugiant maximè miserias, quæ non possunt cohærere cũ esse quod ipsi cupiunt, illas autem fugere nulla ratione possunt, nisi per non esse, ex consequenti, & per accidẽs appetunt non esse.

Quartum. Magis vniuersa priora sunt minus vniuersis; sed bonũ est magis vniuersum quàm verum, ergo erit prius vero. Confirmatur assumptio. Omne verum est quoddam peculiare bonum intellectus, cùm sit perfectio illius; sed bonum in particulari est minus vniuersum, quàm bonum generale, & vniuersum, ergo verum erit minus vniuersum quàm bonum. Resp. verum sumi posse aut in propria ratione veri, aut in ratione boni, sunt enim hæc transcendentia ita inter se permixta, vt vnum dicatur de alio secundùm essentiam, est enim verum, bonum, & bonum, verum, vnum bonum, & verum, & hæc, sunt quoque vnum, si primo modo sumatur verum, vt docuimus, est prius bono; si vero altero modo vsurpetur, bonu erit prius illo. Quemadmodum etiam ipsum bonum si sumatur vt verum quoddam est, inferius est vero, cum sub eo contineatur, quamuis in propria ratione sit illi æquale. Resp. etiam cum

4. Argum.

1. Solutio.

2. Solutio.

M.C.D. 2018

1. Solutio. D. Tho. cum. D. Thom. q. 21. de veri. art. 3. ad. 4. ex hoc arg. tantum colligi bonum esse prius vero in habitudine ad ea quę ab eo perficiũtur, scilicet ad intellectũ, quod nos ingenuè fassi sumus in superiori cap. non tamen colligitur esse prius in propria, & peculiari ratione formali, quod nos diffitemur. Alia argumenta prętermittimus quæ in lib. sequentibus commodius proponentur. Sicque vltimam manũ huic secundo lib. æquum est vt imponamus.

FINIS SECVNDI Libri.

DE

DE ENTE ET EIVS PROPRIETA-tibus.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

VXTA ordinem quem inter se obtinent transcendentia perscriptũ in vltimis cap. lib. superioris post explicatã naturam entis, agendum erit prius de vno quam de alijs duabus ipsius proprietatibus, & ita conabimur in hoc. 3. lib. vnius naturam, & quę illius essentiã consequantur pro ingenij tenuitate, ea tamen qua poterimus diligentia, & perspicuitate, explicare, nihil eorum prætermittentes quæ à grauissimis Philosophis, de hac re cõscripta fuerũt; egerunt enim de vno quãplurimi vt Plato in Parmenide, Arist. 4. & 10. Metaphy. in quibus locis illius interpretes multa pręclarè excogitata conscripserunt. D. Tho. in diuersis

Plato. Aristot.

suæ

D. Thom. D. Alber. Alexã. Alẽ. Theolo. Boet. Picus Miran.

ſuæ doctrinæ locis, tum præſertim. 1. p. q. 11. D. Albertus Magnus. 1. p. de mirabili ſciẽtia Dei. q. 6. tract. 24. Alexãder Alẽ. 1. p. q. 13. reliqui Theologi in 1. diſt. 24. D. Seuerinus Boetius in aureo quodã opere à ſe edito, de Vnitate, & vno, Picus Mirandulanus in lib. de ente & vno, ex quorum omnium limpidiſſimis, & vberrimis fontibus, ea omnia hauriemus, quæ huic noſtro inſtituto, ad naturam ſcilicet vnius explicandam, neceſſaria eſſe vidébuntur.

Cap. 1. Num ens & vnum inter ſe reciprocentur.

VEtus fuit, inter Platonicos, & Peripateticos, olim inſtituta contrauerſia, de ambitu vnius & entis, num ſcilicet ens ſit ſuperius, vel inferius, vel potius ſit eiuſdem ambitus, & æqualitatis cum vno. Platonici enim acerrimè tuẽtur, totiſque viribus confirmare nituntur, vnum eſſe ſuperius ente, eiuſque ambitum plura continere, quam ambitus entis complectatur, incunctanter aſſeuerant, vt tradunt Picus Mirandulanus in lib. de ente, & vno. & Cæſar Scaliger in lib. de Subtilitate ad Cardanum exercitatione. 65. numero 2. Vtuntur autẽ illi. 3. arg.

Opinio Platonis.

Picus Miran. Cæſar Scaliger.

1. Argum.

arg. vt docet Picus ad hanc opinionem ſuadendam. Primum eſt. Deus Optimus Max. eſt vere vnus; at ipſe non eſt ens; quia cùm ens ſit nomen concretum, ſintque nomina concreta talia ab alijs, ſcilicet ab abſtractis, Deus eſſet talis ab alio, & non à ſe, quod quàm ſit falſum, non eſt qui non probè cognoſcat. 1. Argum.

Secundum. Materia prima eſt vna, quemadmodum ex rerum omnium mutuo ortu apertiſsime intelligimus, debet ſiquidẽ in his quæ mutuò oriuntur, eſſe vna, & eadẽ materia, quæ nunc vni, deinde verò alteri formæ ſubijciatur: at materia prima non eſt ens. 1. quia nullũ ſuapte natura continet actũ entis, ſed eſt pura potentia. 2. quia afficitur priuationibus formarum omnium, priuatio autem eſt non ens per ſe. 3. Quia molitur quantum poteſt formarum omnium interitum, ob quã cauſſam malefica nuncupatur; at quod molitur interitum, & non eſſe, qua quæſo ratione poterit eſſe ens? nam ens potius moliri debet entis conſeruationem, quã illius interitum. 2. Argum.

Tertium arg. Vni opponitur multitudo, enti verò opponitur nihil, at multitudo & nihil diuerſa ſunt, neque inter ſe reciprocantur, ens igitur & vnum, erunt quoque diuerſa, neque inter ſe vlla ratione poterunt reciprocari. Hæc ſunt arg. Platonicorum, quibus nos duo alia poſſumus addere, vt demõſtremus ens eſſe ſuperius vno, 3. Argum.

M.C.D. 2018

& ita non posse hæc duo reciprocari inter
4. Argum. se, sit igitur quartum argum. Ens dicitur de multitudine, de qua non dicitur vnum, ergo ens, & vnum non conuertẽtur inter se. Antece. est manifestum. Confir. consequentia, quia ea solùm reciprocantur quæ sunt ita inter se affecta, vt de quocunque enuntiatur vnum, de eodem quoque & alterum enuntietur, quare si ens enuntiatur de multitudine, de qua vnum non potest enuntiari, non
5. Argum. conuertentur illa inter se. Quintũ. In quauis optima diuisione res diuisa non reciprocatur cum vno ex membris diuidentibus, vt perscribunt leges optimæ diuisionis; sed ens diuiditur in vnũ, & multitudinẽ, ergo cùm vnum sit membrum diuidens, non poterit ens reciprocari cum illo.

Cap. 11. Proponuntur diffinitiones vniuꝛ, simulque Platonicorum fundamenta confutantur.

Aristot. CEterùm omnes Peripatetici sequuti Arist. 4. lib. Metaph. cap. 2. aduersus Platonicos verissimè profitentur, ens, & vnum eiusdem esse ambitus, & ita inter se reciprocari, vt de nulla re possit

vnum

vnum eorum dici de quo alterum etiã non enuntietur. Vt tamen hanc opinionem explicemus præfandæ prius erunt diffinitiones vnius, ita enim facilius multo in hac quæstione explicanda progrediemur. Vnius igitur vel vnitatis variæ traduntur à Philosophis diffinitiones. Seuerinus Boetius in libello de vnitate, & vno, in primis verbis cap. 1. & in postremis cap. 2. ita diffinit vnitatem. Vnitas est qua vnaquæque res dicitur esse vna. Licuit autem Boetio ad hunc modum diffinire vnitatem; quemadmodum licuit Arist. in categoria qualitatis diffinire qualitatem à qua quales nominamur, etenim cũ hæ res sint omnium communissimæ, non possunt exactissimis diffinitionibus comprehendi; sed sunt describendæ per earum effectus formales, vt ex illis manuducamur ad latentes, & obscuras essentias intelligendas. Erit igitur hæc definitio petita ab effectu formali vnitatis; qui est rem vnam efficere.

1. Diffinitio vnitatis ex Boe.

Cæsar Scaliger in lib. de Subtilitate aduersus Cardanum, exercitatione 65. numero 5. ex Henrico ad hunc modum diffinit vnitatẽ. Vnitas est priuatio diuisibilitatis in se, & cõmunicabilitatis in alio. In qua diffinitione duas priuationes constituunt hi authores esse de essentia vnius, vnam diuisionis, & alteram communicabilitatis, erit igitur vnum in se indiuisum, & alteri incommunicabile.

2. Diffinitio ex Scaligero, & Henrico.

Communis tamen diffinitio vnius est. Vnũ est illud quod est in se indiuisum, & distinctum à quolibet alio. Quam diffinitionem vt intelligamus annot. est ex D. Tho. 1. p. q. 11. art. 2. ad 4. & 1. Sent. dist. 24. q. 1. art. 3. ad 2. & 10. Metaph. lect. 4. in apprehensione intellectus, quod primò se offert cognoscendum, esse ens, deinde non ens, tertio diuisionem vnius entis ab alio ente, quarto vnũ, & quinto multitudinem. Est igitur vnum priuatio diuisionis vnius entis ab alio ente, quæ nomine indiuisionis exprimitur, vnde quemadmodũ priuationes plæreque consequũtur formã, vel habitũ, vt cæcitas consequitur visum, & tenebræ lumen, ita quoque vnum consequitur diuisionem, & hæc priuatio est quæ exprimitur per primam partem diffinitionis, in qua dicimus vnum esse illud quod est in se indiuisum. Secunda pars est, & distinctum à quolibet alio, quã omnes illi qui constituunt aliquid esse transcendens, docẽt esse extra rationem vnius, cùm hoc sit proprium transcendẽtis ad aliquid, distinguere rem vnam ab alia, & non vnius. Verùm cùm nos in. 1. lib. cap. 2. docuerimus ad aliquid non esse transcendens distinctum ab ente, & vno, dicimus hanc particulam rectè adhibitam esse in diffinitione vnius, vt vltimam illius rationem, & essentiam, quæ est distingue re rem vnã ab altera, nobis explicet. Quod

D. Tho.

vt ex-

vt explicemus obſeruandum eſt, duobus modis poſſe rem vnam ab altera eſſe diſtinctã, ſecundùm naturam, vno modo ſecundùm actum, & altero modo ſecundùm poteſtatẽ, Quando ergo conſtituimus vltimam rationem vnius eſſe diſtinguere rem vnam ab altera ſecundùm eſſentiam, intelligi debet ſecundùm aptitudinem, & non ſecundùm actũ, diſtinguere enim ſecundùm actum, potius eſt quidam effectus conſequens naturã vnius, vt docuit Alexander Alenſis 1. p. q. 13. art. 1. quam illius natura. Vnde quemadmodum in quantitate eſt de illius eſſentia poſſe diſtinguere vnam rem ab altera ſecundùm ſitum, & locum, actu tamen diſtinguere, eſt quidam effectus ab hac natura deriuatus, pari ratione poſſe diſtinguere vnam rẽ ab altera ſecundùm eſſentiam, erit natura vnius, diſtinguere verò ſecundùm actũ erit ipſius effectus. Conſtitutis itaque his diffinitionibus, ſit hæc aſſertio. Ens, & vnũ ſunt eiuſdem ambitus, & æqualitatis, & reciprocantur inter ſe, ita vt de quauis re vnum dicatur, neceſſariò & reliquum debeat prædicari. Vt hanc aſſertionẽ confirmemus euertenda erunt inprimis Platonicorum fundamenta, quibus ducti doeuerunt vnũ eſſe ente ſuperius, illis enim euerſis, facillimum erit confirmare aſſertionem. Ob duas itaque rationes poriſsimas Platonici exiſtimarunt

Alxã. Alẽ.

1. Aſſertio

M.C.D. 2018

vnum esse ente superius. 2. Quia Deus iuxta illos est vnus, qui tamen non est ens. Altera quia materia prima est vna, & non est ens. Quæ duæ rationes quàm sint futiles, & par ui momenti, ex his licebit colligere. Atque vt à prima auspicemur, falsum est Deũ non èsse ens, imo nulla alia vel magis accommodata, vel magis propria appellatio Deo tribui potest quã ipsum esse ens, & id quod est; vt ex illis verbis Exo. 3. *Ego sum qui sum, & qui est misit me ad uos.* in quibus tãquam propriũ & peculiare nomen Deus Opt. sibi tribuit esse ens, & id quod est, colligi apertissime potest. Præterea vt aduersus Platonicos cum Platone disputemus, quis quæso apud eum qui eius monumenta vel leuiter legerit, dubitare poterit, appellationem entis simpliciter, esse Deo Opt. Max. tribuendam? In Sophista enim, & in Timeo, res corporeas non verè esse, res autem spiritales (quarum suprema est ipse Deus) solas verè esse profitetur. Adhæc in eodem Sophista, & Parmenide, Deum vnum, & ens appellat, nec inueniri illi naturæ inestimabili, quæ nec diffinitione claudi, nec cogitatione teneri, nec notitia aut verbis capi potest, aliquod nomen quo aptius, vel magis accommodatè possit nuncupari, quàm esse id quod est, & vnum. Legerat sanè Plato plerosq; libros Hæbreorum, præsertim verò Moysi, vt D. Iustinus

Plato.

Martyr

Martyr in exhortatorio ad Gẽtes, D. Theodoretus in lib. de Græcorũ affectionibus, & Euſebius Cæſarienſis in lib. de Prępara-tione Euangelica ſunt teſtes locupletiſsimi, ex quib⁹ multa hauſit quę in ſuis operibus dein de fœliciter collocauit, vt ſunt ea quę ad mũdi exordiũ, & creationem, & quæ ad Dei appellationẽ ſpectant. ex illo enim loco Exodi 3. Ego *ſum qui ſum*, mutuatus eſt diuinũ nomẽ, quo Deũ eſſe id quod eſt, apertiſsimè profitetur, vt D. Auguſt. 8. de Ciuitate Dei cap. 11. & D. Iuſtinus Martyr in ſuperiori loco docent. Hæc etiã fuit aliorum Philoſophorum qui ætate Platonem antecesſerunt ſententia atque opinio, vt Xenophanis, Parmenidis, & Meliſsi. De Xenophane enim refert Ariſt. in eo lib. quem de Zenone, Xenophane, & Gorgia conſcripſit, ipſum conſtituiſſe id quod eſt ætenrum, infinitum, vnum, omni noq; ſui ſimile, & immobile, intelligens nomine eius quodeſt Deum, cui ſoli rationes infiniti, æterni, vnius, & immobilis poſſunt conuenire. Parmenides etiã & Meliſus, conſtituẽtes id quod eſt eſſe vnum, & immobile, nomine eius quod eſt, Deum intellexerunt, qui eſt vnus, immobilis, & omnino immutabilis, vt teſtatur Simplicius 1. Phyſico. cap. 2. Neq; enim nomine eius quod eſt intelligere potuerunt hæc inferiora, cùm ſenſu conſpiciamus, illa eſſe multa, caduca, varijsque mutationi-

D. Iuſtinus Mart. D. Theo. Euſebius Cæſar.

Parmen. & Meliſus.

Simpli

tationibus obnoxia, neq; de Parmenide præ-
sertim hoc credere fas est, viro quem Plato
in Theæteto, & Sophista vocat magnum, sa-
pientem, acrem, generosum, patrem, & ma-
gistrum Socratis, & vtẽtem pulcherrimis ra-
tionibus ad disputandum. Refert etiam Eu-
sebius Cæsariensis lib. 11. de præparatione
euangelica cap. 7. ex Plutarcho, fuisse olim
postibus templi Apollinis Delphici, à sapiẽ-
tissimis viris conscriptum. *Cognosce tei ipsum.*
Qua oratione Deus eos qui religionis ergô
templum ingrediebantur, admonebat vt se-
ipsos agnoscerent, propriamque naturam
inspicientes, intuerentur esse illam fluentẽ,
varijs mutationibus obnoxiam, magisq; non
entis, quàm entis participem. Ingredientes
verò Deum hac altera oratione resaluta-
bant. *Tues.* quasi dicerent, profitemur inge-
nuè nos mortales esse, caducos, magisq; non
entis, quàm entis participes, qui non fuimus,
neque erimus aliquando. Te autem solum
esse profitemur, tibique appellationem en-
tis iure conuenire, in te enim nihil caducũ,
vel labile, sed omnia semper constant, in te
neque præteritum, neque futurum cadere
vlla ratione queunt, cùm semper sis, omnia-
que tempora tuo latissimo ambitu comple-
ctaris. Constat igitur Deum Opt. Max. sim
pliciter, & absolutè debere ens nuncupari,
primumque Platonicorum fundamentum

Eusebius Cæsar.

Anima ad-te hæc.

ex his

ex his omnino corruisse. Vide quæso si tibi per tempus licuerit Augustinum Eugubinum lib. 3. perennis Philosophiæ, cap. 7. & 9. & Ludouicum Viues, in commentarijs in cap. 11. lib. 8. de Ciuitate Dei. Eugubin. Ludouicus Viues.

Rursus quàm infirmum sit alterum fundamentum illorum ex his colligi apertissime poterit. Primò, quia si materia prima est non ens, cùm ex materia prima omnia componantur & ex ea constent, sequeretur ex nõente res esse constitutas, & ita ex non ente, vel ex nihilo, aliquid fieret, quod communi consensui Philosophorum aduersatur, vno ore constituentium ex non ente, vel ex nihilo nihil fieri; sed quæcunque fiunt ex aliquo fieri. Deinde materia prima est vera, & legitima substantia, vt constat ex 7. Metaph. capite 3. & ex secũdo de Anima cap. 1. in quibus locis diuiditur substantia singularis, in materiam, formam, & totum compositum, erit ergo illa verum ens. Adhæc, esse illud ex quo insito aliquid fit, recipere in se formas tanquam commune omnium earũ subiectum, esse veluti earundem matrẽ, complexu suo, & sinu omnes fouentẽ, non enti nulla ratione possunt adaptari, at hæc omnia tribuũtur materç primæ à Platone in Timeo, in quo loco constituit materiam similẽ esse matri, formam proli, & causſam producentem parenti, igitur materia prima non erit

Reijcitur 2. fundamentum Platonicorum, suadeturq. 3. argum. materiã primã esse ens.

1. Argum.

2. Argum

3. Argumẽ.

M.C.D. 2013

Plotini testimoniū.

non ens. Plotinus præterea Platonicorum grauissimus, Aeneade 2. lib. 4. fere toto lib. præsertim verò cap. 6. multis rationibus nititur suadere, constituendum esse commune aliquod subiectum in rebus naturalibus, ex quo omnia fiant, & ratione cuius in se inuicē transmutentur, viciſsimque alia ex alijs oriātur, hocque esse materiam primam, erit igitur illa ens, neq; ei poterit non entis per se, appellatio vlla ratione conuenire. Funditus igitur euersum supereſt alterum Platonicorum fundamentum.

Cap. III. In quo vera sententia Peripateticorum explicatur.

VErsis igitur illorum fundamētis, assertionem constitutā in cap. superiori, confir. inprimis testimonio grauissimorū Philosophorum, illam enim profitetur Plato his verbis in Parmenide. *Neque enim ens uni, neque unum enti deest; sed duo hæc potius per omnia coæquantur.* Eandem noster Arist. 4. lib. primæ Philosophiæ cap. 2. constituit, vbi & hæc duo inter se reciprocari, & significare vnam, & eandem naturā

Platn. Arist.

duabus

duabus propoſitis rationibus (quas deinde trademus)confir. D. Dionyſius eandem do cet in vltimo cap. de nominibus diuinis ita dicens. *Nihil exiſtentiũ eſt non participans uno.* & D. Seuerinus Boetius in libello de vnitate,& vno,& lib.3. de Conſolatione Philoſophica,proſa 11.illam apertiſsime profitetur,vt innumeros alios Philoſophos præter mittam,qui nobiſcum idem ſentiunt. D.Dionyſ. D. Seuerinus Boe.

Prætereaillam confirmamus his argum. Primum eſt petitum ex D. Tho. 1. p.q. 11. art. 1. Omne ens vel eſt ſimplex,vel compoſitũ; ſi fuerit ſimplex eſt omnino indiuiſum, & actu,& poteſtate, cùm nullas habeat partes in quas poſsit diuidi; ſi verò fuerit compoſitum tamdiu illud retinet entitatem, quamdiu illius partes ſunt indiuiſæ , & inter ſe copulatæ; ſed quidquid eſt indiuiſum eſt vnum,ergo omne ens erit vnum. Confir. hoc arg. ex his quę tradit D. Seuerinus Boe tius in libello de Vnitate,& vno . In rebus compoſitis eſſe à nulla alia cauſa fluit,quàm ab vnione formæ, cum materia , vnde veteres diffinierunt eſſe , exiſtentiam formæ in materia; ſed ex hac vnione reſultat vnum,ergo nullũ erit eſſe materiale ſaltim, quod conſtatur ex materia,& forma,quod non participet vnitate, quare & inter ſe hæc duo conuertentur. Rurſus res omnes,quemadmodũ naturali propenſione appetunt eſſe , eadem propen 1. Argum. D.Tho. Boet. 2. Argum.

M.C.D. 2013

propenſione feruntur vt appetant vnitatẽ, cum ſoluta vnitate illico intereat eſſe, vt in rebus naturalibus conſpicimus, in quibus ſoluta vnitate materiæ, & formæ, ſtatim perit ipſarum eſſe, ergo ens & vnum eiuſdẽ erunt ambitus, cùm vnum ſine altero appeti nulla ratione queat.

3. Argum. Ad hæc Deus eſt in ſe vnus, ergo & omne ens erit quoque in ſe vnũ. Confir. conſequentia, entitas in Deo & in alijs à ſe, eſt eadem ſecundùm analogiam, debent igitur eędẽ proprietates conſequi vtramque entitatem ſecũdùm analogiam; ſed Diuinam entitatem conſequitur vnitas, ergo & entitatem creaturarum conſequetur itidem vnitas; quare omne ens erit vnum.

2. Aſſertio. Secunda Aſſertio. Vnum eſt vera, & legitima proprietas entis. Contrariam ſententiã amplexus eſt Zimara in theorematibus, Opinio Zimarę. in eo theoremate in quo explicat, nũ ea quæ eadem generatione generãtur, ſint vnum & idem. Cenſet enim vnum non eſſe verã proprietatem entis. Verùm aſſertionem in hunc modum confirmamus. Primo, Vnum reciprocatur cum ente, & fluit ab illius natura; ſed quidquid reciprocatur cum aliquo ſubiecto, & fluit ab eius natura, eſt ipſius proprietas, ergo vnum erit vera, & legitima proprietas entis. Præterea conſtitutum eſt in libro ſuperiori in ente conſtituendas eſſe aliquas pro-

Confir. Aſſertio. 1. Argum.

2. Argum.

proprietates veras, & legitimas demonstrabiles; sed nulla alia potiori iure potest in illo constitui quam vnum; quia vnum est quod primo enti inest, & quod de ipso per veram demonstrationem concluditur, ergo vnum erit vera proprietas entis.

Aduersus tamen hanc assertionem obijciet aliquis primo, ens rationis non est proprietas entis rei; sed vnũ est ens rationis, ens autem quod est subiectum harum proprietatum vnius, boni & veri, est ens rei, ergo vnum non poterit esse proprietas entis. Resp. in primis falsam esse assump. Quia ens quod est subiectum harum proprietatum, abstrahit ab ente rei, & rationis vt in lib. 1. docuimus, & ita poterit obtinere proprietates rei; vt sunt actus & potentia, principium, & quod ortum habet ab illo, &c. & rationis, vt sunt vnum, verum & bonum, ex quibus prima significat priuationem, aliæ verò duæ denotant relationem rationis, ad appetitum, & intellectum. Respon. etiam. Vnum in recto non significare ens rationis, significat enim vnitatem secundùm formam, vnitas verò entitatem significat in recto, & indiuisionem in obliquo, quare vnum non erit omnino ens rationis cum in recto includat entitatẽ, quæ iuxta propriam rationem non est ens rationis; hanc tamen solutionem postea abunde satis explicabimus.

Argume. 1. aduersus hanc asser.

Solutio.

Solutio. 2.

Obi-

5. Argum. Zimaræ. Obijcit secundò Zimara. Ens & vnum eadem generatione, & simul generantur, vt docet Arist. 4. Metaphy. cap. 2. sed subiectum & illius proprietates non simul generantur; quia subiectum prius natura generatur quã proprietates, ergo vnum non erit proprietas entis.

5. Solutio. Resp. quidam in proprietatibus rei veram esse assump. nimirum subiectum prius natura generari quàm proprietates; in alijs verò demonstrabilibus esse falsam, quia hæ non producuntur à subiecto per veram, & Physicã actionem, neque distingũtur ab eo secundùm rem, quemadmodum aliæ priores: vnum autem non est proprietas entis rei, sed demonstrabilis, quare ens non generabitur prius natura quam vnum. Possumus etiam

6. Solutio. Respon. in ente prius natura generari subiectum, quàm generentur illius proprietates, non enim ita dicuntur generari simul quasi vnũ non prius natura generetur quàm aliud, sed quia in eodẽ momento temporis generẽtur.

Argum. Quod si quis vrgeat, nullum igitur erit discrimẽ inter subiectũ & alias proprietates, & inter ens & suas proprietates respectu generationis; quia quemadmodum ens, & eius proprietates simul tẽpore oriuntur, non tamẽ simul natura, ita quoq; homo & illius proprietates simul tẽpore oriuntur non tamẽ simul natura.

Solutio. Resp. esse disparẽ rationẽ, quia prioritas naturæ quæ interuenit inter subiectum

ctum, & alias proprietates, eſt prioritas cauſæ efficientis Phyſicæ ſecũdùm actum, prioritas verò quæ intercedit inter ens, & eius proprietates, eſt prioritas rationis formalis, vel cauſæ in eſſendo ſecundùm virtutem, nõ tamen ſecundum actum, & ita magis ſimul generabuntur ens & ipſius proprietates, quã generentur homo, & illius proprietates, eo quod eſt minor prioritas naturę inter ea quę ob rationem aliquam formalem ſunt priora, quàm inter ea quæ ſunt priora, ob rationem cauſæ efficientis Phyſicæ.

Cap. IIII. In quo diſſoluuntur argumẽta Platonicorum propoſita in cap. I.

DVgnauimus hactenus aduerſus Platonicos pro Peripateticis, verùm quia in cap. 1. non nulla argumẽta quæ à Platonicis traduntur propoſuimus, erũt illa à nobis hoc loco diſſoluenda, vt ex illorum ſolutione noſtra, eaq; veriſsima opinio, illuſtrior appareat. Ad. Primum argumentum Reſpondemus, duobus modis poſſe aliquid eſſe ab alio, efficienter, & formaliter; efficiẽter habet candidum eſſe à producente candore in pariete, formaliter verò habet eſſe à can- Ad 1. arg.

à candore. Efficienter, Deus à nullo habet esse, cùm supra se nullam obtineat causam efficiẽtem; formaliter verò ab aliquo potest obtinere esse; nam Deitate est Deus, & paternitate pater; & ita ea ratione qua Deus est ens habet esse ab alio formaliter, scilicet abentitate, ratione cuius tanquã forma communi; omne ens est id quod est. Hæc tamen ratio, & aliæ rationes formales, non sunt distinctæ à Deo secundùm rem, sed secundũ solam rationem, quare non habebit Deus esse ab alio à se distincto secundùm rem in genere causæ formalis, sed seipso secũdùm rem erit ens. Consule D. Thom. 1. p. q. 40.

D. Thom. Ad 2. Arg. Ad 1. cõfir.

in solutione 1. arg. Ad 2. resp. negantes assumptionem. Ad confirmationes vero ita resp. Ad primam dicimus, materiam primã nullum suapte natura continere actum Physicum, & existentiæ; continere tamen actum Metaph., & essentiæ, & ita nuncupatur pura potẽtia, non quod sit expers omnis actus, sed quia est expers actus existentiæ: verùm non rectè colligitur materiam primam non esse ens, quia non habet actum existendi, cũ ens non solam existentiam, sed essentiam

Ad 1.

etiam significet. Ad 2. resp. potius ex ea colligi nostram opinionem, quàm ipsorum sententia confirmetur, quia priuationes alicui enti tanquam fundamento inniti debent, vt cæcitas inest animali, & tenebræ aëri, quare

si ma-

si materia prima afficitur varijs priuationibus formarum, erit necessariò ens. Dicimus igitur ad confirmationem materiam primã ratione priuationũ esse non ens per accidẽs, ipsam tamen ex se, & suapte natura, esse ens per se, vt docuit Aristoteles. 1. Phy. capite 8. Ad 3. resp. materiam primam non moliri interitum entis in communi, ita enim & suum interitum quoque moliretur; sed moliri interitum huius, aut illius entis priuati, quemadmodum vnum contrarium molitur interitum alterius, vt calidum interitum frigidi, cùm tamen vtrumque contrarium sit ens. Vnde autem proueniat in materia prima moliri interitum omnium formarũ, non est huius instituti explicare, illud autem explicabimus 1. Physi. cap. 9. Ad 3. arg. resp. negando consequentiam: nã vt aliquid contrarietur vniquod alteri non contrariatur, sat est inter illa duo esse distinctionem rationis, quemadmodum vero contrariatur falsum, & bono malum, cùm tamen bonum, & verum inter se sola ratione distinguantur. Vnde quamuis enti contrarietur nihil, & vnitati multitudo, solùm colligitur ens, & vnum inter se sola ratione distingui, non tamẽ aut esse diuersa secundùm rem, aut non esse eiusdem ambitus, & æqualitatis. Ad 4. resp. negando antecedens. Quia vnum non minus dicitur de multitudine quàm ens, cùm quælibet

Ad 3.

Ad 3. arg.

Ad 4.

M.C.D. 2018

libet multitudo sub aliqua vnitate debeat necessario comprehendi, vt diccmus cum D.

Confu. Tho. in solutione sequenti. Quod si quis dicat, vnum contrarium non potest dici de altero; sed vnum, & multa sunt contraria priuatiuè, ergo vnum non poterit dici de

Solutio. multitudine. Resp. ex D. Tho. 1. p. q. 11. art.

D. Thom. 2. ad 1. & 10. lib. Metaph. lect. 4. vnum, & multitudinē sumi posse, aut ratione formæ, aut ratione materiæ, forma vnius est indiuisio, multitudinis verò diuisio, materia vnius est ens, vt denotat in obliquo indiuisionem, multitudinis vero est quoque ens, ea ratione qua denotat diuisionē vnius ab altero. Quãuis igitur vnum non efferatur de multitudine ratione formæ; (qua ratione inter se sunt opposita priuatiuè) quia indiuisio non effertur de diuisione; effertur tamen ratione materiæ; eo quod multitudo conflatur ex entitatibus, quæ nomine vnius exprimuntur. Quemadmodum etiam corpus ratione formæ, quę est non viuens (qua ratione opponitur animali, cuius forma est viuens) non dicitur de animali, at ratione materiæ, vt significat entitatem, & naturam quandam imperfectam, quæ nata est perfici à natura animalis, dicitur de illo. Ad quintũ resp. Aegi-

Ad 5. solu. 1. Aegidij. dius Romanus 4. Metaph. q. 6. ad 2. arg. duplicem esse diuisionem, vnam in qua mẽbra diuidentia sunt permixta inter se, & alterã

in qua

in qua sunt membra diuidẽtia inpermixta. In ea igitur diuisione in qua membra diuidentia sunt inter se inpermixta, non potest vnum membrum reciprocari cum re diuisa, quemadmodũ in diuisione animalis in particeps, & expers rationis, in qua hæc membra longe inter se distant, absque vlla permixtione, neutrum membrũ per se, & seorsum sumptum, reciprocatur cum animali. At in diuisione in qua vnum membrum confunditur, & permiscetur cum altero, optime potest vnum ex membris diuidentibus reciprocari cum re diuisa; quemadmodum ens diuiditur in bonum, & malum, ita tamẽ vt bonum confundatur, & permisceatur cũ malo, non enim est aliquod malũ, in quo non reperiatur bonum, quia fundamentum mali est ipsum bonum, vt fundamentum cæcitatis quæ est mala, est animal, quod est bonũ, & fundamentum tenebrarum quę sunt malæ, est aer, qui est bonus: in qua diuisione alterum ex his membris, scilicet bonum, conuertitur cum ente. Eadem ratione cùm vnũ permisceatur cum omni multitudine, quia non est multitudo quæ non participet vno, in diuisione entis in vnum, & multitudinem, alterum membrum, scilicet vnum, conuertetur simpliciter, & absolutè cum ente. Acuta quidem, & accommodata solutio. Resp. tamen possumus ex D. Tho. 1. p. q. 11. art. 1. ad 2.

21 Solutio. ex D. Tho.

M.C.D. 2018

ad 2. diuisionem entis in vnum, & multitudinem, esse in vnum simpliciter, & in multa secundùm quid, quia multitudo non continetur sub re diuisa, scilicet sub ente, nisi ea ratione qua continetur sub vno, & participat vnius naturam, nã quæ sunt multa partibus, sunt vnum toto, & quæ sunt multa accidẽtibus, sunt vnum subiecto, & quæ sunt multa numero, sunt vnũ specie, & quæ sunt multa specie, sunt vnũ genere, & quę sunt multa genere, sunt vnum analogia, vt præclare testatum nobis reliquit D. Dionysius 5. cap. de nominibus diuinis, quare optimè poterit in diuisione entis in vnum, & multitudinem, alterum membrum, scilicet vnum, conuerti cum ente simpliciter, & absolutè: nam lex illa in qua perscribunt Dialectici non posse in optima diuisione vnum membrum conuerti simpliciter, cum re diuisa, intelligi debet in diuisione, in qua res diuisa diuiditur in vtrumque membrum simpliciter, & absolutè.

D. Diony.

Cap. V. Qua ratione vnum distinguatur ab ente.

D. Thom.

AVicenna vt referunt Auerroes, & D. Tho. 4. lib. Meta. cap. 2. in ea est opinione vt existimet ens, & vnum, reipsa esse distincta, censet enim vnitatẽ esse

esse quantitatem, & accidens additum naturæ entis, eo modo quo alię quantitates addũ tur, illius naturæ. Vnde quamuis inquit recte proceˉtur ens, & vnum, & de omnibus efferãtur, reipsa tamen differunt, quemadmodum quãuis subiectum, & illius proprietates inter se conuertantur, vt homo, & capacitas disciplinæ, reipsa tamen distinguuntur. Hanc tamen opinionem acriter reprehendit Auerroes, & merito quidẽ. Primo in eo quod asserit vnum reipsa distingui ab ente. Deinde ex eo quod constituit vnitatem transcendentẽ, contentam esse in categoria quantitatis. Verúm quia de posteriori in cap. sequentibus disputabimus, in hoc cap. priorem partem ęquum est vt labefactemus, veramq́; Arist. & aliorum Peripateticorum opinionem explicemus.

Reprehenditur Auicenna ab Auerroe.

Sit igitur prima assertio. Ens, & vnũ sunt vna, & eadem res, eandemque essentiam significãt. Hanc assertionem profitetur Arist. 4. Metaphy. cap. 2. D. Thom. in commentarijs illius loci. 1. p. q. 11. art. 1. 1. lib. sent. dist. 24. q. 1. art. 3. & in alijs plerisque locis, Auerroes 4. Metap. cap. 2. D. Albertus Magnus tract. 1. 4. lib. Metaph. cap. 1. & 1. p. Theologiæ, tract. 6. q. 24. Alexãder Alensis. 1. p. q. 13. mẽbro. 1. & reliqui Theologi. 1. lib. sent. dist. 24. & Metaphy. 4. Metaphy. quæ his tribus arg. confir. Primũ est petitũ ex Arist. Quæ sunt

1. Assertio.

Aegidius q. 2. [illegible] dus, Argentina. Capreo. q. [illegible] ex Metaph.

M.C.D. 2018

Suessanus q. 2. Soncl q. 11. Iauel lus q. 2. & Aquarius q. 5.

eadem vni tertio, sunt eadem inter se, sed ens, & vnum, sunt eadem vni tertio, ergo erunt eadem inter se. Confir. assump. ens, & vnũ, sunt eadem cum homine, cũ equo, & cum alijs huiusmodi rebus, nã ens homo, & vnus homo; ens equus, & vnus equus, sunt vnũ, & idẽ, ergo ens & vnum, erunt eadẽ vni tertio. Secundu arg. est eiusdem. Quæ gene-

2. Argum. rantur eadem generatione, & intereunt eadẽ corruptione, sunt vnum, & idem; sed ens, & vnum sunt huiusmodi; nam quando generatur ens, generatur etiam vnum, & quando interit ens, interit quoque vnum, & è conuerso, quando generatur vnum, generatur ens, vt quando generatur vnus homo, generatur homo, & quãdo interit vnum, interit quoq; ens, vt quãdo interit vnus homo, interit quoque homo, ergo ens & vnum, significant vnã,

3. Argum. & eandẽ naturam. Tertiũ arg. est Auerrois, si vnũ esset aliquod accidens superadditũ naturæ entis, progrederemur in infinitũ, atqui nullus potest dari progressus in infinitũ, ergo vnum non erit aliquod accidens superadditum naturæ entis. Confir. prop. si vnum significat naturam aliquam superadditam enti, vel illa esset ens, vel nihil, sed apertum est nõ posse esse nihil, erit igitur ens; sed omne ens est vnum, quia ens, & vnum reciprocantur, vt idem Auicẽna profitetur, ergo huiusmodi res super addita erit vna; quærendum est

igitur

igitur iterum, num illa sit ens, vel nihil, cumque non sit nihil, erit ens, & cum omne ens sit vnum, illa quoque natura erit vna, iam ergo vel deueniendum erit ad naturam entis, quę sit eadem cum natura vnius, vel progredien dum erit in infinitum.

Secunda assertio. Vnum ratione differt ab ente. 2. Assertio.

Confir. his arg. Primum Vnum, & ens habent se eo modo quo se habent principium, & causa, vt auctor est Arist. 4. Meta. cap. 2. sed principium, & causa quamuis subiecto sint idem, ratione tamen differunt, vt est idem auctor. 5. Metaph. cap. 7. ergo ens & vnum ratione distinguentur. 1. Argum. Aristot.

Secundum. Ratio vnius est esse indiuisum, ratio verò entis est habere esse; sed hæ sunt rationes diuersæ, ergo ratio vnius diuersa erit à ratione entis. 2. Argum.

Præterea si non distinguerentur ratione, sed potius essent vnius, & eiusdem rationis, quando ita dicimus, vnum est ens, commiteremus apertam nugationem, quia bis idem, & sub eadem ratione repeteremus, quod tamen est omnino falsum. Reuoca ad memoriã ea quę in superiori lib. docuimus de distinctione entis à suis proprietatibus. 3. Argum.

Cap. VI. in quo 3. argumenta dissoluuntur.

M.C.D. 2018

Fferunt se tamen aduersus ar-
gumẽta primæ assertionis nõ
nullæ obiectiones dissoluen-
dæ, videntur enim illa inniti
infirmis fundamẽtis, atque vt
à primo auspicemur, aduersus illius propo-
sitionem ita argumentor.

1. Argum. Actio, & passio sunt eadem vni tertio, nam sunt vnus, & idem numero motus, vt auctor est Aristoteles tertio Physicorum capite 1. quæ tamẽ non sunt eadẽ inter se, imo maxime differunt, cùm differant genere categoriæ. Præterea, animal, & particeps rationis, sunt quoque eadem vni tertio, scilicet homini, at non sunt eadem inter se, cum neque animal sit de conceptu rationis participis, neque rationis particeps sit de cõceptu animalis, falsa est igitur illa propositio in qua dictũ est, illa esse eadem inter se quę sunt eadem vni tertio.

2. Argum. Argumentamur deinde aduersus propositionem secundi argumenti. Subiectum & ipsius proprietates generantur eadem generatione, & intereunt eadem corruptione, vt est perspicuum; sed subiectum, & proprietates, non sunt vnum, & idem, imo potius sepè reipsa distinguũtur, vt homo reipsa distinguitur à capacitate disciplinæ, non ergo illa erunt eadem quæ eadem generatione oriuntur, & eadem corruptione intereunt. Ad ex-

3. Argum.

quo,

tremum ago aduersus tertium arg. peccat enim illud fallacia figuræ dictionis, mutando quo, in quod, quia illa dispositio superaddita qua media ens est vnum, non est id quod est vnum, sed est id quo ens dicitur vnũ, quando ergo ita argumentamur. Si illa dispositio superaddita enti, reipsa differt ab ente, ergo vel erit ens, vel nihil, non erit hoc secũdum, ergo erit illud primũ; sed omne ens est vnũ, ergo illa erit vna, & ita progrediemur in infinitum, fallaciter colligimus; quia quamuis sit ens, non tamen erit vna, sed erit illud quo medio ens dicetur vnum. Quemadmodum si ita argumẽtaremur, si nix est candida per candorem suæ naturæ superadditum, ergo vel ille candor erit cãdidus, vel non erit, hoc secundum dici non potest, ergo candor erit candidus, vel ergo per qualitatem superadditam, vel per suam naturam; si per qualitatem superadditam, ergo idem quod prius, vel illa erit candida, vel non, quare progrediemur in infinitum, quod si non fuerit per qualitatem superadditam, ergo iam erit aliquid candidum per suam naturam. Si inquã ita argumentaremur, fallaciter colligeremus, mutãtes quo, in quod, nã cãdor non est candidus, sed est id quo aliquid est candidũ, & ita quando rogamus vel candor erit candidus, vel non, sistere ibi debemus, quia vbi est quod, & quo, sistendum est in quo. His

tamen obiectionibus hac ratione satisfaci-
Ad 1. mus. Ad primam resp. propositionem tra-
ditam in argumento, intelligendam esse de
his quę sunt eadem vni tertio, secundùm rẽ,
& secundùm rationem, vt sunt vestis, & in-
D. Tho. dumentum, authore D. Tho. 1. p. q. 28. art.
3. ad 1. in his siquidem verũ est ea quæ sunt
eadem vni tertio, esse quoque, eadem inter
se; at actio, & passio non sunt eadem secun-
dùm rem, & rationem, cum motu, cùm alia
ratio sit actionis, vel passionis, & alia motus,
& ita non erũt eadem inter se. Præterea di-
cimus ea quæ sunt eadẽ vni tertio esse quo-
que eadem inter se, eo modo quo sunt eadẽ
in tertio, & ita cùm actio, & passio sint eadẽ
cùm motu secundùm rem, differant tamen
ratione ab eo, erũt quoque eadẽ inter se se-
cundùm rem, different tamen ratione. Ad
alteram confirmationem eodẽ modo resp.
Animal, & particeps rationis differre ratio-
ne ab homine, quia quamuis hæc duo in-
cludantur in conceptu vltimo, & quidditā-
tiuo hominis; tamen quia homo non inclu-
ditur in conceptu quidditatiuo illorum, dif-
ferent ratione ab eo, & ob hanc causſam non
erunt eadem inter se animal, & particeps ra-
tionis. Lege alias explicationes huius axio-
matis apud Theologos, 1. p. q. 28. art. 3. vt
Caieta. M. Bañes. Bartholo. Torres. apud Caieta. M. Bañes, Bartholomeum Tor-
rẽs, & alios, & apud Soncinatem 4. Metaph.
q. 22.

q.22. Ad ſecundum reſp. intelligendam eſſe propoſitionem de his quæ generantur ex æquo, ita vt vnum non prius quàm alterum generetur, vt ſunt homo, & Thomas; at ſi nõ ex æquo generantur, quamuis generentur eadem generatione, non erunt vnum, & idẽ, & ita cùm ſubiectum; & proprietates non ex æquo generentur, nã primò, & per ſe generatur ſubiectũ, proprietas verò poſterius, & quaſi per accidens, ob hanc cauſſam quã vis oriantur eadem generatione, & intereãt eadem corruptione, non erunt vnum & idẽ. Ex hac tamẽ ſolutione Zimara in ſuis theorematibus in eo loco quem in cap. 3. huius lib. propoſuimus colligit arg. ad confirmãdum vnum non eſſe proprietatẽ entis. Quia illa quæ non ex æquo generantur, non ſunt vnum, & idem, quamuis eadem generatione generẽtur; ſed ſubiectũ, & proprietates non ex æquo generantur vt docuimus, ergo ſubiectum, & proprietates non erunt vnum, & idem, & ita ſi vnũ eſſet proprietas entis, non eſſet idem cum ente, quod & rei veritati repugnat, & Ariſt. 4. Metaph. cap. 2. Huic tamen argumento iam ſatisfecimus in eodem cap. 3. Conſule quæ in eo loco docuimus.

Poſſumus etiam eidem arg. præcipuo ſatisfacere, ſi dicamus ſubiectum, & proprietates non generari eadem generatione, etſi generentur ſimul; nam quamuis ſit eadẽ actio

Ad 2.

Zimara.

Ariſto.

Solutio 2. Argumẽ.

qua

qua generatur ſubiectum, & qua generãtur proprietates, in illa tamen ſunt duæ rationes, ſcilicet generationis ſimpliciter, & ſecũdum quid, inter ſe multum diuerſæ, animaduertendæ, etenim vt illa actio terminatur ad ſubiectum, dicitur generatio ſimpliciter, vt autem terminatur ad proprietates nunquam ſecũdum quid, quare verè, & propriè, vel formaliter (vt dicunt loquendo,) ſubiectum, & proprietates non generantur eadẽ generatione.

Ad 3. Ad tertiam quę proponitur ab Antonio Andrea 4. Metaph. q. 3 & ab alijs Scotiſtis, vt Reſpon. annotandum eſt, argumentationem aliquam poſſe eſſe vitioſam ſimpliciter & abſolute, quæ tamen ratione materiæ eſt accurata, quemadmodum argumentatio ex duabus aientibus in ſecunda figura eſt vitioſa ratione formæ, quætamen eſt aliquando accurata ratione materiæ, quando ſcilicet ſumuntur in argumentatione termini pares, & æquales, & ita Ariſttoteles 1. Phyſi. cap. 5. vtitur argumẽtatione ex duabus aientibus in ſecunda figura, probaturus ſiquidem prima principia eſſe contraria, ita argumentatur. Prima principia ſunt quæ nõ fiunt ex alijs, neque ex ſe inuicem, ſed omnia ex illis oriuntur; ſed prima contraria, ſunt quæ non fiunt ex alijs, neque ex ſe inuicẽ, ſed omnia ex eis oriuntur, ergo prima contraria

Ariſt.

erunt

erunt prima principia,& per conuersionem simplicem prima principia erunt contraria. Igitur quamuis absolute loquẽdo formæ nõ sunt id quod sunt, sed quibus medijs alia sũt, neq; possint seipsas vlla ratione denominare,quemadmodum candor nõ est idquod est candidum,neque denominat seipsum candidum;at in formis transcendentibus, in quibus abstracta prædicantur de concretis, & concreta de abstractis; dicimus enim vnum esse vnitatem, & vnitatem esse vnam, bonum esse bonitatem,& bonitatem esse bonam,& bonitatem esse vnam, & bonum esse vnitatem,& sic in alijs,ratione materiæ. In huiusmodi naturis, efficaciter colligimus,si quippiam est vnum per vnitatem superaddi tam,illam vnitatem cùm sit ens,esse quoque vnam neque est sistẽdum in quo vt sistimus, in candore, quia vnitas est vna, & vnum est vnitas,at candor non est id quod estcandidũ, neque id quod est candidum potest esse candor;& ita argumentum propositum efficax erit ratione materiæ,quamuis ratione formę non semper coucludat;neque vllo vitio fallacię laborat vt illi perperam,& parum memores præceptorum Dialecticæ arbitrãtur: vnde merito Augustinus Nimphus Sucssanus in comentarijs in lib.de structio destructionu Auerrois, disputatione. 5. inquit hos Philosophos ex imperitia artis differendi, quæ perscri-

M.C.D. 2018

Lege Caie. 1. p. q. 11. art. 1. explicantem solutionem 1. argumẽ. D. Tho.

perscribit non nullas argumentationes esse optimas ratione materię quæ non sunt optimæ ratione formæ, hanc argumentationem reprehendisse, est siquidem illa proposita à viris eruditissimis, vt à. D. Thom. Auerroe, D. Alberto Magno, Aegidio Romano, Argentina, & ab alijs, qui in illa nullam fallaciã inspexerunt, cum essent alioquin eo intellectus acumine à natura ornati, vt in proponendis, tum Philosophicis, tum Theologicis rationibus, oculis propemodum linceis viderentur.

Cap. VII. Qua ratione distinguatur vnum transcendens ab vno quod est principium numeri.

IN superioribus cap. exposuimus Auicennam in ea esse opinione vt existimet, Vnũ transcendens nulla ratione distingui ab vno quod est principiũ numeri, arbitratur enim ille vnum transcendens esse accidens quoddam, ad quantitatis genus spectans, ab ente reipsa distinctũ, quare cùm hoc sit vnum quod est principium numeri, nulla ratione differet vnum transcendens, ab vno, quod est principium numeri.

Cæte-

Cęterũ vt veram ſententiam explicemus ſit 1. aſſertio. Vnũ quod eſt tranſcendẽs, non eſt illud quod eſt principium numeri categoriæ quantitatis. Hanc aſſertionem aduerſus Auicen. his arg. confir. Primũ. Quæ ſunt in vna categoria non poſſunt in alia categoria ſecũdùm eſſentiam contineri, alioquin enim categoriæ eſſent inter ſe confuſæ, & permixtæ; ſed vnitas tranſcendens continetur in omnibus categorijs, quemadmodũ & ens cuius eſt proprietas, ergo vnitas categoriæ quãtitatis non erit illa quæ eſt traſcendens, cùm ſit illa infra limites ſolius categorię quantitatis, ſecundùm eſſentiam comprehẽſa. Secundum. Proprietates ſimplices entis conuertuntur eũ ente, ſed vnitas quantitatis, non conuertitur cum ente, ergo vnitas quãtitatis non erit vnitas tranſcendens. Propoſi. eſt perſpicua. Confirmatur aſſumptio. Illa quæ continentur in certa, & determinata categoria, non conuertuntur cum ente, ſed vnitas quantitatis continetur in certa, & determinata categoria, ergo non conuertetur illa cum ente. Ad extremum, Quod competit rebus ſecundùm eſſentiam, non poteſt à quantitate (cùm ſit accidens) prouenire; ſed indiuiſio entis in qua eſt conſtituta tota ratio vnius tranſcendentis, competit rebus ſecundùm eſſentiam; quia quęlibet res ſecundùm eſſentiã eſt indiuiſa, ergo hæc indiuiſio non proueniet

1. Aſſertio.

1. Argum.

2. Arg.

3. Arg.

3. Argum.

ueniet à quantitate, & ita vnũ quod cõprehẽditur in categoria quantitatis, diuersum erit ab eo quod constituimus esse transcendens.

1. Argum. Secunda assertio. Vnum quod est principium numeri non differt secundùm re vno transeendenti, differt tamen secundùm rationẽ. Primam partem ita confirmamus.

2. Assertio. Ens transcendens effertur secundùm essentiam de vno quod est principium numeri, nam vnum quod est principium numeri secundùm suam essentiam est in se indiuisum, at hæc est ratio vnius transcendentis; sed illa

3. Argum. non differunt reipsa ex quibus vnum dicitur de alio secundùm essentiam, ergo vnum quod est principium numeri, non distinguetur reipsa ab vno transcendente. Deinde eadem est ratio entis, & vnius transcendentis; quia hæc duo ex æquo, & pari ratione de rebus omnibus prædicantur; sed ens dicitur secundùm essentiam de vno, quod est prin-

Confir. 2 pars 1. arg. cipium numeri, neque differt ab eo secundùm rem, ergo & vnum transcendens dicetur de eo secundùm essentiam, & non distinguetur reipsa ab illo. Secundam partem hac ratione demonstramus. Si ens, & vnum non distinguerentur saltim ratione, quando ita diceremus, vnum quod est principium numeri est vnum secundùm essentiam, committeremus apertam nugationem; nam idẽ

2. Argum. secundùm rem, & rationem nomine subie-

cti, & attributi significaremus, quod tamen quâ sit falsum, omnibus est satis perspicuũ. Præterea vnius, & entis est diuersa ratio, ob quam distinguuntur inter se ratione, vt in superioribus capitibus exposuimus, ergo cũ non sint magis eadem vnum transcendens & numericum quàm ens, & vnum, inter se quoque illa ratione distinguẽtur. Vnde colligere poterimus vnum, quod est principiũ numeri, addere aliquid vnitati transcenti, nam inter ea quę ratione differunt, necessariò debet aliqua additio interuenire. Quid tamen addat vnum numericum, est maximè difficile ad explicandum inter viros eruditos. Quidam enim existimant addere entitatem aliquam positiuam, constituunt enim eo distingui hæc duo genera vnius, quod vnum transcendens solam negationem, vel priuationem significet, vnum verò numericum, præter hanc negationem significet rationem aliquam quantitatis positiuam. Sententiam hanc amplectuntur Auerroes 4. Metaph. cap. 2. D. Tho. 1. p. q. 11. art. 1. ad 1. & 1. lib. Sent. dist. 24. q. 1. art. 3. q. 9. de potẽtia art 7. & quodlibeto 10. q. 1. art. 1. Aegidius Romanus, & Tho. Argentina in hoc eodem loco, ex 1. Sent. dist. 24. ille q. 2. hic verò q. vnica art. 1. Capreo. ibidem q. 1. conclu. 1. Paulus Soncinas 4. Metaph. q. 25. & lib. 10. q. 3. Alij verò cẽsent vnum numeri-

2. Argum.

Consect.

Cõtrouersia de eo quod addit vnum numericũ vnitati trãscendenti.

1. Opinio.

Auerroes.
D. Tho.
Aegidius.
Argentina.
Capreo.
Sonci.

2. Opinio.

M.C.D. 2018

cum non addere enti, & vnitati transcenden
ti nisi indiuisionem, quæ vel est negatio, vel
priuatio diuisionis in quãtitate; vnde quem-
admodum vnum transcendens significat in-
diuisionem in communi, per quam ratione
separatur ab ente, ita quoque vnitas nume-
rica denotabit indiuisionem coarctatam ad
categoriam quantitatis, per quam ratione
separetur ab ente, & ab vnitate transcendẽ
Duran. te. Hæc sententia placuit Durando in 1. dist.
24. q. 2. quam etiam alijs vetustioribus pla-
cuisse idem profitetur. Præterea ex his qui
sequuntur priorem opinionem, quidam ar-
bitrantur illud quod additur, esse rationem
mensuræ in vno numerico, ratione cuius se-
paratur ab vno transcendente, in qua sentẽ-
D. Thom. tia extitisse videtur D. Tho. 1. Sent. dist. 24.
q. 1. art. 3. & præsertim in solutione 4. in
qua ferunt extitisse Herueum. Alij verò con
stituunt illud additum esse quantitatem con
iunctam rei quantæ, ea ratione qua est indi-
uisa. Hęc sententia placuit Soncinati in loco
Explica- citato ex 10. lib. Metaph. Cæterum vt no-
tur vera stram sententiam explicemus annotandum
opinio. est prius, in vnitate categorię quãtitatis duo
reperiri, materiam scilicet, & formam; ma-
teria est quantitas ipsa coniuncta, forma ve-
rò est indiuisio in quantitate, est enim indi-
uisio forma omnis vnitatis, tam transcendẽ-
tis, quàm numericæ. Obseruandum est etiã
mensu-

mensuram sumi frequenter pro relatione quadam, & habitudine ad rem mensuratã, sunt enim relata tertij generis illa quæ referuntur secundùm mensuram, & mensuratũ; & sumi interdum pro fundamento, vel causa huius habitudinis, quibus obseruatis sit tertia assertio.

Illud quod addit vnum numericum enti, vel vni transcendenti, secundùm materiam est aliquid positiuum, secundùm formam verò est quippiam priuatiuum. Prima pars satis est perspicua, cùm materia vnius numerici sit quantitas coniuncta, quæ quippiam est positiuum. Alteram verò partem confirmamus ex innumeris propemodũ locis Aristot. in quibus semper cõstituit rationẽ, & naturam vnius, esse indiuisionem, constare hoc poterit ex 1. Phy. cap. 2. 4. Metaph. cap. 2. 5. cap. 6. & 10. cap. 1. quod si ratio communis vnius est indiuisio, quæ est priuatio diuisionis, proculdubio & ratio vnius numerici erit priuatio diuisionis in quantitate coniuncta. Præterea ratio naturæ superioris reperiri debet in suis inferioribus, quamuis contracta, & limitata; sed ratio vnius transcendentis, quod vnum superius est, secundùm essentiam ad vnum numericum, est priuatiua, est enim indiuisio, vt constat ex his locis Arist. ergo & ratio vnius numerici, erit priuatiua secundùm formam.

3. Assertio.

1. argumẽ.

Arist.

2. Argum.

M.C.D. 2018

4. Assertio. Quarta assertio. Esse mensuram non est de essentia vnitatis numericæ, sed est quædã proprietas ab eius natura dimanãs. Primam partem constituimus cum Aegidio, Durando, Argentina, & Soncinate, in superioribus

1. Argum. locis, quam ita suademus. Nullum relatum secundùm esse est de essentia entis absoluti; sed mensura est relatum secundùm esse, etenim relatio mensurę ad mensuratum constituit relata tertij generis, vt asserit Arist. 5 Metaphy. cap. 15. ergo cùm vnitas numerica sit ens absolutum, cùm contineatur in categoria quantitatis, quæ est absoluta, esse

Confirmatur 2. pars. mensuram non erit de illius essentia. Secundã verò partem, esse scilicet proprietatem, con-

1. Argum. Cap. 2 firmamus ex Arist. qui 10. lib. Metaphy. constituit, & confirmat rationem mensuræ primo conuenire vnitati numericæ, quæ in categoria quantitatis comprehenditur, & deinde deriuari ad alias categorias; quare cùm esse mensuram non sit illius essentia, neque accidens commune, erit illius proprietas.

2. Argum. Deinde si vnitas numerica in seipsam ducatur, metitur numerũ, vt si quater in se ducatur, metitur numerum quaternarium, & si ducatur quinquies, metietur numerum quinarium, & sic in alijs numeris, ergo esse mensuram conueniet vnitati numericæ tamquã proprietas ab eius natura dimanans. Verum hanc rem vberius postea explicabimus, agen-

tes de

res de contrarietate interueniente inter vnū & multitudinem.

Ex hac assertione colligimus sequentem, quę sit quinta. Illud quod addit vnum numericum vnitati transcēdenti, non est ratio mēsuræ. Confir. hac ratione. Illud quod addit vnum numericum vnitati transcendenti est de essentia vnius numerici; sed confirmatum est rationem mensuræ non esse de essentia vnius numerici, ergo illud quod addet non erit ratio mensurę. Quod si quispiam nobis obijciat authoritatem D. Tho. ex. 1 lib. Sentent. dist. 24. q. 1. art. 3. in hoc cap. adductam; vnitatem numericam addere vnitati transcendenti rationem mensuræ. Respondendum erit. D. Thom. seipsum explicasse in solutione ad 4. inquo loco distinguit in vnitate numerica id quod est, à ratione mensuræ; vnde quāuis addat rationem mensuræ alteri vnitati transcendenti, non tamen addit illam secundùm id quod est, aut secúdùm essentiam, sed tamquam quandam proprietatē ab eius natura promanantem, nos verò in hac quæstione, & assertione, tantum inuestigamus illud quod addit vnum numericum secundùm essentiam, constituimusque huiusmodi additum non esse rationem mensuræ.

5 Asser. Confir. Argumen. D. Tho. Solutio.

Sexta & vltima assertio. Illud quod addit vnitas numerica vnitati transcēdenti est quātitas coniuncta rei quātę, vt est in se indiuisa.

6. Asser.

M.C.D. 201

Dicimus inprimis esse quantitatem coniunctam, quia tam vnitas, quàm numerus categoriæ quantitatis, tantùm reperiuntur in his quæ sunt affecta quantitate coniuncta, vt auctor est. D. Thom. in eo loco quem nunc proximè proposuimus. Dicimus deinde vt est in se indiuisa, nã cùm in vnitate numerica reperiantur duo, & materia, & forma, materia est quantitas coniuncta, forma verò est illius indiuisio; quemadmodum in vnitate transcẽdenti, materia est entitas, forma verò est indiuisio secundùm entitatem. Hanc assertionem profitemur cum Soncinate in superiori loco, & cum Aegidio Romano. 4. Metaphy. q. 9. quam vt probe intelligamus, annotandũ est primo ex Soncinate, quantitatem coniunctam alicuius indiuidui, vt Dominici, aut Thomæ, sumi posse duobus modis, primo ea ratione qua efficit partem extra partem in eodẽ toto, & est extensa, obtinetque positionem, & situm in loco. Secũdo ea ratione qua est in se indiuisa, & diuisa à qualibet alia. Cæterum vt distinctionẽ facilius intelligamus, obseruandum est iterum ex Aegidio, quantitatẽ coniunctã sumi posse aut vt est perfectio subiecti in se, & absolutè sumpti; nimirum ea ratione qua efficit illud, & reddit in se indiuisum, & distinctum à quolibet alio secundũ numerum; aut ea ratione qua est perfectio ipsius in ordine ad partes, efficiens vnã

Soncin. Aegidius.

Annot. 1.

Anno. 2.

Partem

partem extra alteram, in eodem toto. Si igitur ſumatur quantitas coniuncta alicuius in diuidui ea ratione qua eſt perfectio totius in ordine ad partes, efficiendo vnam extra alteram, non habet rationem vnius, cùm hac ratione non obtineat rationem indiuiſionis, ſi verò vſurpetur altera ratione, ea ſcilicet qua eſt perfectio totius in ſe, & abſolutè ſũpti, vt cõſtituit illud in ſe indiuiſum numericè, & diſtinctum à quolibet alio, obtinet veram, & legitimam rationem vnius numerici, & hoc poſitiuum eſt quod addit vnum numericum, vnitati tranſcenti. Confirmatur aſſertio his duobus argumentis. Primũ. Illud eſt vnum quod eſt in ſe indiuiſum, & diſtinctum à quolibet alio; ſed quælibet res affecta quantitate coniuncta, eſt in ſe indiuiſa ſecũdùm numerum, & diſtincta à qualibet alia, ratione quantitatis coniunctæ, neque enim aliunde quàm à quantitate poteſt obtinere indiuiſionem, ergo quantitas coniuncta erit (in his quę afficiũtur quantitate) vnitas numerica. Secundum. Illa eſt vnitas numerica ſecundùm eſſentiam, qua ſola collocata in his quæ numerantur conſtituit numerum; ſed collocata ſola quantitate coniuncta omnibus alijs amotis in equo, conſtituit ille numerum cum boue, & leone, ergo quantitas coniuncta erit vnitas numerica.

Confirmatur aſſertio 2. arg. 1.

2. Argum.

Cap. VIII. In quo quædam argumenta aduersus superiora dissoluuntur.

2 Argum. SVnt tamẽ aduersus ea quę docuimus nonnulla argumenta proponenda. Primũ est. Illud quod non continetur in definitione essentiali, quæ explicat quid res sit, est accidẽs rei diffinitæ; sed vnitas transcendens non continetur in definitione essentiali alicuius rei, quemadmodum in diffinitione hominis intuemur arpertissimè, in qua non comprehenditur vnitas, ergo vnitas transcendens erit accidens, & ita erit eadem cum ea quæ continetur in categoria quantitatis. Resp. Iauellus duplex esse accidens; vnum categoriæ, vel vt dicunt prædicamentale, & aliud prædicabile, illud scilicet quod non est de essentia rei, neque dicitur in primo modo dicendi per se: si igitur loquamur de accidente categoriæ, neganda est propositio, quia multa sunt quæ non continentur in definitionibus essentialibus, quæ non sunt accidentia huius generis: quemadmodum in definitione circuli non continetur aurum, vel æs, cùm tamen neque aurum, neque æs sint accidentia inhærentia. Si verò loqua-

Solutio 4. Met. q. 7.

loquamur de accidente in altera ſignificatione, admittimus totam collectionem argumenti, ſcilicet vnitatẽ tranſcendentẽ eſſe accidens, quia nõ eſt de eſſentia rei, neq; in primo modo dicẽdi per ſe, ſed in ſecũdo, prędicatur qemadmodum & omnes aliæ proprietates prædicantur in hoc ſecũdo modo; hinc tamen non recte colligit Auicen. vnitatem tranſcendentem eſſe accidens contentum in categoria quantitatis, cùm dentur multa accidentia, (ſumpto accidente in hac ſignificatione) quæ non continẽtur in categoria quãtitatis, vt ſunt omnes proprietates quæ deſtinantur ad eſſendum, quemadmodum in ſubſtantia eſt, eſſe per ſe, & in materia prima potentia, vel appetitus ad formas ſubſtãtiales ſuſcipiendas. Præterea dicimus falſam eſſe propoſitionem, quia ens non continetur in aliqua diffinitione eſſentiali, quod tamen non eſt accidens rei diffinitæ. Ratio autem quare ens, & vnum quamuis non ſint accidentia rerum quæ diffiniuntur, non continentur in earum diffinitionibus, tradita fuit ab Ariſt. 8. Metaph. cap. 6. eſt autem illa, quia in diffinitionibus vna pars diffiniẽs addere debet nouum, & diſtinctum naturæ gradum, ab altera parte diffiniẽte, vt in diffinitione hominis, animal addit nouum, & diſtinctũ gradũ, à participe rationis, cumq; ens neq; vnum addant diſtinctũ gradum

Alia Solu.

Ariſtot.

M.C.D. 2018

alicui rei,(cùm immediatè de omnibus prę-
dicentur)ob hanc rationem non compræhē
dentur in diffinitionibus essentialibus, quā-
uis non sint accidentia rerum quæ diffiniū-
tur. Secundum arg. Si vnitas transcendens
sæpius in seipsam ducatur, constituit aliquē
numerum, vt si decies in seipsam ducatur
constituit numerum denarium, & si septies
septenarium; sed numerus est quantitas deiū
cta, ergo vnitas transcendens ex qua nume-
rus conflatur, erit quantitas deiuncta. Con-
fir. Principium continetur reductiue in cate
goria in qua continetur illud quod ortū ha-
bet ab illo; sed numerus qui ortum habet ab
vnitate transcendenti, tanquam à principio
continetur in categoria quantitatis, ergo &
vnitas quoque transcendens in eadem cate-
goria continebitur. Resp. duplicem esse nu-
merum, vnum transcendentem, & alterum
categoriæ quantitatis; numerus transcendēs
est qui conflatur ex vnitatibus transcenden-
tibus, ex illis scilicet quæ consequuntur in-
tima, & essentialia rei attributa; quantitatis
verò nuncupatur ille qui cōstituitur ex vni-
tatibus quantitatis, nimirū ex illis quæ con-
sequuntur quantitatem coniunctam rerum
quæ ex materia componuntur. Reuocanda
sunt ad memoriam ea quæ de vtroque nu-
mero, & vtraque vnitate conscripta fuerūt
à nobis lib. 1. cap. 4. diuisione 4. Si igitur lo

ll quamur

ℰ. Argum.

Confir.

Solutio.

quamur de numero transcendẽte falsum est illum in categoria quantitatis esse compræhensum; diuagatur siquidem ille per omnes categorias, se seq; per omnia genera rerum diffundit, & hunc constituit vnitas transcendens, in seipsam sæpius ducta. At si de numero quantitatis loquamur admittimus illum contineri in categoria quantitatis, cæterum hic non conflatur ex vnitatibus transcendẽtibus; sed ex alijs eiusdem categoriæ. Ad confir. resp. vnitatem transcendentem esse principium numeri transcendentis, & ita quemadmodum numerus transcendens non continetur in certa aliqua categoria, neque vnitas transcendens continebitur in aliqua determinata natura; at verò vnitas numerica cùm sit principium numeri quantitatiui, in categoria quãtitatis continebitur reductiue. Tertium. Vnitas numerica est vna, vel ergo est vna secundùm suam essentiam, vel per aliquod accidens superadditum; si fuerit vna secũdùm suam essentiam, ergo non distinguetur ab vnitate transcendente; quia nihil potest distingui ab eo quod sibi competit secũdùm suam essentiam: si verò fuerit vna per entitatem superadditam, illa entitas erit proculdubio vna, vel ergo erit vna secundùm essentiam, vel per aliquod superadditũ, si per suã essentiam, ergo non distinguetur ab vnitate transcendente, si verò per aliquod superaddi- 3. Argum.

M.C.D. 2018

additum, in infinitum progrediemur, quod cùm sit absurdum, sequitur eandem esse vnitatem numericam, & transcendentem. Resp. pon. vnitatem numericam esse vnam vnitate transcendenti, non per aliquam entitatem superadditam, sed per suam naturam, ex hoc autem tantum colligitur has vnitates non distingui secundùm rem, non tamen colligitur non distingui secundùm rationem, aut non distingui tamquam includens, & inclusum, eo modo quo exposuimus.

Solutio.

4. Argum. Quartum. De ratione vnitatis est indiuisio; sed de ratione quantitatis coniunctæ est diuisio; diffinitur enim quantitas. 5. Metaph. cap. 13. quæ diuidi potest in ea quæ insunt, ergo illud quod vnitas numerica addit vnitati transcendenti; non erit quantitas coniuncta rei quantæ, cùm illud quod addit debeat esse quippiam indiuisum. Hoc arg. nititur Iauellus labefactare sententiam Soncinatis in vltima assertione à nobis explicatam. Illi tamen resp. quantitatem coniunctam sumi posse, aut ea ratione qua est perfectio subiecti in se, & absolute sumpti; aut ea ratione qua perficit ipsum in ordine ad partes; si primo modo sumatur, falsum est de ratione quantitatis coniunctę esse, posse diuidi in partes; sed eius ratio est, efficere subiectum indiuisum secundùm numerum, & distinctũ à quolibet alio. Si verò altero modo vsurpetur, conueniet

Solutio

quanti-

quantitati coniunctæ secundùm essentiam diuidi posse; At ratio vnitatis non competit quantitati coniunctæ hac secunda ratione, sed altera prima. Vrget tamen Iauellus aduersus hanc solutionem. Quod conuenit rei secundùm essentiam, semper illi conuenit, quauis ratione vsurpetur; sed diuidi posse cõpetit quantitati secundùm suam essentiam, ergo quauis ratione sumatur semper illi conuenet, & ita in ordine ad subiectum secundùm se sumptum, illi conuenet, vnde neque hac ratione poterit quantitati coniunctæ conuenire ratio vnitatis numericæ. Verùm huic argumento ita satisfacimus, veram esse propositionẽ, si illud quod competit rei conueniat illi absolutè sumptæ, vt homini competit esse animal particeps rationis; si verò illi conueniat in habitudine ad alia, falsa erit propositio, in omnibus enim relatis secundũ essentiam reperitur referri ad alterũ, quod non competit illis quauis ratione vsurpẽtur, sed ea ratione qua referũtur ad suum correlatum. Posse autẽ diuidi non competit quãtitati, nisi in habitudine ad alia, scilicet ad partes integrantes totius, & ita non conuenit ipsi quauis ratione vsurpetur; ea præsertim qua refertur ad subiectũ in se consideratum.

Arg. Iauel.

Solutio.

(?) Cap.

Cap. VIIII. Sit ne ratio vnius positiua, vel priuatiua.

CONtrouersia est (nec quidem leuis) apud viros eruditos de ratione essentiali vnius, sit ne illa positiua, vel potius priuatiua, aut negatiua. Quidam enim è quorum numero est Scot. 4. Metaph. q. 2. Antonius Andreas q. 3. & alij Scotisatores, acerrime tuentur rationem formalem vnius, non esse priuatiuam, sed positiuã, & hanc rationem positiuam esse quam addit enti, arbitrantur.

Scotus?
Antonius Andreas.

Communis tamen opinio Philosophorũ est, rationem vnius non esse positiuam, sed negatiuam, vel priuatiuam; est enim illa indiuisio, quæ nihil aliud quàm negationẽ diuisionis significat. Amplectuntur hanc sententiam D. Tho. 4. Metaph. cap. 2. p. q. 11. art. 1. D. Albertus Magnus 4. Meta. tract. 1. & 1. p. Theologiæ tract. 6. q. 24. mem. 2. Alexander Alensis 1. p. q. 13. membro 1. Aegidius Romanus 4. Metaph. q. 8. & in 1. dist. 24. q. 2. Argentina in eodem loco q. 1. Durandus q. 1. Capreolus q. 1. Caiet. cum alijs recentioribus 1. p. q. 11. art. 1. Soncin. 4. Metaph. q. 23. Iauel. q. 8. & 10. q. 1. Flãdren.

Opinio cõmunis.
D. Thom.
D. Alber.
Alexã. Alẽ.
Aegidius.
Argenti.
Duran.
Capreol.
Caietan.
Soncinas.
Iauellus.
Flandren.
Aquarius.

drensis in eodem 4. q. 3. art. 8. & Aquarius q. 3.

His opinionibus propositis vt veram sententiam explicemus annotandum erit, vnũ secundùm formam significare vnitatẽ, quẽadmodum candidum significat candorem; vnitas autem significat entitatẽ indiuisam, entitatem tanquam materiam, indiuisionem verò tanquam illius formam, quare in vno aliquid continebitur tanquam materia, & aliquid tanquam forma. Anno.

Sit igitur prima assertio. Vnum ratione materiæ non significat naturam aliquã priuatiuam, sed positiuam. 1. Assertio.

Confir. hac ratione. Materia vnius est ens; sed ens significat naturam aliquam positiuam, ergo vnũ ratione materiæ significabit naturã aliquam positiuam. Assump. est perspicua, confir. propositio. In omnibus proprietatibus, subiectum obtinet locum materiæ; sed ens est subiectũ vniius, veri, & boni, ergo obtinebit locũ materiæ, in habitudine ad has proprietates. Confir.

Secunda assertio. Vnum ratione formæ significat negationem, vel priuationem. Nomine formæ intelligimus vltimam vniusrationem, ratione cuius, & ab ente, & ab alijs proprietatibus quæ sub eo continentur separatur: omnes enim in ratione entis conueniunt, separantur tamen inter se in proprijs, & peculiaribus rationibus: hanc igitur ratio- 2. Assertio.

nem

nem per quam vnum separatur ab alijs constituimus esse priuatiuam, vel negatiuam; non autem positiuam. Confir. his duobus argu.

1. Argum. Primum. Indiuisio non significat naturam aliquam positiuam, sed negatiuam, vel priuatiuam; atqui vnum nihil aliud significat quã indiuisionẽ, aut quod idẽ est, negationẽ diuisionis, vnum igitur non significabit naturam aliquam positiuã. Confir. assump. ex Arist. qui in omnibus locis in quibus sese obtulit occasio disputandi de vno, semper constituit illius rationem esse indiuisionẽ, constare hoc poterit ex lib. 5. Metaphy cap. 6. in quo iuxta interpretationem Pericnij ita loquitur.

Verba Ari. *Generatim enim & uniuersè quæ diuisionem, disiunctionemq; non habent hoc ipso quod nõ habẽt, unum dicuntur*, &. 10. lib. Metaphy. cap. 1. apertius multò idem profitetur his verbis, capiti finem inponens. *Itaq; Vnum esse, est esse indiuiduum aliquod.*

2. Argum. Secundum. Vnum secundùm suam formam addit enti aliquam rationem; sed hęc ratio non est positiua, ergo ratio vnius secũdùm formã nõ erit positiua. Propositio est perspicua, ex his quæ in superiori lib. docuimus, ens scilicet, & vnũ inter se ratione ratiocinata distingui. Confir. assump. hęc ratio non est eius rei, qui si esset, proculdubio distingueretur vnum ab ente secũdùm rem, aliquid enim in propria ratione contineret secundum rem, quod non contineretur sub ratione

tionc entis, erit ergo ens rationis; sed non est relatio quædam vel habitudo, vt bonum denotat habitudinem ad appetitum, & verum ad intellectū, ergo erit negatio vel priuatio: Quia ens rationis ex cōmuni consensu Philosophorum, vel est relatio, vel negatio, vel priuatio.

Ita docet D. Tho. q. 21, de Veritate arti. 1. & ad 2. & nos idē docuimus in 1. lib. cap. 4. diuisione 1.

Verùm cùm in vno duo reperiantur, entitas scilicet, & indiuisio, dubitatio est, significet ne magis entitatem quam indiuisionem, vel è conuerso indiuisionem magis quam entitatem. Quidam enim censent magis significare indiuisionem quàm entitatem. At Capreol. in 1. dist. 24. q. vnica, ad. 1. Sco. aduersus. 1. assertionē, Sonci. 4. Meta. q. 23. & in 1. dist. 24. q. vnica conci. 2. & alij arbitrātur magis significare entitatē quàm indiuisionē, imo entitatem significari putant nomine vnius in recto, indiuisionem verò in obliquo, veluti quandam limitationem, & determinationē illius, quorum opinionem amplectimur libētissime, atque ita vt illam explicemus sit tertia Asser.

Capreo. Scotus. Soncinas.

Quamuis vnum secundùm formam & essentiam significet entitatē indiuisam, multo tamen magis entitatem quam indiuisionem significat. Primam partem scilicet significare entitatem indiuisam secundùm essentiam, fere omnes ingenuè profitentur & merito quidem; quia ratio, & essentia vnius neque est so-

3. Assertio.

la entitas, in hac enim bonum, & verum etiã conueniunt, neque sola indiuisio, sine entitate, ita enim esset nihil, etenim quod non includit entitatem nihil est, & non ens, quare erit entitas indiuisa vt ita ratione entitatis fiat extra nihil, ratione verò diuisionis, à bono, & à vero distinguatur. Ex hac re intelligere poterimus qua ratione sit vnum proprietas entis, nũ vt separatur, vel vt est præcisum ab eo, vel an vt in sua intima, & essentiali ratione illud includit. Dicendum enim erit, duobus modis posse vnũ esse præcisum ab ente, primò ita vt ratio entis sit omnino ab illo separata; secundo ita vt includat illius rationem, addat tamen propriam, & peculiarem rationẽ indiuisionis, eo modo quo dicimus totum esse prẹcisum à sua parte, & includens ab incluso, quia totum includit suam partem, additque illi propriam, & peculiarem nobilitatem. Primo modo non potest vnum esse proprietas entis, eo quod hac ratione est nihil, & non ens, at non ens non potest esse proprietas entis. Secũdo verò est illius proprietas, quia includit entitatem, addítque illi propriam rationem indiuisionis, non tanquam aliquid ab ea distinctum, sed tanquam aliquid quod apertius multo gradum aliquem entis exprimit, qui nomine entis confusa quadam, & obscura ratione exprimebatur.

Explicatur qua ratione vnũ sit proprietas entis.

Lege Capreo. in loco superiori.

Alteram partem eiuſdem aſſertionis, nimirum vnitatem magis, atque præcipue ſignificare entitatem, quàm indiuiſionẽ, ſuadeo inprimis egregio quodam teſtimonio D. Tho. petito ex q. 9. de potentia art. 7. ita enim loquitur. *Vnum quod conuertitur cum ente non addit ſupra ens niſi negationem diuiſionis, non quod ſignificet ipſam indiuiſionem tantum; ſed ſubſtantiam eius cum ipſa; eſt enim unum idẽ quod ens indiuiſum.* Ex quo loco aperte ſatis colligere poterimus vnum in recto, magisq; præcipuè denotare ſubſtantiam, vel entitatem rei quæ dicitur vna, minus tamen præcipuè, & in obliquo exprimere indiuiſionẽ. Idem etiam demonſtro ex diſcrimine interueniente inter proprietates rei, & demonſtrabiles, in proprietatibus enim rei, ſubiectum eſt extra naturam, & eſſentiam ipſarũ, vt homo eſt extra naturam riſibilitatis, ob quam cauſſam ſubiectum minus præcipuè, & quaſi per accidens, & in obliquo earum nomine deſignatur, dicimus enim, riſibilitatem eſſe facultatem hominis ad ridendum; in qua diffinitione facultas quæ eſt verum genus riſibilitatis, ſignificatur ſecundùm eſſentiam, homo verò tanquam quid additum, & extrinſecum, & in obliquo, exprimitur: at in alijs demonſtrabilibus res diuerſo modo ſe ſe habet; quia in illis ſubiectum eſt de eſſentia proprietatum, imo proprietas nihil aliud

Confir. 2. pars aſſertionis.

Egregium D. Thom. -teſtimon.

2. Argum.

est quàm ipsum subiectum aliqua ratione limitatum, vt potentia materiæ primæ quæ est proprietas demonstrabilis illius, nihil aliud est, quàm ipsamet natura, & essentia materiæ, limitata, vel contracta ad formas substantiales recipiẽdas, & hinc fit vt in his proprietatibus subiectum magis præcipuè designetur illarum nomine, quàm limitatio illa, vel contractio; cùm igitur vnum sit proprietas entis demonstrabilis, vt in superiori lib. docuimus, ens quod habet locum subiecti magis præcipuè, & quasi in recto nomine vnius denotabitur, indiuisio verò quæ est quædam limitatio entis ad rationem vnius, secundario, & in obliquo exprimetur: vnde vnum nihil aliud erit, quàm ens determinatum, & limitatum per indiuisionem. Prętera contrariorum vna est, & eadem ratio; sed multitudo quę opponitur vnitati, præcipuè, & in recto denotat entitatem, in obliquo autẽ, vel minus præcipuè, significat distinctionem vnius entis ab altero; est enim multitudo pluralitas entitatũ, ea tamen ratione qua vna non est alia, ergo vnitas præcipuè significabit entitatem, minus tamen præcipuè, & in obliquo indiuisionem.

3. Argum.

Cap. X. *In quo proponuntur quædam dubitationes, ex quarum solutione natura vnius maxime explicatur.*

VSceptam disputationem de ratione vnius prosequamur, explicemusq́;magis, quænam sit hæc indiuisio,quam nomine vnius significari docuimus, offerũt se enim nonnullę dubitationes,quarum solutiones , non paruã ad hanc rem intelligendam poterũt nobis lucem præbere. Prima est num vnum significet indiuisionem per modum negationis , vel potius per modum priuationis. Secunda , an significet solam negationem,vel priuationem diuisionis,vel an cùm illa signifieet etiam negationem idemptitatis cum alio. Tertia opponatur ne multitudini , vel potius diuisioni , & tandem quarta, an sit prius multitudine,nec ne. Ex his dubitationibus duas priores explicabimus in hoc capite , reliquas verò in sequenti.

Proponuntur nõnullæ dubitationes.
1. Dubita.
2. Dubita.
3. Dubita.
4. Dubita.

In explicanda igitur prima dubitatione Alexander Alensis 1. p. Theologiæ q. 13. membro 1. arbitratur vnum significare indiuisionem per modum negationis, vel vt illius verbis vtar , per modum abnegationis, quam opinionẽ multi ex recentioribus profitentur. Cæterum Duran.in 1.dist.24.q.1. Aegidius in eodem loco q.2.& plęrique alij ex posteribus, é quorum numero est Petrus à Fonseca 4. Metaphysi. capite 2. quæstione 5. sectione quinta existimant illud signi-

Explicatur 1.dubita. Alexã. Alẽ.
Duran.
Aegidi
Fon

Ec ficare

ficare vnitatem per modum priuationis.

Vt tamen hanc dubitationem explicemus animaduertẽdum est primo, eo distingui simplicem negationem à priuatione, quod simplex negatio potest nõ enti (vt chimeræ) conuenire, priuatio verò tantũ potest enti adaptari. Annotandum est deinde ex Arist. 5. Metaph. cap. 22. Priuationẽ sumi tribus modis. 1. vt significat carentiam formę quæ nata est ab aliquo haberi qua ratione plãtas dicimus esse cæcas, eo quod non habeant visum, qui natus est ab animalibus haberi. 2. significat negationem formæ quæ nata est ab aliquo eiusdem generis haberi, & ita talpã dicimus cæcam, quia caret facultate videndi, quæ nata est possideri ab equo, & Leone, qui in eodem genere animalis, cum talpa continẽtur. Tertio significat negationem formæ in subiecto apto, & nato, vt illam recipiat, tempore à natura præfinitio, vt catulum si post nonũ diem non videat, dicimus esse cæcũ, eo quod non habeat visum, quem eo tẽpore natus est habere à natura, quę significatio est propria, & legitima priuationis, nam aliæ duæ potius videntur esse significationes negationis, quã priuationis, quamuis non sint tantum negationes simplices, sed mediæ cuiusdam naturę inter negationes simplices, & priuationes; nam in negationibus simplicibus, nullũ subiectum, debet necessariò requiri, dãtur enim

Aristot. Tribus modis sumitur priuatio.

in non

in non entibus negationes, in quibus nullum ſubiectum reperitur, at hę priuationes alicui ſubiecto innitũtur, vt eſt omnibus ſatis perſpicuum; in qua re conueniunt cum veris priuationibus, in quibus debet ſubiectũ aliquod reperiri. Differũt tamẽ à priuationibus veris ex eo, quod in priuationibus, in ſubiecto à quo negatur forma debet eſſe quædã capacitas, & naturalis propenſio, ad eam recipiendam, in his vero priuationibus, nulla eſt in ſubiecto capacitas, ad formas negatas recipiẽdas: Igitur inhærentes veſtigijs. D. Tho. q. 9. de poten. art. 7. ad 11. his aſſertionibus propoſitam dubitationẽ diffinimus. Prima eſt. Vnum non ſignificat indiuiſionem per modum ſimplicis, & abſolutę negationis. Cõfir. ſimplex, & pura negatio, nulli enti tanquam fundamento innititur, cũ poſsit non entibus conuenire; ſed indiuiſio quæ nomine vnius exprimitur, innititur enti tamquã fundamento, ergo nõ erit illa ſimplex, & pura negatio.

D Tho.

1. Aſſertio.

Confir.

Secunda Aſſertio. Vnum non ſignificat indiuiſionem, per modũ veræ, & legitimę priuationis. Confir. aperte. Priuatio vera, & legitima, ſignificat carentiam formæ in ſubiecto apto, & nato; ſed ens quod eſt vnum, non eſt aptum, & natum diuidi ea diuiſione quã priuat indiuiſio, ergo nõ erit indiuiſio vera, & legitima priuatio. Confir. aſſump. Diuiſio quæ nomine indiuiſionis aufertur, eſt di-

2. Aſſertio.

Confir.

uisio, vel distinctio vnius entis ab altero; sed nulla res potest esse distincta, vel diuisa à se ipsa secundùm rationem entis, ergo nulla res poterit esse apta, vt recipiat formã quã negat indiuisio, nomine vnius expressam.

3. Assertio. Tertia assertio. Vnum significat indiuisionem per modum priuationis, primo, vel secũdo modo, quia scilicet denotat negationem illius formæ, nimirum diuisionis, quæ nata est haberi ab his quæ in eodem genere entis continentur cum vno, à multitudine videlicet. Confir. hac ratione. Diuisio vnius entis ab alio quæ nomine indiuisionis aufertur, nata est haberi à multitudine, quæ vna cum vnitate sub ente continetur; sed priuatio in his significationibus denotat carentiã formæ, quæ nata est simpliciter haberi ab aliquo, vel ab eo quod sub eodẽ genere continetur, ergo vnum significabit indiuisionẽ per modum priuationis primo, vel secundo modo. Vnde quemadmodum cæcitas est priuatio visus in talpa, quia est negatio formæ, vel facultatis videndi, quæ nata est haberi à leone, contento sub eadem natura animalis, sub qua talpa continetur, pari ratione indiuisio erit priuatio diuisionis in quolibet ente, eo quod est negatio formæ, vel diuisionis quæ nata est conuenire multitudini, quæ sub eadem natura entis, sub qua vnitas continetur, est comprehẽsa. Ex his assertionibus

Confir.

nibus possumus conciliare propositas opiniones si dicamus Alexandri opinionem non esse intelligendam de simplici, & pura negatione, sed de negatione, vt distinguitur à vera, & propria priuatione, qua ratione priuatio in prima, & secunda significatione potest nuncupari negatio. Durandum vero & alios, intelligẽdos esse non de vera, & propria priuatione, sed de priuatione in duabus prioribus significationibus. Conciliantur opiniones.

Vt secundam dubitationem explicemus, annot. est, non esse aliquid idem cum altero, idem esse, quod esse aliquid ab altero distinctum, quia non idem, idem est quod distinctum, atque ita quando rogamus num vnum prꝛeter priuationem diuisionis, denotet negationem identitatis cum alio, idem est ac si quæreremus, an vnum præter indiuisionem in se, denotet distinctionem à quocunque alio quod non sit ipsum. Quidam igitur, vt Alexãder Alensis in. 1. p. q. 13. membro. 1. Soncinas. 4. Metaphy. q. 23. Petrus à Fonseca. 4. Metaphy. cap. 2. q. 5. sect. 5. censent de ratione vnius esse solam indiuisionem, distinctionem verò à quocunque alio, esse effectum quendam subsequentem eius naturam, vt inquit Alexander. Verum alij præstantissimi Philosophi, in ea sunt sententia, vt existimẽt, esse vtrumque de ratione vnius, nimirum indiuisionem in se, & distinctionem à quolibet Explicatur secunda dubitatio. Alexan. Soncin. Fonseca.

alio, & ita cõmunibus Philosophorum suffrã gijs tradita fuit hæc vnius diffinitio. Vnum est illud quod est in se indiuisum, & distinctũ à quolibet alio, quã in 1. cap. proposuimus. Amplectuntur hanc sententiam. D. Albertus Magnus. 1. p. Theologiæ. tract. 6. q. 24. membro. 2. Herueus Quodlib. 4. q. 2. Aegidius Romanus, tum. 1. lib. Sent. dist. 24. q. 2. tum etiam. 4. lib. Metaphy. q. 6. Picus Miran dulanus, in libello de ente & vno cap. 8. in quo loco docet, vtramque rationem fuisse constitutam in vno, à Platone in Sophista, & in diuisionem in se, & distinctionem à quolibet alio, quæ sententia ni fallimur, est multo verior, longeque probabilior quàm superior, & ita vt illam explicemus sit hæc assertio.

D. Alber.
Herueus.
Aegidius.
Picus Mirã dulanus.
Plato.

Assertio. Vnum præter negationem diuisionis in se, significat negationem idemptitatis cum alio, vel esse distinctum ab alio. Confir. his

1. Argum. arg. Primum. Eo ipso quo aliquid est in se indiuisum, est distinctũ ab omnibus alijs, quę non sunt ipsum; quia eadem sunt principia constituendi aliquid in se, & distinguendi à quolibet alio, ergo eo ipso quo aliquid erit vnum, non tantum erit in se indiuisum, sed

gum. etiam erit distinctum à quolibet alio. Deinde esse vnũ ens ab alio distinctum, cùm omni enti conueniat, debet vel ab ente, vel ab aliqua eius proprietate dimanare, at non di-

manat

manat ab ente; quia ens non significat distin
ctionem, sed essentiam, vel existentiam, er-
go dimanabit ab aliqua eius proprietate, tã
quam illius effectus formalis, sed non potest
dimanare à vero, neque à bono, ergo dima-
nabit ab vno: nam quod quidam dicunt di-
manare à transcendente ad aliquid quod illi
constituunt, vt distinguantur naturæ inter
se, quàm sit falsum, docuimus 1. lib. cap. 2.
vbi ostendimus ad aliquid esse reijciendum
à numero transcendentium. Hoc autẽ quod Anno.
hactenus docuimus, scilicet de ratione vnius
esse efficere in rebus distinctionem, vel non
idemptitatem, intelligi debet secundùm ap-
titudinem, & non secundùm actum, nam de
ratione vnius est esse natum illud distingue-
re vnum ens ab alio secundùm essentiã, non
tamen actu distinguere, vt in lib. superiori
cap. vltimo in secunda solutione 2. argu. &
cap. 1. huius lib. in 3. diffinitione vnius admo
nuimus. Ex quare supereſt satisfactum argu
mentis quibus aduersarij vtuntur aduersus
nostram assertionem, ita enim primo argu-
mentantur. Deus fuit maxime vnus ab æter
no, at ab æterno à nullo erat distinctus. Dein
de si tantum esset vna res in rerum natura,
illa esset verè, & propriè vna, at illa nõ esset
ab alijs distincta, ergo de ratione vnius non
erit distinguere vnam rem ab altera. Resp.
his argumentis, Deum secundùm aptitudi-

Argumenta aduersus assertionem.

1. argumẽ.

2. Argum.

Solut

nem

nem distinctum fuisse ab æterno à creaturis, quia ab æterno natura diuina est apta, & nata distinguere Deum ab omni alio quod non est Deus, quamuis actu non fuerit distinctus, & eadem ratione si vna tantum res creata esset in mundo, illius vnitas esset nata distinguere ipsam à qualibet alia re, quæ non esset ipsa, & ita obtinebit rationem vnius, quãuis actu non distinguat.

Cap. XI. In quo explicãtur aliæ duæ dubitationes.

Explicantur aliæ 2. dubitationes, prima.

IN Xposuimus in superiori cap. duas primas dubitationes, ex illis quatuor quas in superiori cap. explicãdas proposuimus; supereſt in hoc cap. vt alias duas posteriores explicemus. Erat igitur 3. an ratio vnius sit priuatio diuisionis, vel potius multitudinis. Aegidius 4. Metaph. q. 8. & 1. Sent. dist. 24. q. 2. ad 1. argu. censet, vnũ non esse priuationem diuisionis, sed multitudinis; Annotat tamen ille duplicem esse multitudinem, vnam rerum, vel entium, vt est multitudo hominum, vel equorum, & alterã entis, & non entis, vt est multitudo hominis, & non hominis, leonis, & non leonis. Inquit ergo, vnum significare priuationem multi-

Aegidij Romani sententia.

multitudinis, non quidem rerum, vel entiũ, sed entis, & non entis: hunc enim ordinẽ obseruat intellectus in apprehensione, primo apprehendit ens, deinde non ens, mox diuisionem entis à non ente, & statim vnũ quod est priuatio huius diuisionis, vel multitudinis, conflatæ ex ente, & non ente: & tandem sequitur multitudo rerum quæ conflatur ex multis rebus, quarum quęlibet est in se vna. Ex quo colligit negationem, quam ratio vnius significat, tantùm esse per intellectum, quia illa ambit etiam non ens, at quod ambit non ens tantùm potest habere esse per intellectum, & rationem.

Communibus tamen Philosophorũ suffragijs receptum est, vnum diuisioni opponi, & non multitudini, nisi ea ratione qua in multitudine includitur diuisio. Verum vt hanc dubitationem explicemus annotandũ est, multitudinem nihil aliud esse quàm pluralitatem entium, ex quibus vnum non est aliud; idest multitudo exprimit plura entia, ex quibus vnumquodq; est indiuisum in se, & distinctum à quolibet alio. Ex qua diffinitione colligere poterimus, duo requiri ad rationem multitudinis. Primum vt sint multa entia, & secundum, vt vnum eorũ ita sit hoc ens, vt non sit aliud; primum est aliquid positiuum; secundum verò negatiuum, vel priuatiuum; quia est negatio vnius entis ab altero,

Communis opinio.

Quid sit multitudo.

tero, vel non idemptitas vnius cum altero.

Annot. ex D. Thom.

Obseruandum est etiam quod sæpe docuimus ex D. Tho. 1.p.q.11.art.2.ad 4.quæst. 9.de poten.art.7.ad 15.10.Metaph. lect.3. & in alijs plęrisque locis intellectum in cognoscendo hunc ordinẽ obseruare, vt prius apprehendat ens, tanquam illius obiectum formale, & adęquatum, deinde non ens, quia cognito vno contrario, illico, & aliud cognosci debet, sequitur tertio loco diuisio entis à non ente; etenim cognito ente, & non ente, statim cognoscitur diuisio vnius ab altero, mox apprehẽditur vnũ, quod nihil aliud est quàm priuatio huius diuisionis, entis à nõ ente, apprehendimus enim ita esse hoc ens idem sibi ipsi, vt non sit, neque in se, neque à se diuisum, eo modo quo est ens diuisum à non ente, & tandem sequitur cognitio multitudinis, quæ ex vnitatibus conflatur, nam in multitudine sunt multa entia, quorum vnumquodque est in se vnum, & indiuisum.

His animaduersis sit 1. assertio. Vnũ non opponitur multitudini ratione illius positiui quod significat. Confir. Multitudo ratione positiui, componitur ex vnitatibus, quia multitudo est plurium vnitatum compositio; sed vnum contrarium non componitur ex altero, ergo vnum hac ratione non opponetur multitudini.

1. Assertio. quæ est D. Tho. in superioribus locis, & 4. Meta. cap.

Secunda assertio. Vnum opponitur multitudi-

Aller.

titudini ratione diuisionis quam in se includit. Hæc assertio est perspicua, quia diuisio opponitur indiuisioni, sed vnum significat indiuisionem, ergo opponitur multitudini ea ratione qua significat diuisionem. Ex hac assertione colligere poterimus vnum magis opponi diuisioni, quàm multitudini. Nam opponitur multitudini propter diuisionem, at propter quod vnumquodque tale, & illud magis debet esse tale.

Consecta. vnum magis opponitur diuisioni, quàm multitudini.

Tertia assertio. Oppositio quæ intercedit inter vnum, & multitudinem, non est secundùm rẽ, sed secundùm rationem. Hãc assertionem profitentur D. Tho. quodlib. 10. q. 1. art. 1. ad 3. Capreo. in 1. dist. 24. q. 1. asser. 3. Sonci. in codẽ 1. & dist. q. 1. conclu. 2. & 10. Metaph. q. 4. Vt tamen illam facilius intelligamus annotandum est, in omni multitudine reperiri aliquid positiuum, & aliquid priuatiuum; cùm enim sit multitudo compositio multorum entium, quorũ vnum non est alterum, ratione entitatum erit aliquid positiuum, ratione verò eius quod est vnum non esse alterum, erit quippiam priuatiuum, vel negatiuum: cùm igitur vnum ita opponatur multitudini vt sit illius priuatio, illius ratio erit priuatio positiui, & priuatiui: ex quo ita connecto argumentũ. Priuatio priuationis, est priuatio rationis; sed priuatio vnius est priuatio priuationis, ergo erit priuatio

3. Asser.

D. Tho. Capreol. Soncinas.

Con

rationis

rationis. Assump. ex his quæ diximus constat apertissime. Confir. propo. Habitudo inter duo entia rationis, est relatio rationis; sed habitudo quæ intercedit inter duas priuationes, est habitudo inter duo entia rationis, ergo habitudo quæ interueniet inter duas priuationes, erit ens rationis, & ita priuotio priuationis, erit priuatio rationis.

Dissoluitur vltima dubitatio.

Vt vltimæ dubitationi satisfaciamus sit

1. Assertio.

1. Assertio. Vnum secundùm naturam, est prius multitudine, vt multitudo est. Confir. his duobus arg. Primum. Illa sunt priora natura, à quibus non valet subsistendi consequẽtia, sed ab vno ad multitudinẽ non valet subsistendi consequentia: non enim valet, vnum est, ergo multitudo est; quia potest esse vnum sine multitudine, vt si omnibus alijs rebus peremptis in mundo, vna tantum supereſſet, cùm tamen valeat multitudo est, ergo vnum est, ergo vnũ erit prius natura multitudine.

1. Argum.

2. Argum.

Secundum. Quælibet pars est prior natura suo toto; sed vnum est pars multitudinis, cũ ex vno componatur multitudo, ergo erit vnum prius natura multitudine.

2. Assertio.

Secunda Assertio. Multitudo ratione diuisionis quam includit, est prior, secundùm rationem, & diffinitionem vnitate. Confir. habitus prior est ratione, & diffinitione priuatione, ratione, quia ratio priuationis ex ratione habitus colligi debet, diffinitione vero, quia

quia priuatio per habitũ diffinitur, vt cęcitas diffinitur per viſum, & tenebræ per lumen; ſed diuiſio eſt habitus, vnitas eſt priuatio illius, ergo diuiſio, & ratione, & diffinitione, erit prior vnitate, & ita multitudo ſub ratione diuiſionis erit prior vnitate.

Tertia Aſſertio. Iuxta cognitionem noſtram, vel quoad nos, multitudo ſub ratione multitudinis, eſt prior vnitate. Confir. inprimis ex Ariſt. qui illam profitetur 10. lib. Metaph. cap. 5. Deinde, compoſitiora ſunt priora ſimplicioribus, iuxta noſtrum modum intelligendi, iuxta quem progredimur à compoſitioribus, & tendimus ad ſimpliciora; ſed multitudo eſt cõpoſitior, vnitas vero ſimplicior, ergo quo ad nos, multitudo prior erit vnitate. Præterea totũ confuſa cognitione, & quo ad nos, notius eſt ſuis partibus, vt auctor eſt Ariſt. 1. Phyſi. cap. 1. ſed multitudo eſt quoddam totum, cuius partes ſunt vnitates, ergo multitudo notior erit nobis ipſa vnitate.

3. Aſſertio.

Argumen. ex Ariſt.

2. Argum.

3. Argum.

Cap. XII. In quo diſſoluuntur rationes Scoti, aduerſus ea quæ docuimus de ratione vnius.

M.C.D. 2018

SCo. tamen & illius alumni, variis vtuntur argumentis vt confirment suam opinionem, scilicet rationem vltimã vnius non esse aliquam negationem, priuationem, sed esse quippiam, positiuum, quæ erunt à nobis hoc loco dissoluẽda. 1. est. Vnum secundùm formam, vt ratione separatur ab ente, est idem cum ente, quia si differret, esset non ens, & nihil, ergo ratio formalis vnius non erit priuatiua, vel negatiua. Confir. consèq. Quia negatio, vel priuatio, nõ possunt esse idem cum ente. Respo. duobus modis posse aliqua esse eadem, primò negatiuè, quando scilicet vnum illorum non significat naturam aliquam, vel rationem ab alio diuersam, sed significat eandem, diuersa tamẽ ratione, & modo. Secundo posítiue, quando vtrumque significat naturam aliquam & entitatem positiuam, non tamen diuersam, sed eandem cum altero, vt sunt animal, & particeps rationis in homine, quia vtrumque significat naturam aliquam positiuam, non tamen diuersam, sed eandem cum natura alterius, nam natura animalis eadem est cum natura rationis participis, & natura rationis participis, est quoque eadem cum natura animalis, Quæ igitur sunt eadem positiue, non possunt esse negatiua, vel priuatiua, at quæ sunt eadem negatiuè, optimè esse poterunt nega-

1. Argum. Scoti.

Solutio.

M.C.D. 2018

negatiua, aut priuatiua. Vnum autem, & ens non sunt eadem positiuę, quia vnum nullam entitatem positiuam addit distinctam ab ente, sed sunt eadem negatiuè; quare quamuis sint eadem, non recte colligetur vnum significare naturam positiuam.

Secundum. Vnum secundùm suam formam, & essentiam, ea nimirum ratione, qua ratione separatur ab ente, vel præscinditur ab eo, non est nihil, quia hac ratione effertur de ente tamquam ipsius proprietas in secundo modo dicendi per se, ergo hac ratione vnum erit natura aliqua positiua, nam quidquid est extra nihil, significat naturam aliquã positiuam. 2. argumẽ.

Resp. Inprimis negando consequentiam; quia omnes priuationes, & negationes entium rei, sunt extra nihil, quæ tamẽ non significant naturam aliquam positiuam, vt sunt cæcitas, non homo, non lapis, & aliæ. Has autem esse extra nihil ex eo possumus suadere, quod obiectum primæ Philosophię sit extra nihil, quod ambit negationes, & priuationes, iuditio Arist. 4. Metap. cap. 2. Quã uis igitur vnũ formaliter sit extra nihil, hinc tamẽ non sequitur illud esse naturã positiuã Resp. deinde. cũ Cap. 2. co. in. 1. dist. 24. q. 1. ad. 1. arg. cõtra 3. assertio. duobus modis posse vnum ratione separari, vel pręscindi ab ente, primo ita nullã rationem entis includat. Secundo ita vt includat illam, addat tamen Solutio 2i

Solu
Cap

M.C.D. 2018

propriam, rationem per modum cuiusdam contractionis, vel limitationis: si primo modo sumatur, vnum non est proprietas entis, neque prædicatur de eo in secundo modo dicēdi per se; quia est purū nihil, etenim quod nihil entis includit, est purum nihil; si verò altero modo vsurpetur, est illius proprietas: verùm hac ratione non significat solam negationem, sed naturam etiam positiuam, neque enim vnum ita significat negationē, vt non significet aliquid positiuum, sed significat positiuum cum negatione, positiuum in recto, & tanquam præcipuum eius significatum, negationem verò tanquam modum, & determinationē illius, minusque præcipuè, vt in superioribus cum eodem Capreo. docuimus.

Obiect. Dicet tamen aliquis, iam ergo incidimus in opinionem Scoti, & aliorum à nobis in superioribus confutatam, naturam scilicet vnius esse positiuam.

Solutio. Resp. nos non incidere in illius opinionem; quia ille profitetur rationem vnius nullam priuationem includere, sed totam illius rationem esse positiuam. At nos constituimus rationem vnius ex duobus conflari, positiuo nimirum, & priuatiuo; positiuo tanquam præcipuo significato, priuatiuo verò, tanquam minus præcipuo.

.gum. Tertium arg. Vnum secundum formam, vt ratione separatur ab ente obtinet rationē

primæ

primæ mensuræ, vt constat ex Arist. 10. Metaphy. cap. 2. & est principium numeri, ergo vnum formaliter erit aliquid positiuũ; quia hæc non nisi positiuis possunt conuenire. Aristot.

Resp. admittentes vnum esse aliquid positiuum secundùm essentiam: neque enim hoc nos diffitemur, vt sæpe docuimus; sed præter hanc rationem positiuam, dicimus significare quoque rationem aliquam priuatiuã, tanquam limitationem, & contractionẽ positiuæ. Vnde ratione vtriusque conuenient vnitati esse mensuram, & ratione positiui, & ratione priuatiui: cùm enim in mensura duo reperiantur, & esse notiorem re mensurata, & esse aliquid ita indiuiduum, & minimum, vt ab ea neque possit aliquid separari, neque sibi possit aliquid addi, ita enim erit infallibilis, efficietque nos certos de re mensurata, absque vlla deceptione: ratione positiui vnitati competit prima ratio mensuræ, vt scilicet sit ipsa notior re mensurata. Secundum verò illi conueniet ratione priuatiui, hac enim ratione vnitas est quid minimum, & indiuiduũ. Solutio.

Resp. etiam possumus cum Caiet. 1. p. q. 11. art. 1. negando consequen. Quia metiri commune est positiuis, & priuatiuis; non solum enim minimum in positiuis alia metitur, sed etiam in priuatiuis; nam ægritudo, & vitium, priuationes quędam sunt valetudinis, & virtutis, cùm tamen ægritudo Solutio 2. Caiet.

M.C.D. 2018

minima, cæteras metiatur; & minimum vitium, alia quoque vitia mensurat, quemadmodum minimum, aut indiuiduum peccatum gulæ, metitur alia eiusdem naturæ peccata. Quare quamuis vnum denotet rationem aliquam priuatiuam, poterit esse mensura multitudinis.

4. Argum. Quartum. Vnum secundùm suam essentiam significat perfectionem; sed nulla priuatio, vel negatio significat perfectionem, ergo vnum secundùm essentiam non significabit priuationem. Assump. est perspicua, confirmatur propositio. Vnum secundum essentiam reperitur in Deo, ergo significabit perfectionẽ; quia imperfectio in Deo nullo modo potest reperiri. Resp. Caiet. falsam esse propositionem; quia vnum secundùm suam essentiam neque denotat perfectionem, neq; imperfectionem, sed abstrahit à perfectione, & imperfectione. Quemadmodum relatio ex se, & suapte natura, abstrahit à perfectione, & imperfectione; quare in quibusdam significabit perfectionem, vt in Deo; quia res negata in eo, quæ est multitudo naturarum, significat imperfectionem, in alijs verò, vt in his quæ oriuntur denotabit imperfectionẽ; quia multitudo quam priuat exprimit perfectionem, in his enim inferioribus tunc tẽporis censetur natura perfecta, quando est in multis indiuiduis illius ratio propagata.

Solutio 1.

Præte-

M.C.D. 2018

Præterea possumus eidē arg. hac altera ratione satisfacere, si dicamus duplicem esse negationem, vnam rei perfectæ, & alterā rei imperfectæ, incorruptibile, & immortale, quæ de superioribus corporibus enūtiātur, sunt negationes rei imperfectæ; quia negāt rationē corruptibilis, & mortalis, quæ sunt rationes imperfectæ. Insipiens autē & iniustū, sunt negationes rei perfectæ, quia sapientia, & iustitia, quas negant, indicant maximā perfectionē. Assum. igitur falsa est simpliciter, & absolutè, sed ea negatio, vel priuatio dici debet imperfecta, quæ negat naturam aliquam perfectam; vnitas autem non negat naturā perfectā, sed imperfectā, est enim negatio diuisionis, & multitudinis, quæ iuxta proprias rationes denotant imperfectionē, etenim recedere ab vno imperfectio est. Vnde & primum principium est vnum, & quo aliqua magis accedūt ad illud, cùm sint perfectiora, magis retinent vnitatem; vt sunt naturæ angelicæ, in quibus tantùm est vnicum indiuiduum in qualibet specie; & quò magis recedunt ab eo, eò magis recedunt à perfectione, & incidunt in imperfectionem; quia magis recedunt ab vnitate, vt sunt hæc inferiora imperfecta, quę statim labūtur, in quibus reperiuntur multa indiuidua intra eandem speciem. Solutio 2.

Quintum. Priuatio non recipit magis, &

M.C.D. 2018

D. Thom. minus, vt docet D. Tho. 1. p. q. 11. art. 4. ad 1, sed vnum recipit magis, & minus; nam simplicia sunt magis vnum, quàm composita, quia sunt magis indiuisa, ergo vnum non significabit priuationem.

Solutio. Resp. priuationem ex se, & suapte natura non recipere magis, & minus; at ratione fundamenti, & contrarij poterit recipere magis, & minus. Et ita vnum ratione fundamenti, (entis videlicet) recipiet magis, & minus: quia illud erit magis vnum, quod est magis ens, & ita cùm simpliciora, & immaterialia sint magis entia quàm materialia, & composita, obtinebunt magis rationem vnius. Recipiet etiam illud magis, & minus, ratione multitudinis cui opponitur; nam quo aliquid fuerit magis, vel minus diuisibile, cò erit magis, vel minus vnum, nã quæ multum possunt diuidi, minus sunt vnum, quàm ea quæ minus diuidi possunt.

6. Argum. Sextum, Nullum positiuum componi potest ex priuatiuis; sed multitudo quæ est quippiam positiuum, componitur ex vnitatibus, ergo vnum non erit aliquid priuatiuũ.

Solutio. Resp. in vnitate reperiri aliquid positiuum, & priuatiuum; positiuum est entitas, priuatiuum est indiuisio. Vnde vnitas ratione priuationis, non componit multitudinem, cùm illi opponatur; sed ratione entitatis, & positiui quod denotat, constituit illam, vt exposuimus

ſuimus cap. 4. huius lib. Alia argumenta par ui ponderis prætermittimus, quæ ex horum ſolutione facile diſſolui poterunt.

Cap. XIII. *Qua ratione vnum, & multitudo opponantur.*

QVatuor ſunt genera oppoſitorũ varijs in locis ab Ariſt. propoſita, præſertim verò in Poſtcategorijs in cap. de contrarijs, quæ ſunt aduerſa, vt cãdidum, & atrum, relata, vt dominus, & ſeruus, ſimile, & diſsimile, priuantia, vt lux, & tenebræ, & contradicentia, vt homo, & non homo. Quęrimus igitur cùm tot ſint oppoſitorum diuerſa genera, & naturæ, quo genere ex his quatuor vnum, & multitudo, inter ſe pugnent, & aduerſentur. Propoſuerat hãc quæſtionem Ariſt. 10. lib. Metaph. cap. 3. ex cuius mente & aliorum Philoſophorum, vt illam explicemus, annot. eſt primo. Vnum ſumi poſſe aut ratione poſitiui quod ſignificat, aut ratione priuationis quam exprimit, eſt enim illud ens indiuiſum, vnde ex ea parte qua eſt ens, erit quippiam poſitiuum, ex ea verò quà eſt aliquid indiuiſum, denotabit priuationem. Annot. eſt iterum, vnum ſumi poſſe aut ſecundùm id quod eſt, & ſuã eſſen- 1. Obſer. 2. Ob

M.C.D. 2018

tiam, aut iuxta illa quæ consequuntur eius naturam, tanquam proprietates ab ea dimanantes.

1. Assertio. Sit igitur prima assertio. Si vnum sumatur ratione illius naturæ positiuæ quam significat, nõ opponitur multitudini. Confir. Vnum hac ratione sumptum constituit multitudinem, sed vnum contrarium non constituitur ex altero, ergo vnum hac ratione non opponetur multitudini.

2. Assertio. Secunda assertio. Vnum ratione priuationis quam exprimit opponitur multitudini. Confir. Indiuisum opponitur diuiso; sed vnum significat indiuisionem, multitudo verò diuisionem, ergo vnum, & multitudo opponentur hac ratione.

3. Assertio. Tertia assertio. Vnum, & multitudo, non opponuntur contradictoriè, vt opponuntur

1. Argum. candidum, & non candidum. Confir. hac ratione. In contradicentibus altera pars non tantum de ente, sed etiam de non ente enuntiatur, vt auctor est Arist in Postcategorijs; in cap. de contrarijs; quemadmodum non homo, enuntiatur de lapide qui est, & de chimera, quæ non est; sed neque vnum, neq; multitudo enuntiatur de non ente, ergo vnũ, & multitudo, non opponentur contradictorié.

gum. Præterea oppositio contradictoria est affirmatio, & negatio eiusdem de eodem, vt sunt leo, & non leo; sed vnum, & multitudo, non

sunt

sunt affirmatio,& negatio, eiusdem de eodē vt est perspicuum, sed vnum, & non vnum, multitudo, & non multitudo, sunt affirmatio,& negatio eiusdem de eodem, ergo vnū & multitudo, non opponentur contradictoriè.

Quarta assertio. Si vnum sumatur secundùm essentiam, non opponitur multitudini oppositione relata. Opponitur tamen illi hoc genere oppositionis, si sumatur secundū eius proprietatem, quæ est esse mensuram. 4. Assertio.

Primam partē ita demonstro. In relatis tota vis, & natura eorum est, referri ad aliud, idest ad terminum, vt tota natura patris est referri ad filium,& domini,referri ad seruum; sed tota natura vnius non est referri ad multitudinem;non enim dicimus vnitatē esse multitudinis vnitatem, vt dicimus, patrem esse filij patrem,ergo vnum, & multitudo non opponentur relatè, si secundùm essentiam sumantur. Secundam verò ita sua deo. Mensura, & mensurabile, opponuntur relatè, constituunt enim relata tertij generis;sed esse mensuram est quædam proprietas fluens à natura vnius,vt docet Arist. 10. Metaph.cap.2.multitudo verò est res mensurata per vnum,ergo vnum opponetur relatè multitudini, si vsurpetur iuxta suam proprietatem. 1. Argum. 2. Argum.

Quinta assertio. Vnum & multitudo op- 5. As

ponun-

M.C.D. 2018

ponuntur oppositione aduersa, vel contraria, iuxta suam essentiam. Confir. Inprimis duæ aliquæ naturæ quę sub aliquo superiori continentur, opponi debent inter se oppositione contraria, vel aduersa; quia habẽt ille contrarias formas; sed vnum, & multitudo sunt duæ naturæ contentę sub ente, ergo opponentur inter se contraria oppositione. Secundo. Vnum, & multitudo, non opponũtur purè priuatiuè; quia vnum non est pura indiuisio, sed est ens denotans indiuisionem; cùm igitur non opponantur relatè, neq, contradictoriè, opponentur aduersè, & hæc est expræssa sententia D. Tho. in 1. dist. 24. q. 1. art. 2. ad 4. & Arist. 10. Metaph. cap. 5.

6. Assertio. 1. p q. 11. ar. 1. & 2. q. 9. de potẽtia. art. 7. in loco proxime citato ex 1. Sent. & 4. Metaphy. cap 2.

Sexta assertio. Vnum, & multitudo, opponuntur priuatiuè, ita docet Arist. in superiori loco, ita D. Tho. profitetur, & hæc est cõmunis Philosophorum opinio, quã ita confir. Indiuisio opponitur diuisioni priuatiuè, sed vnum denotat indiuisionem, multitudo verò diuisionem, ergo vnum opponetur multitudini priuatiuè: qua autem ratione intelligi debeat hæc oppositio priuatiua, inter vnum, & multitudinem, in superioribus capitibus, abunde satis exposuimus.

Cap. 10.

Cap. XIIII. In quo dissoluuntur nonnulla argumenta.

Verùm

VErùm in ea quæ docuimus poterit aliquis hæc argumenta proponere. Primum. Vnũ tantùm contrariatur vni; nâ multa non ſunt vni contraria, vt docet Ariſt. 1. lib. de interpretatione cap. 5. & 10. Metaph. cap. 6. ſed multitudini opponitur paucitas, ergo illi non opponetur vnitas; niſi velimus dicere vnum eſſe paucum, vel pauca. Huic arg. reſp. cum Ariſt. 10. Metaph. cap. 6. multitudinem duobus modis ſumi poſſe, aut ſimpliciter, & abſolutè, aut ſecundùm aliquem exceſſum. Si primo modo ſumatur opponitur vnitati; quia multitudo hac ratione ſignificat diuiſionem plurium entium; vnitas verò denotat priuationẽ huius diuiſionis. Si verò altero modo vſurpetur, opponitur paucitati, & non multitudini: nam multitudo non eſt quęuis collectio vnitatum, neque enim binarium in quo colligũtur duæ vnitates, dicimus multitudinẽ; ſed eſt collectio excedẽs, ex pluribus vnitatibus conflata, & ita mille homines dicimus multos, eò quòd conflãtur ex multis vnitatibus. Vni igitur eadem ratione non poſſunt multa opponi, at diuerſis rationibus optimè poſſunt; & ita multitudini vt ſignificat exceſsũ, opponitur paucitas, vt verò exprimit diuiſionem, opponitur vnitas.

1. Argum.

Solutio ex Ariſtot.

Cõſule Zimaram in theorematibus explicantẽ qua ratione vnũ vni contrarietur.

Secundum arg. Relata iudicio Ariſt. in catego-

Lege hanc solutionẽ apud D. Tho. 1.p.q. 11. art. 2. ad 3. D. Alber. Magnũ. 1. p. suę Theologiæ trac. 6. q. 24. mẽbro. 3. & Alexan. Alẽ. 1. p. q. 13. membro. 5. vberius explicatam.

categoria relatorum sunt simul natura, & cognitione; sed vnum, & multitudo non sunt simul natura; quia vnum prius est multitudine, cũ componat illam, ergo vnũ, & multitudo non opponentur relatè, vt in quadam assertione docuimus. Resp. vnum sumi posse, aut iuxta suam naturam, aut iuxta ipsius proprietatem, quæ est esse mensuram multitudinis; si primo modo sumatur illud est prius multitudine, verùm hac ratione non opponitur multitudini oppositione relata. Si verò altero modo vsurpetur, nõ est prius multitudine; sed est simul natura cũ ea, qua ratione opponitur multitudini relatè, quia inter mensuram, & mensurabile datur oppositio relata.

3. Argum. Tertium. Extrema contraria, vel aduersa sunt extrema positiua, vt sunt candor, & atror, frigiditas, & caliditas; sed vnum non est extremum positiuum, sed negatiuum, non ergo opponetur multitudini oppositione aduersa, vel contraria.

Confir. argum. Confirm. arg. Contraria illa dicuntur quæ sub eodem genere posita inter se maxime distant, secundùm formam, & vicissim subiecto insunt, à quo mutuo se expellunt, nisi alterum fuerit à natura; sed vnum, & multitudo nõ sunt huiusmodi, quia non continẽtur sub aliquo genere, neq; se mutuo ab aliquo subiecto expellunt, cui insint, vt est perspicuum, igitur vnum, & multitudo non

do non opponentur contrariè. Huius argu. poudere conuictus Mathias Aquarius. 10. Metaph. q. 2. diffitetur, vnum, & multitudinem opponi aduersè, vel contrariè. Nostra tamen constituta assertio verissima est, cùm & ratione manifesta, & testimonio Arist. fuerit à nobis confirmata. Argumento igitur resp. falsam esse assump. Quia vnum in recto, & ex præcipuo significato, entitatem significat positiuam, in obliquo verò, & minus prçcipuè, exprimit negationem, vel priuationem, vt sçpe admonuimus. Ad Confir. dicimus, totam illam diffinitionem, tantum conuenire primis, vel secundis patibilibus qualitalibus contrarijs, quæ eidem subiecto possunt vicissim inesse, à quo mutuo se expellunt. Contrarijs verò in cõmuni non potest illa tota adaptari. Sed eorum ratio erit, illa inter se maxime distare sub aliqua natura cõmuni, obtinereque rationes formales ita diuersas, vt non possint eidem subiecto conuenire; qua ratione differentiæ diuidentes aliquod genus opponuntur contrariè, vt particeps, & expers rationis; quia sub animali contentæ, inter se maximè distant secũdùm formam, neque possunt alicui subiecto simul conuenire. & hoc genere contrarietatis opponuntur vnum, & multitudo, quia continẽtur sub natura cõmuni entis, & inter se maximè distant secũdùm formam, ita vt neque

Opinió Aquarij, Cõclusione vltima.

Solutio.

ratio

ratio multitudinis vnitati; neque vnitatis multitudini ea ratione qua est multitudo possit vlla ratione conuenire.

4. Argum. Quartum. Habitus non fit ex priuatione, vt lumen non componitur ex tenebris; sed multitudo componitur ex vnitate; est enim illa plurium vnitatum compositio, ergo vnũ non opponetur multitudini priuatiuè, vt docuimus in posteriori assertione. Ad hæc vnũ contrarium non enuntiatur de alio, at vnum dicitur de multitudine; quia nulla est multitudo quæ non participet vno, ergo vnum, & multitudo non opponentur priuatiuè. Huic arg. sæpe in superioribus satisfecimus, libenterque hoc loco illud prætermisissemus, nisi ab alijs in hac quæstione propositum fuisset.

Confir.

Solutio.

Cui Resp. in vnitate duo reperiri, entitatẽ, & indiuisionem, primum illud est positiuum; alterum verò negatiuum, vel priuatiuum. Igitur vnam ratione secundi opponitur multitudini priuatiuè, ratione verò primi, non opponitur illi, & hac ratione componit multitudinem, & dicitur de illa.

5. Argum. Quintum. Omnis habitus est prior priuatione; sed multitudo est posterior vnitate, cùm fiat ex ea, ergo nõ ita opponẽtur vnum, & multitudo, vt vnũ habeat rationem priuationis multitudo verò rationẽ habitus. Resp. in multitudine reperiri duo, & diuisionem formalem vnius entis ab alio, & compositio-

olutio.

nem

nem ex pluribus vnitatibus; ratione primi, habet illa locum habitus in habitudine ad vnum, non autem ratione secundi; & ita ratione diuisionis erit multitudo prior vnitate, quamuis altero modo sit ea posterior.

Cap. XV. De varijs formis, & speciebus vnius.

Hactenus ea quæ spectant ad naturam vnius explicandam luculẽter satis exposuimus; verùm quia diuersæ sunt formę, & variæ illius species, æquum erit vt de illis nonnulla in hoc cap. pertractemus. Traduntur autem à viris præstantissimis innumeræ propemodum vnius diuisiones, vt ab Arist. 5. Metaph. cap. 6. D. Diony. in libello de nominibus diuinis, D. Seuerino Boetio in libello de vnitate, & vno, D. Bernardo lib. 5. de Consideratione ad Eugeniũ, Auicenna, & Algazele Arabibus Philosophis, in suis Metaphysicis, quas omnes collegerunt. D. Albert. Magnus 1. p. suæ Theologiæ tract. 6. q. 24. membro 1. & Alexãder Alensis 1. p. q. 13. membro 3. ex quibus omnibus potiores, & quę sunt magis in vsu Philosophorũ, alijs reiectis, proponemus. Cùm autem vnum sit quædam proprietas entis,

Ioannes Bacho. in. 1. distl. 33 q. 1. cẽ set vnũ habere locum habit⁹ multitudinẽ verò priuationis, cuius argumẽta quia futilia sũt hoc loco prętermittuntur. Lege illa apud Iauellũ 10. Metap. q. 6.
Aristot.
D. Diony.
D Seueri.
Boetius.
D. Bernar.
Auicen.
D. Albert. Magnus.
Alexã. Alẽ.

M.C.D. 2018

cadem ratione diuidetur, qua diuiditur ens, & ita cum prima diuisio entis in suas differẽ-

Ita docuimus. 1. lib. cap. 5. tias sit in ens per se, & per accidens, pari ratione prima diuisio vnius erit in vnum per se, & per accidens. Vnum per accidens tri-

Prima diuisio vnius. bus modis dicitur, scilicet subiectum cũ accidente, vt homo, & musica; accidens cum subiecto, vt musica, & homo; & accidens cum accidente, vt musica, & Philosophia; hæc enim omnia sunt vnum accidentaria quadam ratione, ita enim accidit, vt aut homo, cum musica, aut vt musica cũ homine, aut vt musica, cum Philosophia vnirentur.

1. Diuisio. Vnum verò per se pluribus modis dicitur, sunt enim quæ hac ratione dicuntur vnum, aut vnum secundùm principium, aut secundùm totum, aut secundùm analogiam, aut secundùm genus, aut secundùm speciẽ, aut secundùm numerum. Vnum principio

Quæ sint vnum prin cipio. illa nuncupantur, quæ ab vno principio deriuantur, vt sunt omnes riui qui ab vno fonte progrediuntur, qua ratione omnes creaturæ sunt quoque vnum, quia omnes illæ ab vno principio, Deo scilicet deriuantur. Vnũ

Quæ sint vnũ toto. toto illa dicuntur, quæ in eodem toto vnita continentur, vt omnes partes integrantes, (loquimur enim hic de toto integro) vt caput, pedes, brachia, & aliæ sunt vnum toto, quia in eodem toto vnitæ continentur. Huc reuocari debet vnum coniunctione, vel con-

tinua-

M.C.D. 2018

tinuatione, (vt ſunt magnitudo, & motus) in quo partes ſola poteſtate ſunt diuerſæ, actu tamen ſunt indiuiſæ, & ita partes in eodem toto vnitę continẽtur. Vnum analogia vocantur illa, quæ inter ſe retinent aliquam proportionem, & habitudinem, vt ſunt rector in ciuitate, & gubernator in naui; nam quod eſt rector in ciuitate, eſt gubernator in naui. Tum fundamentum in domo, & cor in animalibus. Vnum genere vocantur illa, quę ſub eodem genere continentur; cùm autem ſit duplex genus, ſupremum, & intermediũ, quædam erunt vnum genere ſupremo, vt ſunt illa quæ infra ambitum eiuſdem categoriæ continentur; & alia erunt vnum genere intermedio, vt illa quæ ſub eodem genere intermedio proximè continentur, qua ratione ſunt vnum, homo, & brutũ, quia illa duo ſub eodem animali tanquam ſub genere intermedio, proximè continentur. Vnũ ſpecie appellantur, quorum eſt vna, & eadem diffinitio eſſentialis, quia diffinitiones eſſentiales ſolis ſpecibus poſſunt adaptari. Vel illa dicuntur vnum ſpecie, quæ ſub eadẽ ſpecie comprehendũtur: verùm cùm ſit duplex ſpecies, infima, & interiecta, duobus quoque modis dicentur aliqua vnum ſpecie, aut quia ſunt vnum ſpecie atoma, vt Dominicus, & Thomas; aut quia ſunt vnum ſpecie intermedia, vt homo, & leo. Ad extremũ illa dicun-

Quæ ſint vnum analogia.

Quæ ſint vnum genere.

Quæ ſint vnum ſpecie.

Quæ sint vnum numero.

tur vnum numero, quorum est vna, & eadē materia, quia à materia res habent rationem indiuidui numerici, vt Socrates est vnus numero; quia illius est vna, & eadem materia numero. Arist. 1. Topicorū cap. 6. tres prodo aliqua significant idem, & sub eadem ratione, vt sunt vestis, & indumētum, gladius, & ensis. Secunda, quando aliqua habent se vt subiectum. & proprietates vt sunt homo, & facultas ad intelligendum, ignis, & leuitas. Tertia, quando se habent aliqua, vt subiectum, & accidentia, vt Socrates, & sapientia. Ex his prima species est vnius per se, reliquæ vero sunt vnius per accidens.

Tribus modis dicitur vnum numero ex Aristot.

Inter has autem vnitates quædam sunt maiores, & alię minores, nam vnitas numerica, maior est vnitate specifica, & specifica maior est quàm generica, & generica quàm ea quę est secundùm analogiā, & hęc, quàm ea quæ est secundùm rationem vnius principij: deinde quę est ab vno principio, minor est quàm quæ est secundùm analogiam, & hæc quàm generica, & generica, quàm specifica, & tandem specifica, quàm numerica. Sunt autem ita inter se affectæ hæ vnitates, vt ex maiori possimus colligere minorem, ex minori autem maiorē nulla ratione possimus: & ita ex vnitate numerica colligitur specifica, & ex specifica, generica, & sic in

alijs

alijs: verùm ex generica non colligitur ſpecifica, neque ex ſpecifica numerica. Quare ſi quippiam fuerit vnum numero, erit vnu ſpecie, & ſi fuerit vnum ſpecie, erit vnum genere; & ſi vnum genere, erit vnum ſecundùm analogiam; non tamen è conuersô, ſi aliqua fuerint vnum ſecundùm vnalogiam, erunt vnum genere, & ſi fuerint vnum ſpecie, erũt vnum numero; quia plura genere, ſunt vnũ ſecundùm analogiam, & plura ſpecie, ſunt vnum genere, & plura numero, ſunt vnum ſpecie.

Quib' modis dicantur aliqua multa.

Præterea multitudo pluribus etiam modis dicitur, nam cùm tot modis dici debeat vnũ contrarium, quot dicitur alterũ, ſintq; vnum, & multitudo contraria, his eiſdẽ modis quibus diximus aliqua eſſe vnum, erunt etiam aliqua multa; vnde quædam dicentur multa principio, quæ ſcilicet à diuerſis principijs oriuntur, vt riuus, & pomum, nam riuus à fonte, pomum vero ab arbore deriuatur. Alia ſecundùm analogiam, illa videlicet quorum eſt diuerſa proportio, vt gubernator, & fundamentum, nam alia eſt habitudo gubernatoris, ad nauim, & alia fundamenti ad parietẽ. Alia toto, vt diuerſæ partes quæ in duobus, vel pluribus totis reperiuntur. Alia genere, vt quæ in diuerſis categorijs ſunt comprehẽſa. Alia ſpecie, illa nimirum, quæ ſub diuerſis generibus contmentur, vel

quorum est multiplex, & diuersa diffinitio essentialis. Et tandem alia numero, quorum scilicet est multiplex materia, vel quæ sub eadem, aut diuersis speciebus continentur.

Cap. XVI. de his quæ consequuntur naturam vnius.

CVm omnem naturam consequantur nonnullæ proprietates, ab ea tanquam à proprio principio dimanantes, etiam à natura vnius quædã proprietates orientur, de quibus in hoc vltimo cap. erit à nobis disputandum. Sunt autem hæ proprietates idem, simile, & æquale, de quibus agit Arist. 5. lib. Metaph. cap. 9. & 10. cap. 5. Vnum in substantia efficit idẽ, in quantitate æquale, & in qualitate simile. In substantia igitur efficit idem; quia illa dicuntur eadem quæ habent vnam, & eandem substãtiam. Hæc autem quędam sunt eadem per se, & alia per accidens. Hoc posteriori modo tribus modis aliqua dicuntur eadem, subiectũ cum accidente, accidens cum subiecto, & accidens cum accidente, quemadmodum etiã tribus modis docuimus aliqua esse vnum per accidens. Per se verò dicuntur sex modis, principio, quorũ est idem, & commune principium,

Quæ sint proprietates vnius.

Quot modis aliqua dicantur
edem.

p. su-
ori.

cipium, vt riui qui ab eodem fonte deriuantur sunt idem principio. Toto, vt sunt partes integrantes eiusdem totius. Analogia vt sunt ea quæ obtinent eandem proportionẽ. Genere, vt ea quæ sub eodem genere continentur. Specie, vt indiuidua quæ sub eadem specifica natura sunt comprehẽsa. Et numero, vt sunt ea quorum est materia eadẽ, qua ratione actio, & passio sunt eadem, quia eadem est vtriusque materia, scilicet motus, & idem, est idem sibi ipsi, quia eadem est eiusdẽ ad seipsum materia.

Aequalia deinde illa dicuntur quorum est vna, & eadem mensura in quantitate: vel quorum est par; & eadem quantitas. Cùm autem æqualitas constituta sit in indiuisibili, in qua neque excessus, neque defectus reperiri vllo modo possunt, non poterit in varias formas, & species diuidi, quemadmodũ idemptitas, & similitudo diuiduntur. Quæ sint æqualia.

Tandem in qualitate vnitas efficit similitudinem, quia illa dicuntur similia quorũ est vna, & eadem qualitas, vt duæ niues dicuntur similes, ed quod est vna qualitas earum, candor scilicet. Sunt autem distributa similia in varias, & diuersas formas; nã quædam sunt similia, quia in multis conueniunt: alia quia in sola forma; & tandem alia, quia in forma, & in illius gradibus conueniunt. Quæ sint similia,

Primo modo argentum, & plumbum, inTribus modis aliqua dicuntur similia

cupantur similia, conueniunt enim in mate-
ria, colore, & in multis alijs. Secundo modo
quæ obtinent eandem qualitatem appellan
tur similia, quamuis plures gradus illius sint
in vno, quàm in alio subiecto, vt sunt nix,
& paries, quorum est idem candor secũdùm
speciem, quamuis plures gradus illius in ni-
ue, quàm in pariete reperiantur. Tertio ve-
ro modo illa erũt similia, si non tantùm ean
dem qualitatem, vt candorem, sed eosdem
gradus illius obtinuerint, ita vt si vnum illo-
rum obtineat quatuor gradus, & alterum
quoque obtineat quatuor. Ex his quæ sunt
similia primo modo, sunt minimè similia,
quæ secundo, sunt medio modo similia, quæ
verò tertio, sunt maximè omnium similia;
quia in primis illis non est aliqua forma spe-
cifica communis, in medijs communis est for
ma specifica, in vltimis verò non tantum for
ma, sed etiam gradus illius sunt communes.
At maius est habere formã, & gradus, quam
solam formam, vel quàm non habere illam.
Verùm cùm multitudo contrarietur vni-
tati, & tot modis debeat dici vnum contra-
rium, quot modis alterum dicitur, quemad-
modum ab vnitate hæ proprietates deriuan
tur, ita & a multitudine contrariæ proprie-
tates promanabũt. Quare proprietates mul
titudinis erunt diuersum, inæquale, & dissi-
mile. Multitudo in substantia efficit diuer-
sum,

sum, vel differens, in quantitate inæquale, & in qualitate dissimile. Præterea diuersum in varias formas est distributum: nam quædam sunt diuersa principio, alia toto, alia analogia, alia genere, alia specie, & alia numero, vt ex his quæ in hoc, & in superiori cap. docuimus, cuique poterit esse perspicuū. Inæquale duobus modis dicitur; aut secundùm excessum, aut secundùm deffectum. Illud est inęquale alteri secundùm excessum, quod illud vincit, & superat magnitudine. Illud verò est inęquale secūdùm deffectùm, quod ab alio vincitur, & magnitudine superatur. Vltimò, dissimilia tot modis dicuntur quot similia dici exposſuimus; vnde quędam erunt dissimilia quia in nulla qualitate conueniūt, vt aër, & terra, vel ignis, & aqua. Alia quia habent nonnullas qualitates specificas contrarias, quamuis in quibusdam possint conuenire, vt sunt æthiops, & homo candidus, qui quamuis coloribus differant, conueniunt tamen in multis qualitatibus, vt in calore, frigore, humiditate, & alijs. Ad extremum sunt alia dissimilia gradibus, quæ quamuis communem habeant qualitatem, obtinent tamen diuersos gradus illius, vt si quippiam fuerit calidum vt quatuor, & aliud vt nouem; dicentur dissimilia gradibus, quia obtinent inęquales gradus eiusdem qualitatis, & formæ.

Quot modis dicantur aliqua diuersa.

Quot modis dicantur inęqualia.

Quot modis dicantur dissimilia.

M.C.D. 2018

Cap. Vltimum In quo quædam argumenta dissoluuntur.

Bijciet tamen aliquis aduersus ea quę dicta sunt, nimirum idē tantum reperiri in substantia; æquale in quantitate, & simile in qualitate. Primò, omne ens comparatum cum altero, vel est idem vel diuersum, ergo idemptitas, non solis substantijs, sed omnibus entibus conueniet. Secundò, æquale, & inæquale, oriuntur ab vnitate, & multitudine; sed vnitas, & multitudo, non in sola quantitate, sed in omnibus categorijs reperiuntur, ergo æquale & inæquale, non in sola categoria quantitatis reperientur. Ad hæc omne ens cùm altero collatum, aut est simile eiusmeo, aut dissimile, ergo similitudo, & dissimilitudo, non in sola qualitate reperientur, sed ad omnia rerum genera se diffundent.

1. Argum. aduersus superiora.

2. Argum.

3. Argum.

Dissoluuntur arg proposita.

His tamē argumentis ita satisfacimus, Ad 1. dicimus, substantiam apud Arist. 5. Meta. cap. 8. & 7. cap. 3. inter varias significationes has duas obtinere, primam, in qua significat naturam per se coherentem, qua ratione distinguitur ab accidente, quod significat naturam alteri inhærentem; & secundam, in qua

Ad 1.

deno-

denotat naturam,& eſſentiam,rerum omniũ quæ ſignificatio diffuſsior eſt priori, ambit enim omnia rerum genera, tã categoriç ſubſtantiæ ,quam categoriarum accidentium. Quando igitur profitemur vnum in ſubſtantia efficere idem,nomine ſubſtantiæ, intelligimus naturas,& eſſentias rerum,non autem illud quod per ſe cohęret, & diſtinguitur ab accidente, & ita idẽptitas non tantum in categoria ſubſtantiæ,ſed etiam in alijs categorijs accidentium reperietur.

Ad 2.Reſp. Duplicem eſſe quantitatem, vnam molis, vel magnitudinis,& alterã perfectionis. Prima illa dimenſionem aliquam, aut ſecundùm longitudinem, aut ſecundùm latitudinem , aut ſecundùm profunditatem ſignificat : altera verò perfectionem naturæ exprimit. Illa prima,in ſola categoria quantitatis reperitur: hęc verò poſterior per omnes categorias ſe diffundit; in omnibus enim illis,reperitur naturæ perfectio , & abſolutio. Vnitas igitur in quantitate efficit æquale, ſumpta quantitate pro perfectione naturæ, non autem pro dimenſione aliqua, & magnitudine;quare non in ſola categoria quantitatis,ſed in omnibus categorijs æqualitas reperietur,quia hæc æqualitas,non eſt in dimenſionibus , ſed in perfectionibus naturarum, conſtituta. Ad 2.

Ad.3. vt Reſp. Annot.erit,qualitatis nomen Ad 3.

M.C.D. 2018

men ambiguum esse, & varias obtinere significationes, quas tradit diffusa oratione Aristo. 5. lib. Metaphy. cap. 14. inter quas duæ sunt potissime. Prima est, in qua significat differentiam substantialem, vel maximè propriam, eam nimirum, quæ est formatrix specierum. Secunda in qua exprimit certum aliquod, & diffinitum genus entis, ab alijs distinctum, quod communi nomine categoriã qualitatis nuncupamus, à qua quales sumus, & nominamur. Igitur nomine qualitatis, quando docemus vnum in qualitate efficere simile, non intelligimus qualitatem vt exprimit definitum genus entis, sed intelligimus differentias essentiales, iuxta quas res omnes sunt similes, vel dissimiles inter se, iuxta suam essentiam, & naturam; etenim similitudo hæc quæ consequitur vnitatem, non est similitudo solùm interueniens inter patibiles qualitates, vt inter candorem, vel atrorem; sed quę intercedit inter intima, & essẽtialia rerum omnium attributa. Consule Chrysostomum Iauellum. 5. Metap. q. 21. dum explicat modum primum relatorum, illorum scilicet, quæ fundantur in vno, & multitudine. Atque hæc de vno, eius ratione, contrarietate, formis, & proprietatibus dicta sufficiant.

FINIS LIBRI TERTII.

DE

DE ENTE ET EIVS PROPRIE-tatibus.

LIBER QVARTVS.

PRÆFATIO.

RATIONEM, & naturã veri, ſimpliciorem eſſe multò natura, & eſsẽtia boni, ſi quis intellectum ſimpliciorem eſſe his quæ ſunt extra ipſum cognouerit, intuebitur apertiſsimè. Veri enim ratio in intellectu eſt conſtituta, boni verò, in his quæ extra ipſum à perte rei ſubſiſtũt. Quare cùm iuxta methodum compoſitionis ad diſciplinas tradendas maximè accommodatam, quæ ſunt ſimpliciora debeant tradi primo loco, poſt explicatam naturam vniius, proximè de vero, ante bonum erit inſtituenda diſputatio. Quos autem, & quàm vberes hæc diſputatio pariat fructus, quæ commoda nobis illa præbeat, nullus eſt ab

ipſa

M.C.D. 2018

ipsa veritate ita alienus, qui non probè intel
ligat. Sine veritate enim nihil aut inueniri,
aut exprimi, aut doceri vlla ratione potest.
Hanc si è medio abstuleris, euanescent om-
nes disciplinæ, illicoq; scientiæ omnes inte-
ribunt, nihilque aliud, nisi densissimæ tene-
bræ, & profundissima quædam mentis cali-
go, supererit. Illius igitur naturam in hoc
lib. conabimur explicare, colligentes ea quæ
à superioribus Philosophis non minus doctè
quàm verè, de veritate fuerunt explicata.
Aristot. De qua egerunt Arist. 6. Metaph. cap. vlti-
mo, 9. lib. cap. etiam vltimo, 5. lib. cap. 19.
disputans de falso, & in præfatione lib. de
D. Thom. Interprætatione. D. Tho. 1. p. p. 16. & q. 1.
D. Ansel. de veritate, & in alijs plęrisque locis. D. An
D. Albert. selmus in quodam dialogo à se edito de ve-
Magnus. ritate. D. Albert. Magnus 1. p. Theologiæ
Alexã. Alẽ. tract. 6. q. 25. Alexander Alensis 1. p. q. 15.
reliqui Theologi in 1. dist. 19. & Metap. 6.
lib. Metaphy.

Cap. 1. In quo proponuntur diffinitiones veritatis.

VT Recta methodo in hac dis-
putatione explicanda progre
diamur, tradendæ erunt diffi-
nitiones veritatis que à Philo
sophis proponuntur ita enim
fiet, vt illius essentiam statim cognitam, per
spectam,

M.C.D. 2018

ſpectãq; habeamus. Cæterùm quia nomina ambigua ſunt prius diſtinguenda, quàm diffinienda, ne multiplici eorum ſignificatione perturbemur, veritatisque nomen ambiguũ ſit, erũt prius illius variæ ſignificationes explicandæ, vt deinde facilius multo quid ipſa ſit, poſsimus diffinitionibus comprehẽdere. Sũt igitur (inter alias) ſex ſignificationes veritatis, ex diuerſis Ariſt. locis à Frãciſco Patritio collectæ, in lib. omni genere laudũ ornatiſsimis, diſcuſsionum Peripateticarum, lib. 13. Prima eſt veritas rei. 2. ſenſuum. 3 intellectus. 4. habituũ intellectus. 5. ſermonis, & orationis. 6. & vltima ſcripturæ. Quæ ita ſunt inter ſe affectæ, vt à prima oriatur ſecũda, à ſecunda progrediatur tertia, à tertia naſcatur quarta, & ab hac, quinta ducat originem, & tandem à quinta, ſexta deriuetur. Quia à veritate rei, eſt veritas in ſenſibus, & à veritate ſenſuũ, eſt in intellectu, & à veritate intellectus, in habitibus reperitur, & à veritate habituum ineſt ſermoni, & à veritate ſermonis in ſcriptura collocatur. A prima igitur ſignificatione exordiamur, quæ eſt veritas rei, cuius natura ex falſitate quæ illi opponitur, erit à nobis colligenda. Falſitas itaque duo ſignificat, & rem non eſſe, vt hominem eſſe leonem, quia hoc non eſt, Et rem nõ apparere eo modo quo eſt, qua ratione auri chalcum vocamus falſum aurum; eo quod

Franciſcus Patricius. Sex ſignificationes veritatis.

Quę ſit veritas rei.

alio

alio modo sit, quàm nobis appareat. Duobus etiam modis superioribus contrarijs, dicetur veritas rei, primò, quia significat rem aliquam esse, vt hominẽ esse animal. Secundo, quia significat rem aliquam esse, & nobis ita apparet, vt in se est; qua ratione aurum obrizum appellamus verum aurum, quia & est verum aurum in se, & nobis quoque verum apparet. Secunda est veritas sensuum, quæ nihil aliud est, quàm vera, & non ficta apprehensio sensus circa suum proprium obiectũ, de qua veritate locutus est Arist. 3. de Anima cap. 6. dicens, visum circa colores esse verum; & 2. de Anima cap. itidem 6. docens, sensum non posse falli circa suum proprium obiectum. Tertia est veritas intellectus, quæ est vera, & non existimata tantùm, sui obiecti comprehẽsio. Cęterùm cùm in intellectu dẽtur varia munera, & functiones, quæ sunt simplicium apprehensio, compositio, & diuisio, & ratiocinatio, in his omnibus veritas reperietur; quia in omnibus reperitur vera sui obiecti coprehensio. Quãuis apud Arist. veritas huius generis, frequentius pro veritate composita, quæ in compositione, & diuisione reperitur, quàm pro simplici, aut discursiua vsurpetur, vt constare poterit ex præfatione lib. de Interpretatione, & ex 5. lib. Metaph. cap. vltimo, in quibus locis, in compositione, & diuisione sola intellectus,

Quę sit veritas sensuum.

Quę sit veritas intellectus.

censet

censeteſſe veritatem conſtituendam, quod qua ratione intelligi debeat, poſtea explicabimus. Hanc veritatem vocant Metaphyſici, veritatem ſecundùm formam, & eſſentiã, quia tota veritatis ratio, eſt adæquatio quędam intellectus, & rei. Quarta veritas eſt habituum, quæ nihil aliud eſt, quàm diſpoſitio quædam, qua rectè, facilè, & ſine errore, poſsit intellectus ferri in obiecta, quæ ſibi cõtemplanda offerũtur. Sunt autem hi habitus quinque, ſapientia, intelligentia, ſciẽtia, ars, & prudentia, vt auctor eſt Ariſt. 6. lib. Ethicorum cap. 3. his enim ſemper verum dicimus, & apprehendimus; nam opinio, & exiſtimatio, cum interdum verſentur circa falſum, nulla ratione poterunt inter hos habitus intellectus, recenſeri. Quinta eſt ſermonis, & orationis, quæ nihil aliud eſt, quã interpres eius veritatis, quæ intra mentem retinetur; cùm enim illa lateat, ſitq; hominibus occulta, conceſſus fuit nobis à natura vſus ſermonis, vt illius beneficio, tanquam interprete quodam, ſenſa animi, & veritatẽ mentis, intelligeremus. Vltima eſt veritas ſcripturæ, quæ vt abſentibus mentem noſtram manifeſtaremus, cùm quibus ſermonẽ miſcere non poſſumus, fuit inſtituta, Eſt autẽ illa ſignũ veritatis quæ eſt in ſermone, & interpres illius, quemadmodum altera quæ eſt in ſermone, eſt ſignum, & interpres veritatis quæ

Quę ſit veritas habituum.

Quę ſit veritas ſermonis.

Quę ſit veritas ſcripturæ.

est in mente; nam voces signa sunt, ac notæ affectum animi, & scripturæ, vocum, vt inquit Arist. in præfatione lib. de Interpretatione. Vtramque veritatem vocant Philosophi, veritatem in significando, quia veritas sermonis, significat veritatem mentis, & veritas scripturæ, veritatẽ sermonis declarat.

Consect. triplex est veritas.

Ex his omnibus colligere possumus triplicem esse veritatem, in efficiendo, in significando, & secundùm essentiam; quemadmodum etiam est triplex sanitas, in causando, qualis reperitur in pomo, vel medicamento, quod optimam valetudinem producit, in significando, vt reperitur in vrina, quæ indicat num animal rectè valeat, & secundùm essentiam, vt est ea quæ inest animali; tantũ enim animali competit secundùm essentiã esse sanum. Veritas secundùm causam, vel in efficiendo, est illa quæ in rebus reperitur, ab hac siquidem tanquam à propria causa, reliquæ veritates mentis, & sermonis oriũtur; quia ex eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, vt docuerat Arist. in categorijs cap. de substantia. Veritas in significando est illa quæ in sermone externo, & in scriptura reperitur; tam enim sermo exterior, quàm scripturæ, ex eo dicuntur veræ; quia significant veritatem mentis, illãq; latẽtem exprimunt, & patefaciunt. Veritas secundùm essentiam est illa, quæ in mente

reperi-

reperitur, illa nimirum adæquatio, vel similitudo quæ inter intellectum, & rem cognitam intercedit.

Cùm gitur sint diuersę veritatis significationes, de veritate rei, potissimè erit à nobis suscipienda disputatio, quia hæc veritas est trãscendens, & reciprocatur cum ente; quãuis nonnulla etiam proponemus de veritate mẽtis, & significationis. Quamobrã tres trademus diffinitiones veritatis, vnam veritatis signi, secundam veritatis rei, & tertiam veritatis intellectus. Veritas signi in hunc modum diffinitur à D. Hilario. Veritas est manifestatiua, & declaratiua ipsius esse, & à D. August. in lib. de vera religione cap. 26. Veritas est, qua ostenditur id quod est. Veritas rei diffinitur à D. August. 2. lib. soliloquiorum cap. 5. Verũ est id quod est, & ab Auicenna lib. 11. Metaph. cap. 2. Veritas rei est proprietas sui esse, quod est cuilibet rei à natura præfinitum; vt veritas rei in natura humana, est proprietas illius esse, quod est à natura præfinitum. Veritas mentis diffinitur à D. Anselmo in dialogo de veritate, cap. 12. Rectitudo sola mente perceptibilis, & ab Isaac 2. Metaphysicorum cap. 2. Adæquatio rei, & intellectus: quæ diffinitio tanquã omniũ acuratissima fuit deinde ab omnibus Philosophis, communibus suffragijs approbata, quæ complectitur etiam veritatem

1. Diffinitio veritatis. D. Hilar.
D. Auguſt.
2. Diffini. Auicen.
3. Diffini.

Annot. tem rei, vt ostendemus deinde. Vt igitur illã explicemus, annotandum est primò, nomine adæquationis, intelligendam esse similitudinem inter intellectum, & res quæ intelliguntur, quæ non est petenda à natura intellectus, cùm aliquando inter intellectũ, & res cognitas, maxima intercedat disimilitudo; vt quando intellectus apprehendit naturas corporeas, quæ ex materia constãt; est enim ille immaterialis, hæ autẽ naturæ, sunt materiales; sed aliunde peti debet. Quare cùm in intellectu quatuor reperiantur, species impressę, expressæ, actiones intelligendi, & habitus illi inhærentes, ab aliquo ex his erit similitudo depromenda. Inprimisque ab habitibus non poterit depromi, cùm illi nõ sint tributi vt repræsentent, sed vt conferant intellectui facultatem intelligendi, vt scilicet rectè, & facilè, in suis actionibus progrediatur. Deinde neque ab actionibus intelligendi; quia actio non est similitudo, sed via quædam tendens ad similitudinem, scilicet, ad verbum mentis, & speciem expressam, quæ est similitudo rei, in actu secundo. Petetur igitur ab vtraque specie, impressa scilicet, & expressa; quia vtraque, est similitudo rei quam percipit intellectus, quamuis magis ab expressa, quã ab impressa, debeat postulari, vt egregiè annot. D. Thom. 1. contra Gent. capite 59. Erit igitur veritas adæquatio, & simili-

militudo intellectus, non in natura, sed in specie intellectili, vel impressa, vel expressa, cũ rebus intellectis. Deinde annot. est, nomine rerum non esse intelligendas res quæ obijciũtur intellectui, ita vt illæ res dicantur veræ, quæ ea ratione qua obijciuntur intellectui, sunt illi adæquatę; ita enim fieret, vt monstra animi, (vt chimerę) dicerentur vera; siquidẽ hæc omnia vt obijciuntur intellectui, sunt cõformia conceptibus, quibus apprehendũtur: sed intelligi debent res à parte rei subsistentes, aut in actu, aut secundùm aptitudinem. Itaq; conformitas harũ rerum cum intellectu, eo modo quo exposuimus, dicetur veritas. Annot. est etiam, hanc diffinitionem, & veritati mẽtis, & rei, conuenire, potest enim hæc adęquatio, similitudo, vel conformitas, sumi aut actiuè, aut passiuè. Actiuè sumitur pro ipsa similitudine ab actione mentis proueniente. Passiuè verò, pro re per huiusmodi similitudinem representata, & intellecta. Si sumatur actiuè, complectetur veritatẽ mentis, in qua reperitur similitudo rei intellectę. Si verò sumatur passiuè, continebit veritatẽ rei, quæ est conformitas passiua rei cum speciebus intellectilibus, quę sunt intra mẽtem. Ad extremum obseruandum est, hanc diffinitionem non conuenire veritati quæ in sensibus reperitur. Si tamen libuisset Philosophis nomine intellectus collocare facultatem

Anno. 2.

Annot. 3.

Annot 4.

Generalis diffinitio veritatis.

tem cognoscendi, ita vt diceremus. Veritas est adæquatio rei, & facultatis cognoscendi, ambiret etiã veritatem sensuum, quæ est adæquatio inter rem, & facultatem cognoscẽdi. Quare si cupimus generalem quandam diffinitionem proponere, hæc quæ nunc proximè tradita fuit, erit proponenda.

Cap. II. sit ne hæc adæquatio inter rẽ, & intellectum, in qua est sita ratio veritatis, petenda ex intellectu diuino, vel ex creato.

Vpereſt tamen ad absolutam cognitionem veritatis consequendam, vt explicemus quisnam intellectus sit ille, inter quem, & res, debeat intercedere adæquatio, in qua est tota ratio veritatis constituta, est ne hic intellectus diuinus, vel potius humanus, aut alius creatus. Huic dubitationi ita satisfacimus. Adæquatio quę continetur in ratione veritatis de qua nunc agimus, non est ad intellectum Humanũ, & creatum, sed ad diuinum, & increatum. Itaque res ex eo dicuntur veræ, quia sunt similes, & adæquatæ exemplaribus diuinis; quia scili-

Annot.

cet

cet tales sunt in se, quales sunt & ræpresentã tur in mente diuina. Diximus consultò veritatis de qua nunc agimus, eo quod de verita te signi, vel coniuncta intellectus, nunc non disputamus ex pręcipuo instituto, sed de sola transcendenti, quam profitemur esse adęquationem passiuam rerum omnium cum intellectu diuino.

Confir. igitur Assertio his arg. primum est petitum ex testimonio. D. Tho. qui 1. p. q. 16. art. 1. his verbis illam profitetur. *Res naturales dicuntur esse ueræ, secundum quod assequũtur similitudinem specierum quæ sunt in mente diuina. Dicitur enim uerus lapis, quia assequitur propriam lapidis naturam, secundum præconceptionem intellectus diuini.* Secundum arg. Veritas rerum ab eo intellectu desumi debet, à quo res depẽdet per se; sed res creatæ per se dependent ab intellectu diuino, & per accidens ab intellectu humano, vt scilicet possũt ab illo cognosci, quod accidit ipsis rebus, ergo nõ ab humano, sed à diuino intellectu, erit veritas rerũ postulãda. Pręterea. Veritas rerum est adæquatio earum, cum propria, & prima ipsarum mensura; sed sola exemplaria mentis diuinæ, sunt propriæ, & primę mensurę rerum omnium, ergo ab huiusmodi exẽplaribus, erit veritas depromenda. Prop. est perspicua. Confir. Assump. Primo, quia rationes, & exemplaria omnia quæ sunt in intellectu

Confir. Assertio.
1. Argum. D. Thom. testimon.
2. Argum.
3. Argum.

creato, aut non sunt mensuræ rerum, sed mensurãtur ab eis, vt conceptus leonis, non est mensura leonis, sed mensuratur ab illo: aut si fuerint, vt sunt exemplaria artificum, non sunt illa primæ mensuræ, sed quæ sunt in mẽte diuina, in qua sunt prima exemplaria, domus, nauigij, scamini, & aliarum huius generis rerum, quę ab arte fiunt. Secundò. Primum ens (infinitum scilicet) ex eo dicitur verum, quia est adæquatum intellectui diuino, primo, & infinito; ergo cùm omnia alia entia ab hoc primo ente deriuentur, ex eo dicentur vera, quia adæquantur intellectui diuino. Ad hęc veritas rerum, certa est & infallibilis; sed veritas intellectus humani non est infallibilis, sed sola diuina, ergo non intellectus humanus, sed diuinus erit mensura veritatis ipsarum rerum. Rursus, dãtur plęreque veritates ęternę, vt hominem esse animal, & circulum esse figuram planã vnica linea comprehensam, vt deinde demonstrabimus; sed illarum mensura non potest esse intellectus creatus, cùm non sit ille ab æterno, erit ergo increatus, quare veritas rerum ab intellectu diuino, & increato, deprometur. Tandem res practicæ dicuntur veræ per conformitatem ad intellectũ practicum à quo fluxerunt, & non per conformitatem ad intellectũ speculatiuum à quo non dependent; quemadmodum domus dicitur

4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

citur vera, quia est conformis exemplaribus architecti, & non quia sit conformis intellectui alterius hominis; sed res omnes creatæ comparantur ad diuinum intellectum, vt ad intellectum practicum, à quo omnes illæ fluxerunt, ergo veritas rerum, per habitudinẽ ad diuinum intellectum, erit postulanda.

1. Argum. aduersus superiora.

Offerunt se tamen aduersus hanc nostrã opinionem nonnulla argumenta dissoluẽdâ. Primum est. Si veritas rerum esset depromenda ex habitudine ad intellectum diuinum; sequeretur omnes res esse veras ex æquo; quia omnes illæ ex æquo referuntur ad intellectum diuinum; atqui hoc repugnat Arist. 2. Metaph. cap. 1. asserenti quasdam res esse alijs veriores, ergo veritas rerũ non petetur ex habitudine ad intellectum diuinum. Resp. res creatas posse conferri, aut cũ exemplaribus mentis diuinæ, aut inter se; si primo modo sumantur omnes sunt ex æquo veræ, quia omnes ex æquo adæquantur suis exemplaribus: si verò altero modo vsurpentur, quædam sunt alijs veriores, quia quædã sunt magis entia, quàm aliæ, & quædam participant magis quàm aliæ, naturam diuinã, at quo aliqua fuerint magis entia, magisque obtinuerint participationem naturæ diuinæ, erunt veriora: quare non erunt omnia ex æquo vera.

Solutio.

2. Argum.

Secundum arg. Conceptus nostri specu-

latiui, ex eo dicuntur veri quia adæquantur ipsis rebus conceptis, vt conceptus leonis, ex eo est verus, quia adæquatur leoni, ergo non omnis veritas desumetur ex habitudine ad

Solutio. exemplaria mentis diuinæ. Resp. conceptus nostros adæquari, & rebus conceptis, & exẽplaribus mentis diuinæ; nam si res adæquantur exemplaribus diuinis, & conceptus adęquantur rebus, à primo ad vltimum, conceptus adęquabũtur exemplaribus diuinis. Sũtur rebus, & quia adæquãtur exemplaribus diuinis, præcipuè tamen, & primo erunt veri, ex eo, quod adęquantur exemplaribus diuinis.

3. Argum. Tertium arg. Conformitas rerum cũ intellectu diuino, est relatio rei; sed verũ quod est proprietas entis, nullam relationem rei significat, qua distinguatur ab ente; ita enim distingueretur reipsa ab eo, ergo verum non significat conformitatem rerum cum intel-

1. Solutio. lectu diuino. Quidam respondent huic arg. falsam esse propositionem; quia cùm hæc relatio fundetur in natura potentiali; fundatur siquidem in rerum naturis, & essentijs, etiam antequam sint, (sunt enim illę conformes, & adæquatę intellectui diuino ab æterno, quando non dum erant, qua ratione dicuntur esse potentiales:) ob hanc rationem huiusmodi conformitas non erit relatio rei.

Possu-

Possumus tamen dicere hanc conformita- 2. Solutio
tem rerum cum intellectu diuino, in recto, &
ex præcipuo significato, non denotare habi-
tudinem aliquam; sed naturam absolutam,
nimirum entitatem cuiuslibet rei, quæ à su-
premo ente, tanquam à primo totius entita-
tis vberrimo fonte fuit deriuata. Minus ta-
mẽ prẹcipuè, & secundariò, exprimere quan
dam habitudinem mensurati, ad primum e-
xemplar, & mensuram. Et eandem ratione
verum non addit enti relationem aliquam
tanquam præcipuè significatam; sed secun-
dariò, & minus præcipuè: est enim in recto
ens, & in obliquo relatum quoddam ad in-
tellectum, vt in sequentibus vberius expli-
cabimus.

Quartum. Commensuratio vel confor- 4. Argum.
mitas est relatio quædam æqualis compara
tionis; sed veritas intellectus diuini non est
commensuratio cum rebus creatis, ergo ve-
ritas rerum creatarum, non erit commensu-
ratio cum intellectu diuino. Resp. verã esse Solutio.
propositionem, quando vnũ ex his quæ com
parantur non dependet ab alio secundùm
essentiam, vt euenit in conformitate simili-
tudinis inter cignum, & niuem interuenien-
te, quę est habitudo æqualis comparationis,
eo quod neque cignus à niue; nèque nix à ci-
gno, dependeat secundùm essentiã. At quan
do ex his quæ commensurantur, vnum de-

pendet

pẽdet ab alio secundùm essentiam, dicimus falsam esse propositionẽ; quia in his non debet interuenire relatio æqualis comparationis. Cùm igitur creaturæ dependeãt à Deo secundùm essentiam, non interueniet inter Deum, & ipsas, relatio secundùm æqualitatem comparationis.

5. Argum. Quintum. Si veritas esset conformitas cum intellectu diuino, ita vt diuinus intellectus sit regula, & mensura omnis veritatis, sequeretur neque Philosophos, qui veritatem ipsam tanquam scopum sibi consequendam proponunt, neque aurifices, statuarios, aut alios opifices, posse vlla ratione, aut rerũ naturalium, aut suorum operum veritatem comparare. Quia sine regula, & prima mensura veritatis, nõ potest veritas comparari, cùm ergo exemplaria, & ideæ mentis diuinæ, sint maximè occultæ, & nos lateant, si ipsæ essent primæ mẽsuræ, & regulæ omnis veritatis, reuera occulta quoque esset nobis omnis veritas, quod quàm sit absurdum, non est qui non probè cognoscat; non igitur veritas erit adæquatio cum exemplaribus diuinis.

Solutio. Resp. duobus modis posse aliquid in alio cognosci; vno modo tanquam in obiecto cognito, qua ratione cognoscimus imaginem in speculo. Altero modo tanquam in principio, vel ratione cognoscendi, quo modo cognoscimus colores in lumine. Igitur intelle-

M.C.D. 2018

intellectus cognoscit veritatem in exemplaribus mentis diuinæ, non tanquam in obiecto cognito, aut speculo aliquo; sed tanquam in principio, aut ratione cognoscendi; effluit enim ab exemplaribus diuinis, splendor quidam, quo illustratæ mentes, perspicuè veritatem ipsam, tam in his quæ à natura oriuntur, quàm in his quę arte constant, intuẽtur. Conspicimus igitur veritatẽ in exemplaribus diuinis, tanquam in primis illius mensuris, quæ quamuis vt obiecta sunt, sint maximè incognita, vt tamẽ sunt rationes, & principia cognoscẽdi, maximè possunt à nostris mentibus, conspici. Ex his igitur colligere licebit vehementer errasse Aureolum, vt auctor est Capreo. in 1. dist. 19. q. 3. existimantem, veritatem rerum non esse depromendam ex habitudine earum ad intellectũ diuinum. Constat enim & rationibus efficacissimis propositis, nostram sententiam esse veram, & quas aduersus nos illæ proponit futiles esse, & parui momenti, vt ex traditis solutionibus, cuique poterit luce clarius esse manifestum.

Vide D. Tho. 3 cõtra Gent. cap. 47. explicantem hanc solu. accuratissimè, interpretantẽq. D Augustin. docentem omnia cognosci in rationibus æternis.

Aureolus errat.

Cap. III. Sit ne verum proprietas entis, & quid potissimè significet, num entitatem, vel relationem ad intellectum.

Con-

ONcors est, & vna, Philosophorum omnium sententia, verum esse proprietatẽ entis, cum eoque conuerti, & reciprocari, quam vt explicemus, has constituimus assertiones. Sit prima. Verum est vera, & legitima proprietas entis. Confirmatur his argumentis.

1. Assertio.

2. Argum. Primũ. Quidquid reciprocatur cum aliquo subiecto, & fluit ab eius natura, est ipsius vera, & legitima proprietas; sed verum reciprocatur cum ente, & fluit ab ipsius natura, ergo erit proprietas illius. Propo. est prespicua cõfir. Assump. Inprimis verum reciprocatur cum ente; quia omne ens est adæquatum exemplaribus mentis diuinæ, at illud nuncupamus verum, quod est adæquatũ his exemplaribus. Deinde fluit ab eius natura, hac lege, vt ab ea remoueri nulla ratione queat, remanente siquidem rei natura, & entitate, debet quoq; veritas supereſſe, quæ nisi cum entitate aufferri nullo modo potest, vt

D. Hila. præclare. D. Hilarius. 5. de Trinitate, expressit his verbis. *Perime æquæ quod æqua est; & per id poteris abolere quod uera sit.* Secundum qua

2. Argum. ratione se habet aliquid ad entitatẽ, eadẽ se habet quoq; ad veritatem: eadẽ enim est dispositio rei in entitate & veritate, vt docet Arist. 2. Meta. cap. 1. ergo verũ erit vera, & legitima proprietas entis, cùm per eãdem ra

tionem

tionem per quam aliquid sit ens, sit quoque verum. Consule. D. Tho. 1.p.q.16.art.3.& Alex. Alen. 1.p.q.15.membro.2. D Tho. Alex. Alẽ

Secunda Assert. Verum addit rationem aliquam, rationi entis, non tamen reipsa, sed sola ratione, ab ea distinctã. Addere rationem aliquam omnibus est exploratũ. Tum quia entis,& veri, sunt diuersi cõceptus. Tũ etiam; quia si nihil adderet, quando ita diceremus. Verum est ens, committeremus apertã nugationem; nomine enim subiecti,& attributi, idem secundùm rem, & rationem enuntiaremus. Hanc verô rationem non distin gui secundùm rem ab ente, sed secundùm ra tionem, ostendimus iam lib.2.cap.15.agentes de proprietatibus entis in communi, repete illa quæ in eo loco conscripsimus, 2. Assertio.

Tertia assertio. Ratio quam verum addit enti, est habitudo quędã, & relatio intrinseca, ad intellectũ. Hanc assertionẽ profitetur D. Tho. 1.p.q.16.art.3. Vbi inquit, Verum addere enti habitudinẽ ad intellectum, quẽadmodum bonum addit eidem habitudinẽ ad appetitum, & apertius multo illam profitetur. q.1. de Verit. art.2. docens, ita denotare Veritatem habitudinem ad intellectum, vt si è medio auferretur omnis intellectus, illico tota ratio veritatis necessariò deberet interire. Confir. deinde. Verum transcend ens est adęquatio rei ad intellectum; sed in 3. Assertio. D. Tho. 1. Argum.

hac

M.C.D. 2018

hac difinitione includitur habitudo quędam intrinseca ad intellectum, ergo veritas, transcendens, indicabit huismodi habitudinem.

2. Argum. Præterea, verũ addit aliquam rationẽ enti; sed nullam aliam potest addere nisi hanc relationem ad intellectum, hæc ergo relatio, erit quam addit verum, rationi entis.

Consect. Vnde colligere poterimus, verum ex duplici ratione constitui, ex entitate scilicet, & habitudine ad intellectum, quemadmodum vnum ex duplici quoqũe ratione entitate videlicet, & indiuisione, constitui docuimus in superiori lib. Cæterùm quid verum præcipuè denotet, num entitatẽ, vel potius habitudinem ad intellectum, est maxime controuersum apud Philosophos. Quidã enim arbitrantur veritatem præcipuè, & secundùm essentiã, denotare habitudinem ad intellectum, minus tamen pręcipuè, & quasi in obliquo exprimere entitatem. Sententiam hanc profitentur Caiet. 1. p. q. 15. art. 2. Duran. in. 1. dist. 19. q. 5. & multi alij.

Quid præcipuè denotet veritas, numen titatẽ, vel relationẽ.

1. Opinio Caiet.

Duran. E contra verò alij existimant, veritatem magis præcipuè, secundùm essentiam, & in recto, significare entitatem, relationem verò ad intellectum, secundariò, & minus præcipuè, tamquam entitatis contractionem, vel limitationẽ, exprimere. Hæc opinio placuit

2. Opinio. Capreol. Capreolo in. 1. distinctione. 19. q. 3. concl. 3 Soncinati in eodem. 1. & distinct. q. 4. & 6.

Metaph.

Metaph. q. 17. Ferra. 1. Cont. Gent. capite 60. & M. Dominico Bañes 1. p. q. 16. art. 3. dubitatione vltima. Quæ opinio maximè nobis placet, atque ita vt illam explicemus, sit quarta assertio. Soncinas. Ferrar. M. Bañes.

Veritas magis præcipuè, denotat entitatem, quàm relationem ad intellectum. Confir. his arg. Primũ. Veritas secundùm suam formam, & essentiam, denotat perfectionem intellectus, quemadmodum bonum, exprimit perfectionem appetitus; sed relatio secũdùm suam essentiam, & vltimum actũ, non significat aliquam perfectionem: quia quælibet perfectio exprimi debet, vt natura quædam inhærens rei quæ perficitur, (perfectio enim est in perfectibili) at relatio secüdùm suam essentiam, non exprimitur vt inhærẽs, sed vt referens ad terminũ, ergo veritas non denotabit relationem ad intellectum. Deinde eadem est secundùm analogiam veritas rei in Deo, & in nobis, quemadmodum eadẽ est entitas; sed veritas in Deo non significat ex præcipua ratione, aliquam habitudinem, sed entitatem absolutam, ergo neque in alijs rebus significabit relationem tanquam præcipuum significatum. Propo. est perspicua, confir. assump. Si veritas in Deo significaret ex præcipuo significato relationem, aut ulla esset rei, aut rationis, at neutra esse potest. Inprimis non rei, quia si esset rei, iam essent

4. Assertio

1. Argum.

3. Argum.

M.C.D. 2018

Deo plures quam quatuor relationes rei, quæ sunt paternitas, filiatio, spiratio actiua, & passiua, quod omnium Theologorũ consensui aduersatur. Deinde neque potest esse rationis. Quia relatio rationis, nullam denotat perfectionem, quemadmodum neque vllum aliud ens rationis; at veritas in Deo exprimit maximam perfectionem, quare veritas in Deo non denotabit ex præcipuo significato aliquã relationem. Rursus confirmatur testimonio D. Tho. q. 1. de veritate art. 8. in quo loco docet, veritatem rei præcipuè significare illius entitatem, addere tamẽ ipsi, habitudinem quandam æqualitatis, ad intellectum. Ad extremum proprietates demonstrabiles (è quorum numero est veritas,) magis præcipuè significant subiectũ, quàm quippiam aliud, vt 2. lib. cap. 14. & 3. cap. 9. agentes de vno, docuimus, non ergo veritas significabit præcipuè relationẽ, sed entitatem absolutam. Vnde quemadmodum in illo loco docuimus, vnum in recto, magisq; præcipue denotat entitatem, quàm indiuisionem, ita profitendum erit, veritatẽ magis præcipuè significare entitatem, quàm relationem ad intellectum. Attamen cùm præter veritatẽ rei, detur quoq; veritas intellectus, hæc assertio non tantùm de veritate rei, sed etiam de veritate intellectus debet intelligi, vt præclare sentiunt Capr. & Soncin. in superio-

Ita docet D. Tho. 1. p. q. 32 art. 3. cum reliquis Theologis in 1. dist. 26.

3. Argum. D. Thom.

Veritas intellectus præcipuè quoque denotat entitatem.

ribus

M.C.D. 2018

rib⁹ locis. Etenim veritas intellectus, est qua litas quædã mẽtis, est enim vel ſpecies intel lectilis, vel verbum mentis, (nam his duobus adæquatur rebus cognitis) at hæc duo, qua- litates quędam ſunt mẽtis, cùm igitur qua- litas non ſignificet ex primo eius, & præci- puo ſignficato relationem aliquam, neque veritas mentis illã ſignificabit. Quare quẽ- admodum ſcientia quæ eſt qualitas intelle- ctus, in recto, & ex præcipuo ſignificato, de- notat naturam abſolutam, connotans tamẽ in obliquo, & minus præcipuè, habitudinem quandam ad obiectum: pari ratione veritas mentis, in recto ſignificabit qualitatem in- tellectus, & entitatem abſolutã, ſcilicet aut ſpeciem intellectilem, aut verbum mentis, in obliquo tamen, & minus præcipuè, ſigni- ficabit relationem ad res veras, à parte rei ſubſiſtentes. Vnde veritas rei, erit entitas cũ habitudine ad intellectũ, præcipuè diuinũ. Veritas verò intellectus, erit entitas cum ha bitudine ad res veras. In quibus diffinitio- nibus, entitas continetur in recto, relatio ve ro in obliquo.

Cap. IIII. In quo diſſoluuntur quæ- dam argumenta aduerſus ſuperiora.

M.C.D. 2018

VErùm quia non satis est veritatem explicasse, nisi simul argumentis quæ obijci possunt fuerit satisfactum, dissoluenda erunt in hoc cap. nonnulla argumenta aduersus superiora, ex quibus sit

1. Argum. hoc primum. Ens tantùm dicitur de his quę sunt, verum autem dicitur quoq; de his quæ nõ sunt, nã intellectus verè apprehendit nõ ens, non esse, & enuntiat, non ens, non esse, in secunda eius functione, ergo verum non reciprocabitur, neq; erit proprietas entis. Confir. conse. Quia proprietates non debent latius patere, suo proprio, & adæquato sub-

Solutio 1. iecto. Resp. inprimis nos non loqui de omni veritate, quando illam facimus proprietatẽ entis, sed de sola veritate rei, quæ tota est transcendens; vnde quamuis veritas composita, vt est veritas enuntiationis, etiam ambiat non entia, simplex tamen, quæ est veritas rei, & transcendens, de solo ente potest enuntiari, & sola ea quæ sunt, possunt esse

Solutio 2. vera huius generis veritate. Præterea dicimus, non entia non apprehendi ab intellectu, vt non entia sunt, & sub ratione non entis, sed sub ratione entis. Vnde quemadmodum obiectum appetitus non tàntum est bonum, sed apparens bonum; ita quoque obiectum intellectus, non tantum erit illud quod est verum ens, sed etiam illud quod apparet

ens.

M.C.D. 2018

ens. Quemadmodum ergo verum se diffundit ad non entia, ita & ratio entis se diffundet ad illa. Neque hinc colligitur non ens esse ens, sed non ens apprehendi sub ratione entis.

Secundum. Si verum esset proprietas entis, ita vt diceretur de omni ente, sequeretur eandem rem posse simul esse veram, & falsam; hoc autem est absurdum, ergo verum non erit proprietas entis. Confir. propo. Falsitas reperitur in rebus, ergo si verum quoq; de eisdem diceretur, idem simul esset verũ, & falsum. Resp. negando proposi. Ad confirmationem dicimus, in rebus nullam reperiri falsitatem, cùm tales sint omnes, qualia sunt exemplaria diuina, ex quorum conformitate debet veritas postulari. In enuntiatione autem reperitur falsitas, quæ veritati compositæ aduersatur. At veritas composita, non est proprietas entis, sed altera simplex, quæ in rebus reperitur, vnde non colligitur idem simul esse verum, & falsum. 2. Argum. Solutio.

Tertium argum. Verum reciprocatur cũ ente, & est idem cum eo; sed ens non denotat intrinsecum ordinem, & relationem ad intellectum, ergo verum non denotabit intrinsecam relationem ad illum. Resp. negãdo consequentiam; quia sufficit distinctio rationis ratiocinatæ, inter ens, & verũ, ad hoc vt aliquid enuntietur de vno, quod non di- 3. Argum. Solutio.

M.C.D. 2018

citur de altero. Quemadmodum sufficit distinctio rationis inter ens, & vnum, vt dicamus aliquid dici de vno, quod non enuntiatur de altero; nam de vno secundùm essentiam enuntiatur indiuisio; quæ non enuntiatur de ente sub propria ratione.

4. Argum. Quartum. Veritas rei diffinitur adæquatio rei ad intellectum. Intellectus verò, adæquatio intellectus ad rem; sed adęquatio denotat formaliter in recto, & magis præcipuè relationẽ, ergo veritas quoq. tã rei, quã intellectus, significabit magis præcipuè, & in recto, relationẽ ad intellectũ. Ręsp. diffinitiones propositas ita esse intelligẽdas. Veritas rei est adæquatio, ideſt, est res adæquata intellectui. Et veritas intellectus est adæquatio, ideſt, est cõceptus, vel similitudo adęquata rebus, in quibus diffinitionibus, vel res ipsę, vel concęptus in recto, & magis pręcipuè exprimuntur, & non relationes, vel habitudines.

Solutio.

5. Argum. Quintum. Illa sunt relata quibus adaptantur proprietates relatorum, sed veritati intellectus, quæ constituta est in enuntiatione interiori, vel in compositione, & diuisione, adaptantur proprietates relatorum, ergo hęc saltim veritas magis præcipuè, & secundùm essentiam denotabit relationem, quàm entitatem. Confir. ſſump. Proprietas est relatorum, v[illegible] ipsa mutentur ad solam alterius

M.C.D. 2018

alterius mutationem; sed oratio vera mutatur in falsam, ad solam mutationẽ rei significatæ, vt hæc oratio, Socrates sedet, quę vera est, ipso sedente, si deinde non sedeat, est falsa, ad solam ipsius mutationem, vt auctor est Arist. in Categorijs, cap. de substantia, ergo orationi veræ conueniet proprietas relatorum. Resp. falsam esse assump. Ad confirm. verò dicimus in relatis formaliter sumptis ita euenire, vt vno mutato, & alterum quoque mutetur, per solã alterius mutationem. At in oratione vera, res non ita se se habet, nam quamuis eadem oratio secundùm materiam, mutetur de vera, in falsam, ad solam alterius mutationem, eadem tamẽ secundùm formam, nulla ratione potest mutari, vnde si res mutatur, & ipsa quoque debet formaliter mutari, & ita hæc oratio Socrates sedet, quæ vera est, eo sedente, si deinde non sedeat, est falsa, non per solam mutationem rei, sed per mutationem formalem quæ in ipsa est effecta, vnde non erit vna, sed duplex oratio, secundum formam. Solutio.

Cap. V. Num veritas sit ens rei, vel rationis.

Opl. Durand.

Durandus vir acutus, Philosophus, & Theologus eruditissimus. 1. lib. sentent. dist. 19. q. 5. & 6, arbitratur veritatẽ esse ens rationis, cuius sententiam vt explicemus erunt altius ipsius fundamẽta, quibus ille vtitur ad hanc quęstionem explicandã, repetenda. Constituit igitur esse duo genera attributorum quæ de rebus enũciantur, quædam quæ ipsis competunt beneficio intellectus, vt sunt genus, & species, subiectum, vel attributum. Alia vero, quæ eis conueniunt aparte rei, præter omnem operationem intellectus, vt homini conueniunt candor, atror, & capacitas disciplinæ. Cẽset itaque veritatem esse recẽsendam inter attributa primi generis, quæ tantum enunciantur de rebus, beneficio intellectus. Verũ vt hanc rem facilius explicet, annotat iterum, veritatis rationem in eô esse constitutam, nimirum, vt aliqua res apprehensa per intellectum, non tãtum in simplici apprehensione, sed etiam in compositione, & diuisione, assentiente, & iudicante, sit conformis, & adæquata, sibi ipsi, vt existit aparte rei. Verbi gratia veritas huius enuntiationis, homo est risibilis, sita est in conformitate quam obtinet homo apprehensus per intellectũ, ad se ipsum existentem aparte rei. Vnde colligit veritatem esse ens rationis. Nã enim si veritas consti-

M.C.D. 2018

constituta est in huismodi cõformitate, eiusdem rei, ad se ipsam, in intellectu, & a parte rei existentem, & hęc conformitas, sit ens rationis, tum quia est eiusdem ad seipsum, inter quæ extrema, sola relatio rationis potest interuenire. Tum præterea; quia habet esse beneficio intellectus, at quæ habẽt esse illius beneficio, entia rationis dicuntur. Hanc sententiam amplexi fuerunt Herueus Quodlib. 3. q. 1. & Soncinas. 6. Metaph. q. 16. Herue. Soluti.

Horum tamen præstantissimorum virorum sententia, si in vniuersum, & in communi, de ueritate intelligatur, constare nullo modo potest. Primo. Quia veritas est maxima perfectio intellectus; atquod solũ ens rationis denotat, quam quæso poterit intellectui perfectionem conferre? Deinde amota quauis intellectus cõsideratione, cælum, elementa, & quæ ex illis cõflantur, sunt vera, veritate rei, & transcendenti, sunt enim entia, quamobrẽ erunt vera, quibus enim a parte rei competit natura subiecti, debet quoq; proprietatis ratio cõuenire; at ens rationis tantum adaptatur rebus ope, & beneficio intellectꝰ, vt ijdẽ auctores ingenuè profitentur, veritas igitur in vniuersum, & in communi, vt omnem veritatem amplectitur, non erit ens rationis. Impugnatur opinio Duran. 1. Argu. 2. Argu.

Reiecta itaq; hac opinione aliorum Philosorum, præsertimq; Thomistarum vestigijs inherentes, his assertio nitas proposita quæ- Ferrarien. cont. Gẽt. cap 60.

Iauellu. in tracta. trā-scend. cap. quinto, Sō ci. 6. Me-taph.q. 17. quamuisin q. 16. cum Herueo, & Durando consentiat & m. Bañes 1.p.q.16.ar. 3.

stionem diffinimus. Sit 1. Relatio conformitatis naturæ diuinæ ad intellectum diuinum in qua est constituta ratio veritatis, est relatio rationis. Ratio huius assertionis est perspicua. Quia si huiusmodi relatio non esset rationis, proculdubio esset rei, cum omnis relatio aut sit rei, aut rationis; atqui hoc est omnino falsum. Primo, quia inter intellectū. et naturam diuinam non intercedit distinctio rei, at relatio rei tantum intercedit inter extrema reipsa distincta. Secundo. Quia si esset huiusmodi conformitas relatio rei, darē tur in deo præter quatuor illas relationes, tu mirum paternitatem, filiationem, spirationem actiuā, et spirationem passiuā, alia relatio rei, quod omninum Theologorum cōsensui aduersatur. Præterea neq. conformitas intellectus diuini cum rebus creatis potest esse relatio rei. Nam si esset relatio rei, Deus dependeret a creaturis, & enim in relationibus rei, vnum extremum ab altero dependet. Deinde relatio mensuræ ad mensuratū, nō est rei, sed rationis, cū igitur hęc conformitas intellectus diuini, sit relatio mensuræ ad res mēiuratas, nō erit rei, sed rationis.

1. Arg.

2 Arg.

2. Assertio. 2. Assertio. Relatio cōformitatis, & adæquationis inter creaturas, & intellectum diuinū, est relatio rei. Confir. Hæc relatio est mensurati admēsurā; quia tales inse sunt creaturę, qualia sunt exemplaria mentis diuinæ, sed relatio

M.C.D. 2018

latio mensurati, ad mensuram ex parte mensurati est relatio rei, vt auctor est Arist. 5. Metaph. cap. 15. constituens hæc esse relata tertij generis, & ordinis, ergo hæc erit relatio rei.

3. Assertio. Relatio adęquationis rerũ ad intellectum creatum speculatiuũ, est relatio rationis. 3. Assert.

Confir. hæc relatio, est mensuræ ad rem mensuratam; quia intellectus speculatiuus à rebus mensuratur; sed mensura sola relatione rationis refertur ad rem mensuratam, ergo hæc relatio erit rationis. Dixi mus autem ad intellectum speculatiuum; quia si ad intellectum practicum referãtur, relatio adæquationis ex parte earum, erit relatio rei, vt relatio adequationis inter res artificiatas, & intellectum artificum, qualis est relatio statuæ, ad intellectum statuarij, est relatio rei. Nam res artificiatæ dependent ab intellectu artificis, & mensurãtur ab eo, quare referẽtur relatione rei, eo modo quo aliæ res mensuratæ referuntur relatione rei, ad suas mensuras.

Quarta assertio. Relatio adæquationis intel lectus speculatiui, cum rebus, est relatio rei. 4. Assert.

Hæc assertio est perspicua. Quia intellectus speculatiuus mẽsuratur, & depẽdet à rebus, quare referetur ad eas relatione rei. Dixi mus intellectus speculatiui, quia si loquamur de intellectu practico, non referetur ad res rela-

relatione rei, sed rationis, eo quòd hic intellectus est mensura rerum, & minimè dependet ab eis.

Cap. VII. In quo rationes aduersus superiora dissoluuntur.

NON desunt tamen Durando argumenta, quibus confirmet suam opinionem, nostramq; labefactet, quibus erit in hoc capite satisfaciendum. Primũ

1. Argu. est Petitum ex testimonio D. Tho. q. 21. de Verit. art. 1 in quo loco docet, verum, & bonum, solam relationem rationis addere enti, quod nos in superioribus passim docuimus, iam ergo veritas in propria, & peculiari ratione, erit ens rationis, & nullius veritatis adæquatio, esse poterit relatio rei. Resp.

Solut. de ratione veritatis transcendentis esse duo hęc, inprimis vt res quę aparte rei subsistũt, vel natæ sunt subsistere, sint adæquatæ exemplaribus diuinis. Deinde vt sint natæ, & aptæ, efficere in intellectu creato, rectã suæ naturæ comprehensionẽ, vt docet D. Tho. q. 1. de verit. art. 2. si primam rationẽ contemplemur sunt mensuratæ; si vero alteram expectemus, sunt veræ mensurę, & ita in prima ratione referentur relatione rei, in secun

da vero

da vero relatione rationis. Igitur D. Tho. constituens veritatem transcendentem addere enti solam relationem rationis, intelligi debet de veritate secundo modo, in habitudine ad intellectum creatum, non autem de veritate in habitudine ad intellectum diuinum, qua eadem ratione intelligenda sunt ea quæ docuimus in superioribus.

Secũdũ. Arg. Relatio eiusdẽ adseipsum, est relatio rationis, sed veritas significat relationẽ eiusdẽ ad seipsum, ergo erit relatio rationis. Prop. est perspicua. Confir. Assump. veritas nihil aliud est, quam esse quod est aparere rei, esse sibi adęquatũ ea ratione qua est in intellectu, hoc autẽ nihil aliud est quã relatio eiusdẽ ad seipsum, ergo veritas significabit relationem eiusdẽ ad seipsum. Resp. falsam esse assump. Ad confir. decimus, falsum quoq. esse veritatem esse conformita ẽ eiusdẽ ad seipsum, sed est illa, conformitas rei ad intellectum, aut intellectus ad rem, non vt intellectus est, sed vt afficitur similitudine, aut impressa, aut expressa, rei intellectæ.

2. Arg.

Solue.

Tertiũ. Ens rationis est illud quod cõsequitur rem vt habet esse obiectiue in intellectu, quemadmodũ docuimus lib. 1. cap. 4. sed veritas cõsequitur rẽ vt habet esse obiectiue in intellectu; etenim ex eo quod aliquid concipitur, vt inse est, sequitur veritas in intellectu, ergo veritas erit ens rationis. Resp. Propositio-

3. Arg.

positionem esse veram, si illud quod consequitur rem vt habet esse obiectiuè in intellectu, ita sit in intellectu obiectiuè, vt non sit in eo subiectiuè, vt sunt notiones generis, & speciei. Si vero quod est obiectiuè, fuerit etiã in eo subiectiuè, dicimus illam esse falsam; quia quod inheret intellectui, & est in illo tãquam in subiecto, est ens rei, nam inhærere solum potest accidentibus rei adaptari. Cũ igitur veritas intellectus ita consequatur rẽ vt est obiectiuè in intellectu, vt sit etiam in eo subiectiuè, est enim illa similitudo impressa, aut expressa rei, menti inherens, quãuis consequatur rem vt habet esse in intellectu, erit ens rei.

4. Argu. Quartum. Si veritas esset ens rei, spectaret ad Meraphysicum ad quem spectat agere de omni ente rei, agere quoq. de veritate, sed hoc aduersatur Arist. 6. Metaph. cap. 3. docenti ens verum, excludendum esse a consideratione Metaphysici, ergo verum non erit ens rei. Resp. Cum Soncinate, non esse excludendam omnem veritatẽ à prima Philosophia; sed illam solum, quæ est in enuntiatione; hancautem cum sit relatio signi, ex hominum instituto prouenientis, libenter fatemur esse relationem rationis. Lege alias solutiones apud Iauel. & Aquariũ. 6. Metaph. q. vltima, explicantes qua ratione ens verũ excludi debeat à consideratione Metaph.

6. Metaph. q. 17. ad. 1.

CAP.

M.C.D. 2018

Cap. VII. Num veritas sit in rebus, vel in solo intellectu.

VERVM & in intellectu, & in rebus reperiri, cuilibet qui leuiter etiam manu Arist. euoluerit, poterit satis esse perspicuum, profitetur enim ille variis in locis, veritatem, & in rebus, & in intellectu reperiri. In primisq. in intellectu reperiri, constare poterit ex lib. 6. Metaph. cap. 3. in quo loco constituit verũ, & falsum, esse in intellectu, bonum verò, & malum in ipsis rebus. Deinde esse illud in ipsis rebus ex innumeris propèmodo locis colligi poterit, nã in categorijs cap. de substã. & in post categorijs cap. de priori docet, exeo quod res ste, vel non est, orationem vocari veram, vel falsam. Præterea. 4. Meta. cap. 5. contra Protagoram inquit, nõ ex eo res esse veras quia nobis veræ apparent, sed potius ita nobis apparere, quia in se veræ sunt. 9. etiã Metaph. cap. 12. constituit, hominem esse candidum, esse verum, non quia nobis ita videatur, sed potius quia candidus est. Et 2. lib. Metaph. cap. 1. profitetur eandem esse dispositionem rei in veritate, quæ est in entitate, in quo loco, & in alijs recẽsitis, apertè testatur Arist. veritatem in rebus reperiri. Arist.

Cum

Cum igitur hæc ita sese habeant, disceptatio est inter celebres Philosophos, sit ne veritas in rebus formaliter, & secundum essentiam, vel potius sit in illis tamquam in caussa, & fundamento, in intellectu autem sit, secundum essentiam, & formaliter.

Opinio cõmunis veterum.

Fere enim omnes constituunt, veritatem in rebus esse tamquam in caussa, & fundamẽto, in intellectu verò, secundum essentiã, nã habet se eo modo quo vniuersum quod est in rebus tamquam in fundamento, in intellectu verò est secundum essentiam, & formã. Sententiam hanc amplectũtur. D. Tho. Durã, Aegidi. Capreo. Sõci. Flandren. Scotus, Iauel. 1. p. q. 16. art. 1. & 2. q. 1. de verita. art. 2. lib. 1. sententiarum dict. 19. q. 5. art. 1. Durand. in eodem primo, & dist. q. 5. & 6. Aegidius. q. 10. Capreol. q. 3. Soncinas. 6. Metaph. q. 13. & Flandren. q. 13. art. 2. Scot. q. 3. Iauel. in tract. de transcen. cap. 5. Non nullitamen ex recentioribus in ea sunt opinione vt existiment, veritatem non solum in intellectu, verum etiam & in rebus, formaliter reperiri. Cæterũ vt hanc cõtrouersiam explicemus, reuocanda sunt ad memoriam ea quæ de veritate fuerunt in superioribus constituta, veritatem scilicet, quandam esse rei, vel transcendentem, & alteram intellectus, quæ est vera comprehensio ipsius, circa suum obiectum. Præterea annotandum est ex D. Tho. q. 1. de veritate. art. 2. veritatẽ rei posse

D. Tho. Durã, Aegidi. Capreo. Sõci. Flandren. Scotus, Iauel.

D. Tho.

conferri

conferri, vel cum intellectu diuino, vel cum intellectu creato, ad vtrumq; enim intellectum debet illa referri, ad diuinum, vt illius exemplaria immittetur, & ad humanum, vt veram de se, in ipso generet comprehensionem.

Sit igitur. 1. Assert. Veritas intellectus, non est in rebus, sed in solo intellectu. Hæc assertio est perspicua; quia vera comprehensio obiecti, quæ est veritas intellectus, in solo intellectu formaliter, & secundum essentiam reperitur. 1. Assertio

Secunda. Assertio. Si loquamur de veritate rei, in habitudine ad intellectũ creatum, non repititur in rebus formaliter, & secundum essentiam, sed tantũ tamquam in causa, fundamento, & vt dicunt materialiter. 2. Assertio.

Confir. Res ex eo dicuntur veræ in habitudine ad intellectum humanum, vel aliũ creatum, quia sunt natæ efficere veram sui comprehensionem in ipso, hoc autem nihil aliud est, quam esse causam veritatis in intellectu existentis, erit ergo veritas in rebus tamquam in causa, & fundamento. Deinde eo modo se habent res ad intellectum, quo pomum se habet ad sanitatem; vt omnes Philosophi docent; Sed pomum tantum est sanum quia est causa sanitatis, ergo & res tantum dicentur veræ, quia sunt causæ veritatis, quæ est intra mentem. Et hac ratione in 1. Arg.

2. Argu.

telligi debet Arist. in locis in principio capitis propositis, quãdo inquit orationẽ esse veram, quia res est, vel non est, & enim illa dictio, quia, tantum denotat causam efficientem; nam ex eo quod res est, vel non est, tãquam ex causa efficiente, oritur veritas orationis, tam mentis, quę vocis.

Ex hac assertione colligimus, res hac ratione sumptas, esse veras extrinseca denominatione; & enim denominantur veræ, aueritate alteri subiecto inherente; scilicet, a uerita te existente in intellectu. Quare quemadmodum agens, denominatur agens, extrinseca denominatione; ab actione ase fluente, quæ recipitur in passo tamquam in subiecto: pari ratione, res dicuntur veræ extrinseca denominatione, à veritate fluente ab ipsis, quæ recipitur in intellectu tamquam in subiecto.

8. Assertio. 1. Arg. Tertia Assertio. si res referantur ad intellectum diuinum, & increatum, veritas rei in ipsis rebus reperietur, formaliter, & secũdum essentiam. Confir. Veritas rerũ in habitudine ad intellectum diuinum, nihil aliud est quam adæquatio earum cum exemplaribus, & ideis diuinis; sed huiusmodi adæquatio, est secundum formam, & essentiam in rebus creatis, ergo veritas rerum in habitudine ad intellectum diuinum, erit formaliter, & secundum essentiam, in ipsis rebus. Rursus, omnes res naturales comparantur ad intelle-

. Argu

telle ctum diuinum, eo modo quo res quæ fi
unt ab arte, cõparantur ad ipsam artem;
sed res artificiosæ, sunt adæquatæ formali-
ter, & secundum essentiam, intellectui arti- 2. Arg.
ficis; quæ adæquatio ad huiusmodi intelle-
ctum, in ipsis est, ergo adæquatio rerum na-
turalium ad diuinum intellectum, erit in ip-
sis rebus, & ex consequenti, erit veritas for-
maliter, & secundum essentiam. Quare cum
veritas transcendens potissimè peti debeat
ex habitudine rerum ad intellectum diuinũ,
vt docuimus in cap. 2. huius libri sit.

Quarta assertio. Veritas transcẽdens, for- 4. Asser.
maliter, & secundum essentiam, reperitur in
ipsis rebus. Confir. His arg. primum veri-
tas transcendens, est adæquatio rerum cum
intellectu diuino; sed hæc adæquatio, vt con
stat ex superiori assertione, reperitur forma
liter in rebus, ergo & veritas transcendens, 2. Argu.
reperietur formaliter in illis. Secũdo. Veri-
tas cõsequitur naturã entis, cum sit illius pro
prietas, ergo eadẽ ratione competet rebus,
quæ illis competit ipsum ens, sed ens compe
tit ipsis rebus, (vt homini verbi gratia,
autleoni) à parte rei, extra omnem opera- 3. Arg.
tionem intellectus ergo & veritas conueni et
eisdẽ à parte rei. Præterea eadẽ est ratio ve-
ritatis, & aliarum proprietatum entis; sed
aliæ proprietates, vt vnum, & bonum, con-
ueniũt rebus à parte rei, ergo verũ cõueniet

quoq; ciſdem aparte rei.

Ad hæc eo modo ſe habet intellectus diuin⁹ adveritatẽ rei, quo ſe habent res, ad veritatẽ intellectus humani, nam quemadmodũ res ſunt mẽſuræ veritatis intellectus humani, & veritas deriuatur ab eis; ita quoq; diuinus intellectus, ratione ſuorum exemplarium, eſt menſura rerum, & veritas rerum fluit ab illis exemplaribus; ſed verũ quod fluit à rebus in intellectũ, eſt formaliter, & ſecũdum eſſentiam in intellectu, ergo verum quod fluet abintellectu Diuino in res creatas, erit formaliter, & ſecundum eſſentiam, in ipſis rebus; atqui hoc eſt verũ tranſcendens, ergo veritas trãſcendens erit ſecundum eſſentiam, in ipſis rebus. Annotã dum eſt tamen, hoc eſſe intelligendum tamquam in ſubiecto, nam cum duobus modis poſsit eſſe veritas in aliquo, aut tamqnam in ſubiecto; aut tamquam intermino, veritas tranſcendens eſt in rebus tamquam inſubiecto, qua ratione intelligi debet aſſertio poſita, in intellectu autẽ (præcipuè diuino) eſt tamquam in termino; quia terminus relationis quæ includitur in veritate, eſt intellectus.

Obſerua.

Cap. VIII. In quo quædam Argumenta diſſoluntur.

Potuc-

DIcerunt tamen illa quæ nunc proximè docuimus, his argumentis impugnari. Primum est petitum ex Arist. in eo loco quem proposuimus, ex lib. 6. Metaph. cap. 3. bonum, & malum, sunt in rebus, verum, autem & falsum, in intellectu. Tum etiam D. Tho. in innumeris propemodum locis, profitetur verum secundũ essentiam, & formaliter, in solo intellectu reperiri, in rebus vero solum secundum causam, & tamquam in fundamento, iam ergo veritas in solo intellectu reperietur, secundũ essentiam. Resp. Arist. & D. Tho. intelligẽdos esse, de veritate coniuncta intellectus, non autem de veritate simplici rerũ, vel de veritate transcendenti, illa enim prior in solo intellectu constitui debet, hæc verò posterior in rebus reperitur.

1. p. q. 16. art. 1. & 2. & q. 1. de verit. art. 1 Solus.

Secundum. Argumentum eò differunt intellectus, & appetitus, quod appetitus fertur in res ea ratione qua sunt à parte rei, trahitur enim ab ipsis, intellectus verò fertur in res ea ratione qua in ipso continentur, nam trahit res ad se, per quasdam earum imagines, & similitudines; sed intellectus fertur in verum tamquam in obiectum, ergo verum in solo intellectu reperietur. Resp. Non ita esse intelligendũ discrimen traditũ inter intellectum, & appetitum, quasi appetitus feratur

2. Argum.

Solut.

ferat in res à parte rei subsistẽtes, intellectus vero nullo modo feratur in eas, hoc enim falsum est, cum intellectus res ipsas, quæ à parte rei subsistunt, contempletur. Sed ita intelligi debet discrimen. In appetitu vnicus tãtũ illius terminus reperitur, qui est, id quod est, à parte rei, est enim illius terminus bonũ, at bonum, in ijs tantum quæ existunt, vel nata sunt existere, reperitur. In intellectu verò duplex est termin⁹, interior, & exterior, proximus, & remotus. Interior, & proximus, est verbum amente genitum, in quo res quæ à parte rei subsistunt, tamquam in speculo quodam splendent. Exterior verò, & remotus, sunt ipsæ res à parte rei existentes, vt se se offerunt cognoscendę intellectui, per suas imagines, & species. Igitur cũ terminus, & obiectum appetitus, sit bonum, quod solis rebus existentibus adaptatur, ille produldubio ferri debet extra se, ad res quę sunt à parte rei. At cum terminus intellectus proximus, & intrinsecus; sit verbum mentis, intellectus feretur adea quæ sunt intra se. Ex hoc tamen non sequitur omnem veritatem esse in intellectu, sed solam eam quæ indicat adæquationem intellectus ad res, vel veritatem mentis. Præterea assump. huius arg. est quoq. falsa; quia obiectũ intellectus non est verũ, sed ens. Verũ autẽ est cõlitio, obiecti & entis, eo quod ad apprehensionem intelle-

tellectus, consequitur, rem esse adæquatam intellectui, & intellectum esse rebus adęquatum, in qua adæquatione vtriusq; veritas consistit. Et ita antę nos alij viri præstantissimi tradiderunt, vt Caiet. 1.p.q.16.art.3. Capreol. 1. senten. dist. 19.q.3. ad 1. Herue. & Sco. 1. sentē. dict 3.q.3. & 6. Metaph.q.3. Caiet. Capreo. Sco.

Tertium argumētum. In habitudine ad intellectum diuinum, creaturæ sunt veræ, quia representat veritatem exemplarium diuinorum, sunt enim imagines, & adumbratæ quædam illorum similitudines, erunt ergo veræ in significando; sed quod est verum in significando non est verum formaliter; quemadmodum quod est sanum in significā do (vt est vrina) non est sanum formaliter, ergo creaturæ in habitudine ad intellectum diuinum, non erunt verę formaliter. Resp. Creaturas in habitudine ad intellectum diuinum, esse veras vtroq; modo, & formaliter & in significando; quemadmodum etiā sunt bonæ vtroq; modo, in habitudine ad bonitatem diuinam. Assump. igitur falsa est, si de omni signo intelligatur, nam aurora, vel crepusculi matutini, (quando scilicet sol per signum integrum Zodiaci, vel per triginta gradus, in quos quodlibet signum est distributum, abest à nostro horizonte) sunt splendidi formaliter, qui tamen indicant futurum solis splendorem. Et ita creaturæ erunt ve- 3. Argu. Solut.

uæ formaliter, cum inse contineant formalẽ adæquationem ad exemplaria diuina; & in significando, quia nobis indicant eorundem exemplarium veritatem.

Cap. VIII. Sit ne veritas intellectus, in sola ipsius compositione, & diuisione.

QVæstionem quam in hoc cap. explicandam proponimus, lu-
D. Tho. culenter satis disputant D. Tho. 1. p. q. 16. art. 2. q. 1. de Veritate. 1. lib. de interpræ-
Caiet. tatione lec. 3. & in alijs multis locis, Caiet. in commentarijs, in locum propositum ex
Ferra. 1. p. & Ferrariensis. 1. Cont. Gent. cap. 59 ex quorum limpidissimis fontibus, ea omnia hauriemus, quæ huic quęstioni explicandæ accommodata esse videbuntur. Vt igitur illã diffiniamus, animaduertendum est in primis tres esse (inter alias) functiones intellectus patibilis. Prima est simplicium apprehensio. Secunda est, apprehensio rerum compositarum, vt est apprehensio, qua apprehendimus hominem esse animal capax disciplinę. Tertia est iudicium, quo medio iudicamus sint ne ita res à parte rei, vt eas esse per intellectum

lectum apprehendimus. Annotandum est secundo, duobus modis posse esse in aliquo veritatem, aut tamqam in subiecto, cui inhereat; aut tamquam in cognoscente ipsam: Alij dicunt veritatem sumi posse duobus modis, aut materialiter, aut formaliter; sumitur materialiter, ea ratione qua est in aliquo tamquam in subiecto. Sumitur verò formaliter, ea ratione qua est in aliquo tamquã in cognoscente. At Caiet. & alij ipsum immitari distingunt veritatem, in veritatem in actu signato, & in actu excercito. Veritas in actu signato, est illa quæ actu reflexo cognoscitur, vt veritas est, & apprehenditur sub ratione veritatis, nimirum sub ratione cuiusdam adæquationis ad res cognitas, exprimiturque hoc nomine, Veritas. At veritas in actu exercito, est quælibet cognitio quę adequatur rebus, vel in qua exercetur adæquatio ad res ipsas, quamuis non fit illa cognita ab intellectu. Vt quando ita proferimus, homo est animal, hęc nuntiatio, est vera in actu exercito, quia ita est à parte rei vt exprimitur per ipsam, quamuis intellectus non feratur in eã actu reflexo, neq; cognoscat ipsam, vt conformem, & adæquatam, homini à parte rei.

Caiet.

His igitur animaduersis, sit prima Asser. Veritas in actu exercito materialiter, aut tã quam in subiecto, in sensibus reperitur. Cõfir. Hæc

1. Asser.

fir. Hęc assertio in primis apertissimis testi-
monijs Arist. qui illam expressè profitetur
2. de anima cap. 1. docens sensus ita esse ve
ros circa proprium obiectum, vt circa illos
decipi nullo modo possint. & 3. de anima
cap. 6. constituit visum esse verum circa co
lores. Tum etiam. 4. Metaph. cap. 5. perf-
picuis satis verbis docet, atque constituit,
sensus veros esse, in proprijs obiectis cogno
cendis. Præterea. Sensus informatus specie
2. Argu. sensili rei obiectæ, est illi adæquatus; & cō
quatio, & conformitas facultatis cognoscen
di, ad rem cognitam, ergo in sensu reperietur
veritas, tamquam in subiecto, & in actu exer
cito.

Cōsule D. Tho. lec. 3. 1. lib. de interpræta-tione, & q. 1. de veritate. art. 9.

2. Asser. Secunda. Assertio. Hæc eadem veritas reperitur in intellectu, in prima illius appre-
hensione. Confir. Ex Arist. qui 3. de ani-
ma cap. 6. & 9. lib. Metaph. cap. vltim. do
cet duplicem esse veritatem, vnam simplicē
quæ est sita in simplici rerum apprensione;
& alteram coniunctam, quæ est constituta in
cōpositione, & diuisione, cōstare igitur perf-
2. Argu. picue poterit, in simplici rerū apprehēsione,
dari veritatē. Deinde intellectꝰ in simplici re
rū apprehēsione, est adæquatus, & cōformis
rebus cognitis, cū igitur veritas significet
huiusmodi adæquationē, veritas proculdu-
bio reperitur in prima functione intellectus.

Tertia

M.C.D. 2018

Tertia. Assertio. Veritas eiusdem ge- 3. Assertio.
neris, scilicet in actu exercito, & tãquam in subiecto, reperitur etiam in apprehensione coniuncta rerum, vt pote in compositione, & diuisione earum. Hæc assertio ex superioribus est perspicua. Quia in hac operatione 1. Argu.
intellectus, reperitur adæquatio intellectus ad res, non minus quam in prima, quare si in prima propter hanc rationem reperitur veritas, & in secunda quoque debet reperiri.
Accedit etiam ad hanc assertionem suadẽ- 2. Arg.
dam, diffinitio. D. August. in lib. de Vera re Cap. 36.
ligione. Veritas est qua ostẽditur id quod est, 3. Argu.
at id quod est. ostẽditur in hac apprehẽsione cõposita intellectꝰ, ergo in illa veritas reperietur. Rursꝰ Arist. 9. Metaph. cap. 12. lib. 3. de anima cap. 6. constituit, dari veritatem cõpositam, quæ non in alia quam in hac operatione intellectus potest reperiri, cuius munus est, res componere, & diuidere, & 6. Metaph. cap. 3. profitetur veritatem, & falsitatem, in compositione, & diuisione contineri, quod multo antea, in præfatione lib. 1. de interprætatione proposuerat. His verbis. *Verum enim, & falsum, coniunctione & disiunctione rerum, omne consistit.* Erit igitur in compositione, & diuisione intellectus veritas. Ad 4. Argu.
hæc, ex vocibus significantibus, tamquam ex interprete quodã, colligere possumus, actiones intellectus; quia voces sunt signa earum actionũ,

actionum, quæ in mente retinentur; sed in enũtiatione quæ exprimit nobis hanc actionem intellectus, reperitur veritas, vel falsitas vt in hac enuntiatione, sol est astrum cuius lux diffusa per aerem efficit diem, reperitur veritas. & in hac altera, sol non est astrũ splẽdidum, reperitur falsitas, ergo incompositione, & diuisione intellectus, veritas reperitur. Ad extremum omnes Philosophi in hac re summè conueniunt, cum in alijs multis, interse dissideãt, vt videre licet apud D. Tho. 1. p. q. 16. art. 2. & apud illius interpretes in hoc eodem loco, tum etiam apud reliquos Theologos in 1. dist. 19 & apud Metaph. 6. lib. cap. 3. erit igitur verisima assertio.

1. Argu.

D. Tho. & q. 1. de verita. art. 3. Duran. q 5. & 6. herueus. quodlibeto 3. q. 1. & Flandren. 6. Metaph. q. 13 art. 3. 4. Asser.

Quarta. Assertio. Veritas in actu signato, formaliter, & tanquam in cognoscente, in solo iudicio intellectus, quo iudicamus res apprehensas, in alijs functionibus, ita in se esse, vt apprehenduntur, continetur. Cõfit. Cognoscere veritatem in actu signato, vel quod idem est cognoscere veritatem secundum formam, & vt veritas est nihil est aliud, quam cognoscere adæquationem, & conformitatem, interuenientẽ inter res cognitas, & intellectum cognoscentem, ita vt tales esse res conspicianus, quales cognoscuntur esse, & tales in se sint, quales intellectus esse cognoscit, atqui hoc sine iudicio intellectus

ctus fieri nullo modo potest, & enim cognoscere hoc ita esse, vt apprehẽditur, & ita apprehendi vt in se est, actus est iudicij, ergo veritas tamquam in cognoscente, formaliter & in actu signato, in hac secunda functione intellectus, quæ est iudiciũ reperietur. Quare cum insensibus nõ sit huiusmodi iudiciũ, neq; in prima actione intellectus, aut in secũda, in apprehensione composita, in his facultatibus, ratione harum actionum, non inerit veritas in actu signato, & secundum formã. Vt interim ommittamus in sensibus ob aliã rationem, scilicet; quia non potest in ipsis dari actio reflexa, non posse huius generis veritatem reperiri, quæ sine actione reflexa, constare nullo modo potest. Consecta.

Cap. X. In quo dissoluntur argumenta, aduersus superiora.

HAec tamen quæ in superiori capite fuerunt à nobis verissimè constituta, possunt nõ nullis argumẽtis impugnari, quibus antecq; hinc abeamus, erit occurrendum.

Primum. Argumentum, est petitũ ex varijs testimonijs Arist. & D. Tho. in quibus docent veritatem, & falsitatem, non in simplici

plici rerum apprehenſione, ſed in compoſi-
1. Arg. petitione, & diuiſione eſſe conſtitutam. Ariſt.
ſum exteſti monijs enim ita illud profitetur In præfatione li-
Ariſt. & D. bri de interpretatione, 6. lib Metaph. cap.
Tho. vltimo, & 3. de anima cap. 6. Et D. Tho.
ita etiam nobis conſcriptum reliquit. 1. p. q.
16. art. 2. quæſtio 1. de verit. art. 3. & 1.
contra Gent. cap. 59. ergo veritas non erit
conſtituta in ſimplici rerum apprehenſione,
Solut. vt docuimus. Reſp. Ariſt. & D. Tho. intel-
ligendos eſſe de veritate tamq; in cognoſcen
te, vel formaliter, aut in actu ſignato, ita e-
nim tantum eſt in intellectu componente, &
diuidente. Non tamen ſunt intelligendi, de
veritate materialiter, vel tamquam in ſubie
cto, qua ratione docuimus in ſimplici rerum
apprehenſione, conſtituendam eſſe veritatẽ.

2. Arg. Secundum. Si in ſimplici rerum apprehẽ
ſione daretur veritas, in eadem quoq; dare-
tur falſitas, quia verum, & falſum, ſunt con-
traria, & contraria nata ſunt fieri circa idẽ
Ariſt. ſubiectum; ſed in illa nulla poteſt reperiri
falſitas, vt teſtatur Ariſt. 3. de anima cap. 6.
Inquiens apprehenſionem indiuiſibilium
in ijs conſiſtere, circa quæ falſitas non eſt,
Solutio. ergo in prima operatione intellectus, nulla
veritas continebitur. Reſp. Inprimis. in pri
ma operatione intellectus, per ſe nullam con
tineri falſitatem, per accidens tamen poſſe
contineri. Continebitur autem, aut quan-
do par-

do partes diffinitionis nõ ſumuntur, quæ ſumendæ erant; vt ſi in diffinitione hominis, pro participe rationis, & mortali, ſumamus expers rationis, & immortale. Vel quãdo illæ quæ ſumendæ erant, non accommodãtur rei diffinitæ, vt ſi eandem hominis diffinitionem, accommodaremus ſubſtantijs ſeparatis. Ariſt. igitur conſtituens in prima operatione intellectus nullam ineſſe falſitatem, intelligi debet per ſe, non autem per accidens, & ea ratione qua in ipſa permiſceri poteſt, aliqua cõpoſitio. Præterea Reſp. Negando propoſitionem, ad cuius confirmationem dicimus, falſum tantum opponi verò, quod eſt in ſecunda operatione intellectus; non autem verò quod continetur in prima: cui tantum opponitur ſimplex quædam ignorantia rerum, aut neſcientia; quia ſimplicia (in quibus intelligendis verſatur prima operatio intellectus,) aut tota ſciuntur, aut tota ignorantur, vt docuit Ariſt. 9. lib Metaph. cap. 12.

2. Solut.

Tertium. Argumentum. In vocibus ſimplicibus nulla reperitur veritas, vel falſitas; vt in his vocibus homo, cælum, elementa, vt auctor eſt Ariſt. in præfatione lib. de interprætatione; ergo neque in ea operatione intellectus, quæ exprimitur per illas, reperietur veritas, vel falſitas; ſed prima operatio intellectus exprimitur per illas, ergo in pri-

3. Argu.

ma opera-

ma operatione nulla reperietur veritas?

Solut. Resp. falsam esse propositio. Quia in vocibus simplicibus, reperitur quoque veritas simplex, tamquam in signo, non minus quam reperiatur in prima operatione secundum formam, & essentiam. Quod autem in quit Arist. in uocibus simplicibus nullam in esse veritatem, intelligi debet de veritate composita, & indicante, quæ rem exprimat esse, vel non esse; nam hæc in sola enuntiatione reperitur, quæ diffinitur, oratio indicans verum, vel falsum.

4. Argu. Quartum. Argumentum. Si veritas tam quam incognoscente tantum esset in compositione, & diuisione intellectus, sequeretur, neq; in deo Op. Max. neq; in angelis, dari veritatem; quia neque in Deo, neque in angelis datur cõpositio, vel diuisio, sed sola simplex rerum apprehensio; at qui hoc est omnino falsum, & absurdum, igitur veritas non erit in huiusmodi operatione intellectus constituta. Resp. intelligẽda esse quę nos diximus, de intellectu humano, non autem de angelicu, aut diuino. Itaq; in humano, in compositione, & diuisione, erit veritas constituenda, in diuino autem, & angelico, nequaquam. Quod vt facilius intelligamus, animaduertẽdum est, incompositione, & diuisione, non continericerse veritatem, vt scilicet sunt cõpositio, & diuisio; sed ea ratione qua in illis

Solutio.

conti-

continetur iudicium conformitatis rerum ad intellectum, & res; quia in solo iudicio, perse veritas continetur. Vnde si extiterit aliquis intellectus, in quo reperiatur huiusmodi iudicium, sine compositione, & diuisione, in illo quoq; reperietur veritas, sine compositione, & diuisione. Et si iudiciū nulla ratione esse potuerit sine compositione, & diuisione, neq, veritas poterit esse sine his. Cum igitur in intellectu diuino, & angelico, possit esse hoc iudicium, per simplicem apprehensionem, absque vlla compositione, & diuisione, in his intellectibus, absque vlla compositione, & diuisione, veritas reperietur. Verum quia in intellectu humano (ob eius imperfectionem, in intelligendo) nō potest tale iudicium sine compositione esse, neque veritas esse poterit, sine compositione, & diuisione.

5. Argu:

Quintum Argumentum. Intellectus in prima eius operatione, non minus potest se ipsum reflectere in suam actionem, quam possit in secunda; sed ex eo veritas tā quam in cognoscente est in secunda operatione, quia intellectus in secunda potest habere actiones reflexas, ergo veritas tamquā in cognoscente, non solum in secunda, verū etiam & in prima operatione intellectus, poterit reperiri. Confir. Argumentum. hæc conformitas intellectus ad rem potest sub

M.C.D. 2018

limitibus alicuius diffinitionis comprehẽdi sedquidquid potest diffiniri, potest apprehẽdi ab intellectu, in prima eius operatione, ergo hæc conformitas apprehendi poterit ab intellectu in prima eius functione, & ex consequenti veritas erit in illa tamquam incognoscente. Resp. Adæquationem, vel conformitatem intellectus ad res, sumi posse, aut sub ratione cuiusdam rei, aut sub ratione cõformitatis, & adæquationis. Si primo modo sumatur cognoscitur ab intellectu in prima eius functione, quia res, quæ est, & dicitur adæquatio, id est, actio illa intellectus, qua adæquatur rebus, apprehẽditur ab hac prima operatione. Si vero altero modo vsurpetur, non potest ab illa cognosci; quia cognoscere conformitatem, vt conformitas est, sine comparatione intellectus ad res, & rerũ ad intellectum, fieri non potest, at comparatio non fit in prima operatione, sed in secunda, in qua sola compositio, & diuisio reperiuntur. Cognoscit igitur intellectus in prima operatione, rem adæquatam, adæquationẽ verò, & conformitatem, non cognoscit. Et ob hanc causam poterit diffinitionibus comprehendere adæquationem; quia vt diffiniatur, sat est, vt cognoscatur adæquatio sub ratione cuiusdã rei & vt, concepta non autẽ vt exercita & sub ratione comparationis ad res adæquatas, ea nimirum ratione, qua exercet

Solucio.

M.C.D. 2018

cet munus, & officium, comparationis, vel conformitatis.

Sextum, si veritas esset in prima, & simplici apprehensione intellectus, esset quoq; inter speciem intellectilem, & ipsas res, quia eadem ratione adæquatur intellectus rebus per speciem intellectilem, ac adæquatur per simplicem apprehensionem; atqui hoc dici nullo modo potest; eo quod veritas est posterior natura intellectione, cum ex cognitione consequatur, species autem intellectilis est prior natura, imo aliquando est prior tempore ipsa intellectione, ergo veritas non erit in prima operatione intellectus constituta. 6. Argu.

Resp. duplicem esse veritatem, vnam in actione, aut in actu secundo; & alteram in habitu, vel in actu primo. Est igitur veritas in adæquatione intellectus ad res, & in speciebus intellectilibus; & in cognitione secundum actum, quamuis magis sit in cognitione, quam in speciebus. In speciebus quidem est secundum habitum, & in actu primo; in cognitione vero est in actu secundo. Quamuis igitur veritas quæ est in actione intellectus, sit natura posterior intellectione, altera tamen quæ est in habitu, non est posterior imo est ea prior; prius enim est intellectum adæquari in habitu, beneficio specierum cũ rebus, quam res ipsas cognoscere. Solu.

M.C.D. 2018

Cap. XI. Denturne aliquæ enuntiationes æternæ veritatis.

Quęstionẽ illam num peremptis singularibus pereãt naturçvniuersæ in hoc loco nonpertractamus, cũ sit alterius ĩstituti, sed tantũ ea tradere instituimus, quæ ad veritatem enuntiationum spectant.

MAxima est inter Philosophos veteres, & recentiores, institu ta controuersia de veritate enuntiationum, num scilicet dentur aliquæ enuntiationes perpetuæ, semperq; constantis veritatis, nec ne: vel potius sint omnes illæ veræ certis tã tum, & definitis temporibus, illis scilicet, quibus naturæ significatæ existent. Multi enim ex recentioribus arbitrantur, nullam dari enuntiationem actu veram ab æterno, sed sola potestate, vel nullam dari simpliciter, & absolutè veram ab çterno, sed exhypothesi, quando scilicet subiecta, & attributa illarum existent. Et quidem si de contingentibus enuntiationibus loquamur, vt sunt hæ, homo est candidus, & leo mouetur, exploratum est illas non esse ab æterno veras; sed de his enuntiationibus in quibus attributum est de essentia subiecti, vt sunt hæ, homo est animal, rosa est flos, & circulus est figura, est tota controuersiâ de quibus profitentur hauthores hanc suam opinionem, nimirum, illas esse veras potestate, vel exhypothesi, ita vt hæc propositio sit vera, rosa est flos, quãdo rosa existet, vel ex hypothesi, consti-

M.C.D. 2018

cõstituta scilicet hypothesi quod existant. Inter alios recentiores qui huic sententiæ adrent, sunt Ioannes Monlorius, in disputatione de rebus vniuersis cap. vltimo, & Vincentius Montanesius, in commentarijs in Porphi. q. 13. Neq; ex veteribus desunt qui illam fuerint complexi, nam D. Bonauentura in 3. dist. 22. q. 1. referens tres gradus enũtiationum, interse diuersos, in quit in secũdo gradu cõtineri illas propositiones quę sũt verę sola potestate, vt est hęc propositio, rosa est flos, quę tãtũ est vera quãdo rosa existit. Et Gabriel in eodẽ 3. & dist. q. vnica. Hãc opinionẽ D. Bonauẽt. laudat, & amplectitur.

Ioan. Monlorius.
Vincent. Montan.
D. Bonauẽ
Gabriel.

Omnes tamen ferè veteres, cõtrariam sententiam amplectuntur, existimãtes illas enũtiationes in quibus attributum est de essentia subiecti, esse perennis, constantis, & firmissimæ veritatis, ita vt illæ siue res existant, siue non existant, sint simpliciter, & absolutæ, absq; vlla hypothesi, semper veræ. Ita docent, D. Tho. 1. p. q. 10. art. 3. ad 3. q. 1. de verit. art. 5. ad 7. D. Albertus Mag. in post categorijs cap. 9. & in commentarijs in libellum de caussis, cap. 8. Auicenna, Algazel, & Alfarabius Arabes Philosophi, vt in eodem loco tradit. D. Albert. Capreo. in 1. dist. 8. q. 1. conclus. 1. Soncin. 9. Metaph. q. 5. Caiet. 1. lib. de demonstra. cap. 9. Petrus Niger. 1. p. Quipci. q. 48. M. Soto 2. lib.

Opinio cõmunis.
D. Tho.
D. Albert.
Auicen.
Algazel.
Alpharabius.
Capreol.
Soncin.
Caiet.
Niger.

2.li. Sumularũ cap. 2. & 10. M. Bañes 1. p. q. 10. art. 3. M. Vincentius Iustinianus, in suis omni genere laudum ornatissimis institutionibus Dialecticis. lib. 7. cap. 8.

M. Soto. M Bañes. M Iustinianus.

Ex his duabus opinionibus hanc secundã laudo tamquam veriorẽ, illamq; amplector libentissimè, quam vt explicem non nullas subijciam assertiones sit. 1. Illæ propositiones in quibus attributum est de natura, & essentia subiecti, siue res existant, siue non existãt, sunt semper veræ, fuerunt q; ab æterno verę. Hanc assertionem confirmo in primis testimonijs grauissimorum Philosophorum, D. Augusti. D. Anselmi, & Porphirij, qui perspicuus verbis illam profitentur. Et vt à D. Augusti. exordiamur, illum ita sensisse, ex his locis constare poterit, ex 2. lib. de libero arbitrio cap. 8. 4. de Genesi ad litterã cap. 7. & 2. Soliloquiorum cap. 5. In quorum primo docet, hanc enuntiationem tria, et septem sunt decem, semper fuisse, & futuram esse veram. In secundo profitetur, senarium esse numerum suis partibus absolutũ, et iam si mundus numquam esset futurus, faciliusq; multo inquit posse cœlum, & terram perire, quam senarium non esse numerum omnibus suis partibus absolutum. In tertio vero statuit, dari quasdam enuntiationes ita veras, vt etiam si totum vniuersum concideret, ipsæ semper permanerent verę,

1. Asser.

D. Augusti.

vt est

vt est hæc enuntiatio. Veritas est. Præterea D. Anselmus in dialogo de Veritate, & in Monologion cap. 18. nihil aliud instituit docere, quam harum enuntiationum veritatem, esse ita constantẽ, & perpetuam, vt neq; initiũ aliquod, neq. finẽ, sit vnquam illa habitura. Ad hæc Porphi. in cap. de communitatibus, & differentijs, generis, & differẽtię, profitetur sublatis emedio omnibus participibus, & expertibus rationis, vt hominib⁹, & brutis, ad huc posse intelligi animal esse substantiam corporeã, animatam, sentientem; quamuis ergo res non existant, hæc propositio vera erit, & ita separabitur ab omni differentia temporis, & ex consequenti, erit perpetuæ veritatis. D. Anselm Porphi.

Confir. Etiam hæc nostra assertio efficacissimis (ni fallimur) demonstrationibus. Prima. Hæ enuntiationes homo est animal, bis tria, sunt sex, linea est magnitudo, constans longitudine, sine latitudine, & aliæ huius generis, vel sunt ab ęterno veræ, vel non veræ, quia non datur medium aliquod; inter verum, & non verum, quemadmodum neq. inter duas voces contradicentes. Si fuerint veræ, dantur igitur aliquæ enuntiationes æternæ veritatis, si vero non fuerint verę, sed fuerint non veræ, vel falsæ, iam ergo verũ erit, has enuntiationes esse falsas, & ita dabitur aliqua enuntiatio vera ab æterno, hæc scili- 1. Argu.

2. Arg. cet, quę indicat ab æterno illas esse falsas. Secunda, ex duabus enuntiationibus contradicentibus, siue resexistat, siue non existat, semper vna est vera, & altera falsa, vt auctor est Arist. in post categorijs cap. de contrarijs; sed hæ duæ enuntiationes sunt contradicentes, omnis homo est animal, aliquis homo nõ est animal, ergo ex his etiam homine pereũte, & non existente, vna erit vera, & altera falsa. Si aiens fuerit vera, iam ergo veritas enuntiationis nõ dependebit ab existentia rerum, & ita erit perpetuò vera. Si vero negans fuerit vera, & aiens falsa, ergo hæc alia quoq; vera erit, aliquis homo non est animal particeps rationis; quia quod non est animal neq; est animal particeps rationis, & rursus hæc quoq. alia erit vera, aliquis homo nõ est homo. Et enim a quo negatur deffinitio, & definitum quoq; debet negari; quare si ab aliqua homine negamus esse animal particeps rationis, ab eodem quoq; negabimus esse hominem, cum igitur hæc omnia sint absurdissimà, veritas huius enuntiationis homo est animal, constans erit, atq; perpetua. Tertia. Hæ duæ enuntiationes omnis homo est

3. Argu. homo, & aliquis homo non est homo, sunt contradicentes, ergo aliqua illarũ perẽptis omnibus hominibus, erit vera, & altera falsa (iuxta ea quæ ex Arist. in post categorijs in cap. de contrarijs tradidimus, ex duabus enũtiationi-

tiationibus contradicentibus etiam re non exiſtente, vnam debere eſſe veram, & alterã falſam) ſed aiens eſt veriſsima: quia nihil verius quam idem dici de ſe ipſo, ergo negans erit falſa. Præterea hæc eſt falſa, aliquis homo non eſt homo, ergo & hæc altera erit falſa, aliquis homo non eſt animal, erit ergo vera illius contradicens, omnis homo eſt animal. Quare ſiue res extiterit, ſiue non extiterit, hæc propoſitio erit ſemper, & ab ęterno vera, omnis homo eſt animal. Quarta propoſitiones neceſſariæ, ſunt ſemper veræ: ex eo enim ſeparãtur ꝓpoſitiones neceſſarię à cõtingẽtib⁹, quod cõtingẽtes, aliquãdo poſsũt eſſe verę, & aliquando falſæ, neceſſarię verò ſemper ſunt veræ, quià ſemper eodẽ modo ſe ſe habẽt, ſed illæ propoſitiones in quibus attributum eſt de eſſentia ſubiecti, ſunt neceſſariæ, vt author eſt Ariſt. 1. de demonſtratione cap. 6. ergo erunt illæ ſemper verę. Confir. hæc ratio. Propoſitiones ex quibus conflatur demonſtratio, ſunt infallibiles, & ſemper veræ, quia demonſtratio verſatur in rebus perpetuis, & infallibilis veritatis, vt profitetur Ariſt. 1. lib. de demonſtra. cap. 7. ſed demonſtratio conflatur ex propoſitionibus in quibus attributum eſt de eſſentia ſubiecti, ex his ſcilicet, quæ ſunt in primo modo dicendi perſe, ergo erunt illæ perpetuæ veritatis. Quod ſi cum aduerſarijs dicas, has

D. Seue. Boetius in commentarijs in cap. de ſpecie inquit. nihil verius quam idẽ dicide ſe ipſo.

4. Argu.

enuntiationes esse semper veras nõ actu, sed potestate, quando scilicet res existent, neque argu. effectum aliquid aliud concludere. Contra ita argumentor. Si hæc solutio esset alicuius momẽti, sequeretur has enuntiationes esse contingentes, & nõ necessarias; quia existentia competit omnibus creaturis contingenter, cum illæ aliquando existant, & aliquando non existant; atqui hoc est omnino falsum, vt neq; etiam ijdẽ aduersarij diffitebuntur, ergo & falsum quoque erit, illas esse veras sola potestate, quando scilicet naturæ significatæ nominibus subiecti, & attributi, existent.

Vult. Arg. Ad extremum. Omnis propositio hypothetica quæ semper est vera, obtinet aliquã simplicem, vel categoricã, cui innitatur semper veram. Quemadmodum hæc propositio hypothetica, si homo volat, habet alas, quæ semper est vera, innititur huic categoricæ semper veræ, omnequod volat, habet alas, sed hæc propositio hypothetica, si homoest, animal est, est semper vera; cum consequens ipsius, sequatur necessario, & intrinsece, ad antecedens, animal enim, quod est cõsequẽs, consequitur intrinsecè ad hominem, ergo innititur alicui categoricæ semper verę: atqui nulla alia potest esse cui innitatur, nisi hæc, omnis homo est animal, erit igitur hæc propositio perpetuæ veritatis, & ita erunt aliquæ

M.C.D. 2018

quæ propositiones semper veræ.

Cæterum cum omnis veritas enuntiationis debeat esse in aliquo intellectu, sit quæ ipsa signum veritatis rei, & transcendentis. sit. Secunda assertio. Hæ enuntiationes, tantum sunt constantes, & perpetuo veræ, vt sunt in intellectu diuino. Hanc assertionem expressis verbis profitetur D. Tho. 1. p. q. 10. art. 3. ad 3. quæst. 16. art. 7. & quæst. 1. de verit. art. 2. idem sentiunt Alexan. Alens. 1. p. q. 15. membro. 7. & Aegidius Romanus 1. lib. sent. dist. 19. q. 12. confirmatúq; apertissima ratione. Hæ enuntiationes in habitudine ad illum intellectum sunt æternæ veritatis, qui est ab æterno; at nullus alius intellectus præter diuinum, est ab æterno, ergo per habitudinem ad solum intellectū diuinum, erunt verę ab æterno.

2. Assert.

D. Tho.

Alex. Alen. Aegidius.

Insurget tamen aliquis. Si hæ propositiones sunt tantum veræ abæterno, quia sunt in intellectu diuino æterno, ergo & contingentes quoq;, vt Thomas erit sapiens, & Dominicus erit iustus, erunt æternæ veritatis, cũ hæ sint ab æterno, in intellectu diuino, sicq; nullum discrimen interueniet inter enuntiationes necessarias, & contingentes. Respon. Negando conseq. Imo latum intercedit discrimen, inter hæc duo genera enuntiationũ, quod vt facilius intelligamus, animaduertendum est, duplicem esse veritatem in enuntiationibus,

Obiec.

Solu.

M.C.D. 20

tionibus, vnam intrinſecam, & alterã extrin
ſecam. Prima illa prouenit ex connexione,
& habitudine intrinſeca, quæ inter ſubiectũ
& attributum reperitur; quia enim hæc ha-
bitudo eſt conſtans, & perpetua, veritas quæ
illi innitetur, conſtans quoq; erit, & perpe-
tua. Altera vero ortum habet, non ex habi-
tudine neceſſaria, & perpetua extremorum,
ſed ex ſolo intellectu cognoſcente, qui cum
ſit æternus, confert his enuntiationibus a ſe
cognitis, quandam extrinſecam veritatem.
Eſt igitur diſcrimen inter enuntiationes ne-
ceſſarias, & contingentes; quia contingen-
tes, tantum ſunt veræ ab æterno, veritate ex
trinſeca intellectus diuini, non autem verita
te intinſeca quæ petitur ex habitudine ter-
minorum. Neceſſariæ vero ſunt vtroq; mo
do veræ ab æterno, & veritate intrinſeca,
quia inter ſubiectum, & attributum, eſt con
nexio firma, atq; perpetua, tamquam in ſig-
no, & veritate extrinſeca, quia ſunt in intel-
lectu çterno. Vrgebit tamẽ ad huc aliquis
in hunc modum res ſignificatæ his enuntia-
tionibus neceſſarijs, non ſunt ab æterno ac-
tu, ſed ſola poteſtate, ergo & hę enuntiatio-
nes nõ erunt veræ ab æterno veritate intrin
ſeca, vel ſigni, actu, ſed ſola poteſtate. Reſp.
negando conſq. Quia ad veritatem ſigni in
actu, non eſt neceſſe ſit actu res ſignificata,
ſed ſufficit vt ſit futura, ſepiſsimè enim ſig-
na, ſig-

Duplex veritas enuntiationis, vna intrinſeca, & altera extrinſeca.

Vrget arg

Solut.

M.C.D. 2018

na, significant res futuras, & quę possunt esse non autem quæ sunt in actu, vt tam in his quæ a natura oriuntur, quam in alijs quæ ab arte fiunt, est omnibus satis perspicuum; atque ita cum in enuntiationibus sit veritas tamquam in signo, poterit esse in illis veritas actu ab æterno, quamuis naturæ significatæ non sint ab æterno actu, sed sint futurę in tẽpore.

Cap. XII. In quo Aduersariorum argumenta dissoluntur.

SSE autem nostram sententiam verissimam, non solum ex his quę hactenus docuimus sed etiam ex solutionibus argumentorum, quę ab aduersarijs proponuntur, apertissime intelligemus. proponunt enim illi varia arg. ad versus no nostram opinionem. Primum est, ex eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, vt docet Arist. in categorijs cap. de substantia, & in post categorijs cap. 9. sed ab ęterno neque est rosa, neque flos, ergo hęc enuntiatio rosa est flos, non erit ęternnę veritatis. Huic argu. Quidam Resp. Verbum est in his enuntiationibus, non significare existentiam, sed essentiam, & ita sunt perpetuo

1. Arg.

Solut. quorundam.

verę

veræ, quia essentia, perpetua est, & æterna, non solum vt repræsentatur, per exemplaria mentis diuinę, vel in esse cognito, vt dicunt vel vt est in potentia actiua Dei, eo quod possit ab illo produci ab æterno, sed in se ipsa, & in aliquo gradu entis extra Deum. Vnde ad assump. Resp. illam esse falsam, & enim quamuis rosa non sit flos ab æterno, vt esse significat existentiam, est tamen flos ab æterno, vt esse significat essentiam. Hanc solutionem in eo quod asserit essentias rerum esse æternas, in aliquo gradu entis extra Deum, quibusdam veteribus Metaphysicis Thomistis tribuit Sonci. 9. Metaphy. q. 4. At vero Petrus Niger 2. p. Clipei Thomistarũ docet quosdam Scotistas hanc sententiã complexos fuisse. Cæterum siue illi fuerint Scotistę, siue Thomistę, siue quilibet alij qui ipsam amplectantur, est omnia falsa. Primo, quia aut rerum essentię sunt ab ęterno à Deo productę, vel non sunt productę ab ęterno, si dicas illas nullo modo esse productas, dabitur igitur aliquod ens extra Deum non dependens à Deo, neq; ab eo productũ, quod & Philosophorum decretis, & catholicorum dogmatibus, omnino aduersatur. Si vero asseras illas esse ab ęterno productas ergo non tantum erunt ab ęterno secundum esse essentię, sed secundum esse existentię, quia terminus creationis ex perscripto om-

Sonci. Niger. q. 2.

Essẽtię nõ habent esse extra Deum ab æterno.

1. Argu.

nium

nium Philosophorum,& Theologorum,est esse existentię,non igitur erunt tantum naturę ab ęterno secundum esse essentiæ, vt illi dicunt,sed etiam secundum esse existentię,quot cum sit omnino falsum,falsa quoq; erit ipsorum sententia. Secundo,quia ita fieret vt nihil posset verè, & propriè creari à Deo. Creatio enim est productio totius entis ex nihilo,at si rerum essentię sunt perpetuę,quando quippiam creabitur,non producetur totum ens,cum essentia non producatur,sed sit ipsa ęterna, quare neq; verè, & proprię,aliquid poterit creari. Plura alia quę aduersus hanc sententiã proponere poteramus,hoc loco prętermittimus,ne institutos limites transiliamus,proponentur autẽ si superior aura nobis fęliciter arriserit, in commentarijs in Dialecticam, in disputatione de rebus vniuersis.

2. Argu.

Hac igitur solutione reiecta Resp. Essentiam rosę esse ab ęterno,non quidem extra Deum,vt alij volebant;sed in Deo,aut tamquam in cognoscente, aut tamquam in causa producente,& ita in hac enuntiatione vera ab ęterno;rosa est flos,verbum est, significat essentiam,non extra,sed intra Deum,his duobus modis explicatis. Ad authoritatem verò Arist. Resp. Verbum est (quando inquit ex eo quot res est, vel non est, orationẽ esse veram,vel falsam,) non significare existentiam

Solut.

M.C.D. 2018

ſtentiam, quaſi dicat ex eo quot res exiſtat, vel non exiſtat, orationem eſſe veram, vel falſam, ſed ſignificare eſſentiam, vel conuenientiam, aut connexionem inter ſubiectum, & attributum cuntiationis, interuenientem. Sẽ ſus igitur erit ex eo quod ſubiectum, & attributũ interſe connectũtur, nexu quodam perpetuo, & indiſſolubili, oratio illa dicetur vera perpetuo, quæ huiuſmodi nexum indicabit.

2. Arg: Vel cap. 8. iuxta opinionẽ Græcorum, qui totũ opus de interpretatione, faciunt vnũ librum.

Secundum Arg. Ariſt. 2. lib. de interpretatione cap. 2. docet hanc conſequentiam non eſſe optimam, Socrates eſt homo mortuus. ergo Socrates eſt homo, quia eſſe mortuum, repugnat homini; ſed hæc enuntiatio Socrates eſt homo, eſt eſſentialis ergo mortuo, vel non exiſtente Socrate, illa erit falſa, & ex conſequenti, non erit perpetuæ veritatis. Reſp. Aliud eſſe loqui de rectitudine conſequentiæ, & aliud de veritate conſequẽtis, quia ſi de rectitudine loquamur, illa conſcquentia nulla eſt, Socrates eſt homo mortuus, ergo Socrates eſt homo, argumẽtamur ſi quidem, a dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, nã eſſe hominẽ mortuũ, eſt eſſe hominem ſecundum quid; eſſe vero hominẽ eſt eſſe ſimpliciter; quæ argumentatio eſt ſimilis, huic alteri. Imago Cæſaris eſt homo, pictus, ergo imago Cæſaris eſt homo, in qua argumentamur quoq; eadem ratione, ſcilicet à

Solut.

cet à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Si vero loquamur de veritate consequentis, hoc consequens est etiam verum Socrate mortuo, Socrates est homo. Siue enim ille fuerit, siue nõ fuerit, semper est vera, hęc propositio. Arist. igitur in hoc testimonio, non est locutus de veritate cõsequentis, sed de rectitudine consequentiæ, nos vero nõ de rectitudine, sed de veritate loquimur.

Tertiũ arg. Hæc enuntiatio, homo est viuens, est essentialis, sed hæc nõ est perpetuo vera, ergo non omnis enuntiatio essentialis erit perpetuo vera. Prop. est. perspicua. Confir. Assum. primo. Quia in omni viuẽte, anima vnitur corpori, sed in homine non fuit anima, ab æterno vnita corpori, ergo homo non fuit ab æterno viuens. Secũdo. Mortuũ opponitur viuenti; sed homo est aliquãdo mortuus, ergo aliquando non erit viuens Huic arg. Resp. Viuens posse sumi duobus modis, Physice & Metaphysi. Physicè, sumitur, pro cõposito naturali, ex corpore, & anima cõstituto. Metaphysicè vero vsurpatur, pro attributo quodã essentiali, quod rei viuẽtis naturã declarat. Quemadmodũ etiã sentiens sumi potest, aut pro attributo essentiali animalis, aut pro cõposito quodamnaturali, ex corpore, & anima sentiẽte. Si viuẽs sumatur Physice, hęc attributio, homo est viuẽs, nõ est perpetua, quia vnio corporis, & animę

5. Argu.

Solut.

non est perpetua. Si vero altero modo vsurpetur, erit illa perpetua, quia hoc attributũ viuens, perpetuo prædicatur de homine, nõ minus quam senticns, de animali. Ad argu. igitur dicimus falsam esse assump. Ad. 1. confir. Resp. Viuens Physicè, denotare vnionem animę cum corpore, Metaphysice vero, non significare illam, sed attributum essentiale. Ad Secundã resp. mortuũ nõ opponi viuenti, vt denotat attributũ essentiale; sed vt significat vnionem Physicã, corporis, & animæ, & ita per mortem non auferetur veritas perpetua, huius enuntiationis, homo est viuens.

Soluitur 1.

Confir.

Soluitur 2

Quartum. In omni enuntiatione verbũ debet esse indicantis modi, & temporis præsentis, vt tradunt omnes Dialectici cũ Arist. 1. lib. de interprætatione cap. 4. ergo in hac enuntiatione, homo est animal compos rationis, verbum est, denotabit tempus præsens; sed quod tantum significat tẽpus præsens, nõ potest esse ab æterno, ergo hæc enũtiatio, non erit ab æterno vera. Resp. cũ M. Soto lib. 2. Sumularum in cap. de verbo, et de suppositione, in hac, & in alijs huius generis enuntiationibus, verbum non significare cum tempore; sed abstrahere ab omni differentia temporis, tantumq; designare connexionem interuenientem, inter subiectum, & attributum. Et hoc est quod docebant veteres

4. Argu.

Solut.

M.C.D. 2018

res Dialectici, in his enuntiationibus, verbū est absolui à tēpore, id est impediri ab extremis, ne aliquam differentiam temporis significet. Itaq; verbum esse cum aliqua differētia temporis significat, impeditur tamen aliquando illius significatio, ex necessaria connexione attributi, cum subiecto, ne vllam differentiam temporis significet.

Quintum. Hæc enuntiatio, Christus est homo, est essentialis, sed illa nō est perpetuo vera, fuit enim in triduo mortis falsa, vt omnes Theologi docēt in 3. dist. 22. & D. Tho 3. p. q. 50. art. 4. ergo non omnis enuntiatio essentialis, erit semper vera. 5. Argu.

Resp. Institutum Theologorum, tantum esse docere, Christum dominum vere fuisse mortuū in triduo, & effectam fuisse in illo, veram separationem corporis, & animę, & ob hanc causam dicunt Christum non fuisse hominē in triduo mortis quia anima separata fuit à corpore, quemadmodum in alijs hominibus per mortem anima separatur à corpore. Neque enim loquuti sunt in rigore dialectico vt nos loquimur, & qua ratione verum est, Christum fuisse hominē, vt optime docuit Sco. in eodem loco q. 1. sed loquuti sunt eomodo quo exposuimus. Solut.

Cap. Vltimum. In quo nonnullæ dubitationes explicantur.

M.C.D. 2016

Vper sunt ad extremum, tres dubitationes de veritate explicandæ, vt huic quarto lib. vltimam manũ imponamus. Prima. An detur aliqua veritas creata, æterna. Secunda An omnis veritas sit immutabilis. Tertia an sit tantũ vnica veritas. Primæ dubitationi ex superioribus super est satisfactum: Asserendum siquidem erit dari aliquas veritates ęternas, non tamen extra deum. & ita cum creatura in Deo, vel creatore, sit creatrix essentia, vt inquit D. Anselmus, ob hanc rationẽ asserẽdum erit, nullam veritatem creatam esse æternam, si vere, & propriè loqui cupimus.

1. Dubit.
2. Dubita.
3. Dubit.
Dissoluitur.
3. Dubita.
D. Tho.
Alexã. Alẽ.
Aegid.

Vide D. Tho. 1. p. q. 16. art. 7. q. 1. de verit. art. 5. &. 1. lib. sentent. dist. 19. q. 5. art. 3. Alexand. Alens. 1. p. q. 15. memb. 6. &. 7. & Aegidiũ 1. sentent. dist. 19. q. 12.

Dissoluitur.
2. Dubita.

Secundæ dubitationi vt satisfaciamus, animaduertendum est prius, duobus modis posse aliquid mutari; aut quia est subiectum mutationis, aut quia est terminus illius. Primo modo dicimus hominem mutari de calido in frigidum. Secundo vero, calorem, aut frigus mutari. Obseruandum est etiam, duobus quoq; modis posse veritatẽ mutari, vno modo ex parte intellectus, & altero modo ex parte rerum; cum enim sit illa conformitas quædam, vel similitudo, intellectus & rei,

possit q;

M.C.D. 2018

posſitq; quælibet ſimilitudo mutari ad mutationem alterius extremi, poterit quoque veritas mutari ad mutationem, vel intellectus, vel rei. Denique annotandum eſt, veritatem referri poſſe, aut ad intellectum diuinũ, aut ad intellectum humanum.

Sit igitur Prima Aſſertio. Veritas nõ poteſt mutari tamquam ſubiectum mutationis. Hæc aſſertio eſt perſpicua. Quia veritas eſt forma quædã ſimplex, at forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum mutationum, & accidentiũ, vt inquit D. Seuerinus Boetius in lib. de Trinit. Deinde quia hoc genere mutationis, ſolus intellectus mutatur, qui eſt ſubiectum veritatis, & falſitatis. Mutabitur igitur veritas tamquam terminus aliquando tamquam terminus à quo, & aliquando tam quam terminus ad quem. 1. Aſſert. Boet.

Secunda Aſſertio. Veritas intellectus diuini, eſt omnino immutabilis, ita vt neq; poſsit diuinus intellectus, tranſire à veritate in falſitatem, neque à falſitate in veritatem progredi. Confir. Quia intellectus diuinus, eſt prima menſura totius veritatis, at prima menſura, in omnibus rebus immutabilis eſſe debet. 2. Aſſert.

Tertia Aſſertio. Veritas intellectus humani non eſt immutabilis, itaq; humanus intellectus, aliquãdo mutatur a falſitate in veritatem, & aliquando à veritate in falſitatẽ 3. Aſſert.

se conuertit, idque aliquando prouenit ex parte rerum, & aliquando ex parte ipsius intellectus. Imprimis ex parte rerum quæ mutantur, quemadmodum veritas huius enuntiationis, Socrates sedet, mutatur, mutato Socrate, si deinde ipse erigatur. Deinde ex parte intellectus, qui ob imbecilitatem, non potest semper veram rerum existimationẽ, & comprehensionem comparare, vel sæpe illius obliuiscitur, & ita mutatur ad falsitatẽ tamquam ad terminum falsæ compræhensionis. Hanc dubitationem vberius explicãt D. Tho. 1. p. q. 16. art. 8. q. 1. de verit. art. 6. D. Albe. Mag. 1. p. q. 25. art. 2. parte 1. & Alexande. Alensis 1. p. q. 15 membro. 8.

D Tho.
D. Albert.
Alexan.

Explicatur 3. dubitatio

In explicationem Tertię. quæst. sit 1. Assertio. Si loquamur de veritate secundum essentiam, quę est prima, & mensura cęterarũ, & aqua omnes aliæ dependent, tantum est vnica veritas rerum omnium. Hæc assertio est perspicua. Quia veritas quæ est omnium prima, & aqua reliquæ dependent, est veritas intellectus diuini, at hæc est vnica tantũ.

1. Asser.
Confir.

Secunda Assertio. Si loquamur de veritate intellectus creati, plures sunt veritates, & non est vnica tantum veritas. Cõfir. quia veritas est in intellectu tamquam in subiecto, quare cum accidentia multiplicẽtur ad multiplicationem subiecti, sintq; multi intellectus creati, multiplex quoque erit veritas intel-

2. Asser.
Confir.

2. Assert.

M.C.D. 2018

intellectus. Vnde quemadmodum ab vna facie effluunt variæ imagines, in diuersis speculis: ita quoque ab vna, & eadem veritate intellectus diuini, tamquam ab vna facie, efflu unt diuersæ imagines veritatis, in mentibus humanis, veluti in quibusdam speculis. Animaduertendum est tamen non solũ esse multas veritates in diuersis intellectibus, verum etiam in vno, & eodem, esse multiplicem veritatem, in habitudine tamen ad diuersa obiecta, aliam enim veritatem efformamus de cœlo, quando illud dicimus esse corpus incorruptibile, sphericæ figuræ, quod continuo cursu agitatur in orbem, & aliam de lucinia, quando illam diffinimus, esse auem minorem passere, alis subcinericijs, ventre cãdido, & voce supramodum canora.

Hoc exemplo vtitur D. Aug. in commẽtariis in psal. 11. explicans illa verba, diminutę sũt veritates à filijs hominum. Obseruatio.

Tertia Assertio. Veritas transcendẽs, vel rei est multiplex, & vna, ob diuersas tamẽ rationes, potest enim illa sumi, aut iuxta essentias rerum, quibus innititur, & cum quibus reciprocatur, aut iuxta terminum, in quem fertur, vel principium, à quo dimanat. Si enim primo modo sumatur, multiplex est, quemadmodum rerum essentiæ sunt multæ, & diuersæ, vnde alia erit veritas auri, alia argenti, & alia plumbi. quemadmodum alia est natura auri, alia argenti, & alia plumbi. At vero si altero modo vsurpetur, est vnica tantum, refertur enim illa tamquam ad termi-

3. Asser.

num ad intellectum diuinum, à quo per se dependet. fluit quæ ab illo tamquam à proprio principio, & à prima mensura; quare cum intellectus diuinus sit vnicus tantum, vnica erit veritas rei, & transcendens, ratione termini, & principij. Et hac ratione interprætaridebet. D. Ansel. Quando in dialogo de verit. cap. 14. inquit vnam esse veritatem, omnia ambientem, & àqua dicãtur omnia vera, quemadmodum vnicum est tempus, suo ambitu omnia quæ oriuntur, & intereunt, complectens. Intelligi siquidem debet, de veritate ratione principij & termini, quia vnicum est principium à quo illa fluit, & vnicus terminus, scilicet intellectꝰ diuinꝰ, inquem illa fertur, qui omnium nostrarum actionum, vnicus est finis, & scopus, cuiusque splendore mens nostra illustrata, supremum etiam finem, huic disputationi de veritate imposuit.

DE

DE ENTE ET EIVS PROPRIETA tibus.

LIBER QVINTVS.

PRAEFATIO.

SEQVITVR tandem, vt de vltima entis proprietate, bono scilicet, disputemꝰ. De quo, & Philosophi morales, & Metaphysici, (quamuis diuerso consilio) diffusas satis instituerunt disputationes. Ex quibus ea collegimus, quæ huic nostro instituto poterunt esse accommodata. Egerunt autem de bono Plato in dialogo de pulchro. Arist. in Aethicis, & in lib. Magnorũ moralium, D. Seuerinus Boetius, in lib. de hebdomadibus & lib. 3. de consolatione Philosophica, prosa. 11. D. Tho. 1. p. q. 5. & de verit. q. 21. D. Albert. Magn. 1. p. tracta. 6. q. 26. Alexand. Alensis. 1. p. q. 17. & plæriq; Theologi in 2. dist. 34. quorum vestigijs inhærentes, ea quapoterimus dexteritate, & verborum perspicuitate, hanc disputationem, conabimur explicare.

Qui egerint de bono.

Plato.
Arist.
D. Seuer.
Boet.
D. Tho.
D. Albert.
Alexan.
Alen.
Theologi.

M.C.D. 2018

Cap. 1. In quo explicantur diffinitiones boni.

BONI naturam explicaturus Arist. 1. lib. Aethicorum cap. 1. non alijs quam his verbis illam commodè explicandã esse censuit. **Bonum est quod omnia appetunt.** Quæ oratio perspicuè satis, quæ sit boni natura, nobis exponit. Quamq; veteres omnes, tamquam acuratam boni diffinitionem, vno ore, vnoq; consensu fuerunt cõplexi & quidem de his qui ætate Arist. antecesserunt nulli dubium esse debet, cũ Arist. in eodem loco profiteatur, aueteribus bonũ ita esse diffinitum. De alijs vero posteribus, si diligenter illorum monumenta euoluamus, erit etiam id ipsum exploratum. Cicero enim 1. lib. definibus bonorum & malorum ait omnes Philosophos in hoc consensisse, illud esse summum bonum quod ab omnibus expetitur. Et 5. lib. Tuscula. quæst. bonum inquit illud est quod est expetendum. Seneca etiam epist. 118. postquam in ea non nullas proposuisset boni diffinitiones, hanc tamquam acuratissimam omnium admittit & laudat. Eandem proponit Proclus, in Alcibiadem Platonis, de demone, & Anima, in eo cap. in quo docet omne pulchrũ esse bonum,

Quæsit diffinitio boni ex Arist.

Cicero Seneca epist. 118 iuxta editionem Muretiqui absque vlla distributione librorũ epistolas Senecę castigaras, cũ alijs operibus Romæ in lucem edidit.

M.C.D. 2018

num,& omne turpe malum. D. Dion. cap. 4. de diuin. nominibus,& D. Seuerinus Boet. 3. lib. de consolat. Philosophiæ prosa 11. hãc eandem tradiderunt. Eri igitur à nobis hæc diffinitio retinenda,& explicanda erũ vt illud commodè præstare possimus, animaduertendum est, appetibile quod in diffinitione boni continetur, duobus modis sumi posse, primo pro relatione quadam,& habitudine ad appetitum; secundo pro fundamento huius habitudinis. Quemadmodum visibile sumi potest, aut pro relatione quadam ad facultatem videndi, aut pro fundamẽto huius relationis. Annotandum est iterum. Fundamentum huius habitudinis, nullum esse aliud, quam perfectionem,& consumationem cuiusq; naturæ, tunc temporis enim aliqua natura, nata est referri ad appetitum, vt ab eo concupiscatur, quando est in se perfecta, & omnib⁹ suis numeris absoluta. His igitur animaduersis vt propositam dubitationem explicemus sit 1. Assertio. De essentia boni non est esse appetibile, pro relatione,& habitudine ad appetitum; sed est hęc habitudo, quędam proprietas, ab eius natura dimanans. Confir. hæc assertio duobus argumentis. Primũ est. Eo modo se habet habitudo appetibilis ad appetitum, quo se habet habitudo visibilis, ad facultatem videndi; sed habitudo visibilis ad visum, non est de essentia

Proclus. D. Diony. D. Seuer. Boet.

Observa.

Observa 2.

Explicatur proposita diffinitio boni.

1 Asser.

Confir assertio

1 Argu.

M.C.D. 2018

tia visibilis, sed est illius proprietas, (quia de essentia coloris qui est visibilis, cum sit qualitas, & natura absoluta, non erit referri ad visum) ergo neque de essentia appetibilis erit referri ad appetitum, sed erit hæc habitudo quędam illius proprietas. Secundum

2. Argum. Nullum obiectum denominatur, secundū essentiam, ab actione suæ facultatis quia obiectū est prius natura sua facultate, at quod est natura prius, non potest esse tale secundū essentiam, ab eo quod est posterius, sed appetibile formaliter denominatur ab appetitu, ergo appetibile formaliter, non erit de natura, & essentia boni, tamquam attributum essentiale.

2. Asser. Secunda Assertio. Appetibile fundamentaliter, est de natura, & essentia boni, vnde tota illius essentia erit, esse fundamentum vt naturæ sint aptę, & natæ, vt possint appeti, ab appetitu. Confir. Tota ratio boni constituta est in perfectione rei, & absolutione naturę, quia bonum, & perfectum, sunt vnū & idem; sed perfectio rei, est fundamentum vt sint naturę aptæ, & natæ appeti, ab appetitu, de ratione ergo boni erit, esse fundamētum appetibilitatis. Superiorem assertionē constituit D. Tho. in commentarijs in cap. 1. lib. 1. Aethico. vtramque vero cōstituunt illius discipuli, Capreo. in 2. dist. 33. in solutione 2. arg. aduersus 2. assertionem. Caiet. 1. p. q.

Confir. assen.

D. Tho. Capreo.

M.C.D. 2018

1. p. q. 5. art. 1. & Ferrariensis. 1. Cont. Gent. cap. 37. Caiet. Ferra.

Tertia Assertio. Hæc diffinitio, est essentialis, & accidentaria, diuersa tamẽ ratione, quia si sumatur appetibile profundamento appetibilitatis, est essentialis; si autem vsurpetur pro habitudine, & relatione, est accidentaria. Primam partem huius assertionis esse veram ex eo confirmamus, quod hæc oratio. Bonum est id quod est appetibile, exprimit totam naturam boni, sumpto appetibili fundamentaliter; at illa oratio quæ exprimit rei naturam, diffinitio essentialis nuncupatur. Alteram vero partem ita cõfirmamus. Illa oratio quæ traditur per proprietatem rei diffinitæ, dicitur diffinitio accidẽtaria, siue descriptiua; atqui hæc est huiusmodi, si sumatur appetibile prohabitudine, & relatione, quia huiusmodi habitudo, est proprietas quædam à natura boni deriuata; vt exposuimus, erit ergo diffinitio descriptiua, siue accidẽtaria. Ex his colligere licebit illos philosophos quos recenset Capreol. in superiori loco, qui constituunt de ratione boni, non esse, esse appetibile, neque omnino erasse, neque omnino fuisse veritatem assecutos. Nam si loquantur de appetibili formaliter, & pro habitudine ad appetitum, vera prædicant, si vero loquantur de appetibili fundamentaliter, eorum opinio est omnino

3. Assert.

Confi.

Consectar

falsa,

M.C.D. 2018

falsa, quemadmodum ex his quæ fuerunt explicata, colligi poterit apertissime.

Duæ diffinitiones boni, ex D. Dionysio.

Proponuntur etiam aliæ duæ diffinitiones boni, ad Dionysio cap. 4. de nominibus diuinis, prima est. Bonum est diffusiuum sui esse. Secunda Bonum est ex quo omnia subsistunt, & sunt sicut ex causa perfecta deducta, & in quo omnia consistunt, sicut in potenti plantatiuo custodita, & contenta, & ad quod omnia conuertuntur, quemadmodum ad proprium singula finẽ, & quod omnia desiderant. Ex his duabus diffinitionibus prima est tradita per effectum, nã se ipsum diffundere, seseq; rebus omnibus communicare, effectus est boni. Altera vero est tradita per omnia genera causarũ. Quia prima particula, ex quo omnia subsistunt, explicat causam efficientem. Secunda, in quo omnia consistunt, sicut in ponti plantatiuo constituta, declarat formam. Tertia ad quod omnia conuertuntur, exprimit finem. Et tandẽ vltima, & quod omnia desiderant, proponit nobis materiam, cuius est appetere, & desiderare formam. Lege. D. Albert. Mag. 1. p. tract. 6. q. 26. art. 2. membio. 1.

D. Albert.

Cap. II. Num bonum sit proprietas entis.

IN

IN explicationem huius quæstionis sit prima assertio. Bonum est vera, & legitima proprietas, entis. Confir. Hac ratione. Illud quod conuertitur cum ente, & fluit ab ipsius natura, est illius proprietas; sed bonum conuertitur cũ ente, & fluit ab illius natura, ergo erit proprietas entis. Confir. Assump. In primis bonũ reciprocari cum ente, possumus confirmare ex Arist. 1. æthico. cap. 6. qui asserit, bonum, & ens, ex æquo de rebus omnibus dici: si enim ex æquo dicuntur, ergo reciprocantur interse. Et D. Augusst. 1. de doctrina Christiana, ita habet. In quantum sumus boni sumus. Quibus verbis apertè satis indicat, bonum, & ens, reciprocari interse. Deinde omne ens est appetibile; sed quidquid est appetibile, est bonum, ergo omne ens erit bonum. Assump. est perspicua, confir. propo. omne ens aut est actu aut destinatur ad actũ. Sed quidquid est in actu, aut destinatur ad actum, est appetibile, ergo omne ens erit appetibile.

.Confir

Arist.

D. August. Cap. 32.

Argu.

Deinde fluere ab eius natura, est satis perspicuum. Quia ratio appetibilitatis in rebus omnibus, à propria natura, & entitate dimanat, erit igitur bonum vera, & legitima proprietas entis. Cæterum cum ens sumi possit aut in illa late patente significatione, vt

Confir.

est

est diuisum contra nihil, & ambit entia rei, & rationis; aut in alia angustiori, vt tantum amplectitur entia rei. Sit secunda assertio.

2. Asser. Bonum non est proprietas entis in illa late patente significatione, vt ambit entia rei, & rationis. Vnde hæc proprietas, nõ potest adaptari entibus rationis, sed solis entibus rei. Hanc assertionem his argumentis confir. Primum bonũ est in rebus extra intellectũ, vt auctor est Arist. 6. lib. Metaph. cap. 3. inquiens bonum & malum, esse in rebus: verum autem & falsum in intellectu, sed entia rationis non sunt in rebus, extra intellectum, ergo non erunt illa bona. Secundum Omne bonum est appetibile, sed entia rationis non sunt appetibilia, ergo non erunt bona. Confir. Assump. entia rationis, aut sunt negationes, aut priuationes aut relationes; sed negationes, & priuationes, nõ sunt appetibiles, imo omnino appetitui aduersantur, cũ aufferant rationẽ boni, & essendi, quẽadmodũ cæcitas aufert rationem essendi, & bonitatis in visu, & nõ homo aufert rationẽ essendi, & bonitatis in homine. Deinde neque relationes. Quia illæ in propria ratione, nõ includũt habitudinẽ tamquã in herentẽ subiecto; sed tã quam referentem ad terminum, at quælibet natura appetibilis, appetitur in habitudine ad naturam appetentem, ex eo enim appetitur, vt possideatur, quod nisi appetenti in hereat

Zimaram in Theorematibus in eo Theoremate in quo explicat, nũ bonũ sit passio entis. qui amplectitur hãc nostrã opinionem.

1. Arg.
2. Argu.

M.C.D. 2018

hereat fieri nulla ratione potest, ergo ens rationis nulla ratione appetit poterit. Rursus essentiæ entium rei, vt essentia rosæ, neque appeti possunt, neque sunt bonæ, nisi in habitudine ad existentiam, & enim si non posset essentia rosæ existere, quis quæso illã, nisi inani quodam appetitu appeteret, cum neque illam possidere, neque ipsa frui, vllo modo posset? omne igitur bonum, aut debet actu existere à parte rei, aut saltim debet obtinere habitudinem quandam ad existentiã rei; sed entia rationis, nullam habent, neque habere possunt existentiam rei, cum tantum sint beneficio intellectus, ergo ens rationis, non obtinebit aliquam bonitatem formaliter; quod addimus propter fundamenta illius, quæ cũ sint entia rei, erunt bona, & ita ens rationis fundamentaliter erit bonũ, quã uis non sit formaliter, & secundum essentiã. 3. Argu.

Tertia Assert. Bonum tantũ est proprietas entis rei, existẽtis à parte rei. Itaq;. Quid quid fuerit bonum, aut debet actu existere, aut natum est, & aptum, vt actu existat, vel debet denotare ordinem intrinsecum, ad existentiam. Hanc assert. nisallor perspicuè satis proponit D. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. Confirmaturus si quidem, bonum non distingui ab ente secundum rem, ita argumentatur; bonum est illud quod est appetibile, appetibile, est illud quod est perfectum, perfectum 3. Assert. Hanc assertionem cõstituit. D. Tho.

autem vltatum est illud quod est in actu, ergo bonum erit idē quod ens in actu, vel quod ens existens, ergo bonum, & ens (cum ens significet actum, & existentiam) erunt vnum & idem. In qua argumentatione aperte profitetur D. Tho. bonum tantum esse proprietatem entis existentis. Et in eadem quæst. art. 2. ad 4. constituit, scientiam, vitam, & alia huius generis, tantum esse bona, & posse appeti, vt sunt in actu, aut vt existunt, tantū igitur conuertetur bonum, cum ente existente, aut secundum actum, aut secundum aptitudinem. Cōfirma. Præterea. Nulla res aut sine existentia aut sine habitudine ad illam, potest vlla ratione appeti, appetitus si quidem tantum est rerum possibilium, & quæ possunt esse, sed ratio boni est ratio appetibilis, ergo nihil erit bonum, nisi aut existat, aut obtinuerit intrinsecam habitudinem ad existentiam.

2. Argu.

4. Assert. Quarta Assert. Bonum tantum conuertitur, cum ente rei, & existēte. Hæc assertio colligitur ex superioribus. Nam in secunda assertione docuimus, bonum non conuenire entibus rationis, & in tertia, tantum conuenire entibus existentibus. Verum vt illā explicemus, erunt duo animaduertenda. Primum est, duplex esse bonum, vnum actu, & alterum potestate; quemadmodum duplex est ens existens, vnum actu, & alterum potestate,

Obser. 1.

M.C.D. 2018

ſtate. Secundum duplicem eſſe conuerſionem, vnam ſecundum rem, & alteram ſecundum rationem. Vel vt veteres docuerunt, vnam ſecundum ſuppoſita, & alteram ſecundum rationem, aut intentionem. Bonum igitur, & ens, hac ratione conuertuntur, bonum in actu conuertitur cum ente in actu, & bonum poteſtate, cum ente poteſtate. Vt roſa in actu, conuertitur cum bono in actu, & roſa poteſtate, cũ bono poteſtate. Deinde hæc conuerſio non eſt intelligenda ſecundum rationem, cum alia ſit ratio boni, & alia entis: ſed intelligi debet ſecundum rem, aut ſuppoſita, quia de quibus vnum eorum dicitur, debet quoq; & alterum enuntiari. Obſeru. 2.

D Tho. q. 21 de verit art. 2. D. Alb. 1. p. tract. 6. q. 28 & Alex. Alen. 1. p. q. 13. mem. 1. ad 2. arg. agens de vno.

Quinta, & vltima Aſſertio. Bonum non differt ſecundum rem ab ente, ſed ſola ratione. Non differre ſecundum rem, ita ſuadeo. Quia quidquid differt ab ente ſecũdum rẽ, eſt non ens, atqui ita ſi bonum in propria ratione, differret ab ente ſecundum rem, eſſet non ens. Differre autem ratione, eſt explora tũ, quia alia ratio eſt boni, & alia entis, illius enim eſt eſſe appetibile, huius vero, eſt habere eſſe. Conſule quæ de diſtinctione entis à ſuis proprietatibus docuimus. 2. Aſſert.

2. lib. cap. 15.

Cap. III. In quo dissoluuntur nonnulla argumenta, aduersus superiores assertiones.

POssunt tamen ea quæ in superiori cap. docuimus variis argumentis impugnari, ex quibꝰ potiora, & difficiliora proponemꝰ. Sit igitur Primũ. Mẽbrum diuidens iuxta leges optimæ diuisionis, nullo modo potest conuerti cum re diuisa; sed bonum est membrum diuidens ipsum ens, diuiditur enim illud, in bonum, & malũ, ergo non poterit conuerti cum ente. Resp. Falsum esse, ens esse diuisum in bonum, & malum, tamquam in membra diuidẽtia; quia malum, vt malum, non est ens, sed est, veluti nihil, & priuatio entis, vt cæcitas, est priuatio, visus, qui est ens, & tenebræ sunt priuationes lucis, quæ est ens, & optima, & ita nõ poterit esse membrũ diuidens ipsius: quare ens cum sola bono reciprocabitur. Ita Resp. D. Tho. 1. p. q. 5. ar. 3. ad 2.

1. Argu.

Solut.

Vide D. Tho. 1. p. q. 48. art. 1. Docentem malum nõ esse naturã aliquam, sed priuationem naturæ. & entis.

Secundũ Argu. Res Mathematicæ, sunt vera entia, sed res Methematicæ, non sunt bonæ, vt auctor est Arist. 3. lib. Metaph. cap. 2. his verbis. *Mathæmaticorum autem artes, bonorum, & malorum nullam rationem habent*. Ergo bonum non reciprocabitur, neq; conuer-

D. Tho. 2. Argu.

M.C.D. 2018

conuertetur cum ente. Huic argu. Zimara in Theorematibus, in eo Theoremate in quo agit, num in rebus Mathematicis bonũ reperiatur, inquit, res Mathematicas esse quoque bonas, Arist. autem contrarium docentem, locutum fuisse disputatiuè, & probabiliter, ita enim in illo lib. 3. progreditur Vel locutum fuisse, non ex propria, sed ex aliorum Philosophorũ sentẽtia, Aristippi præsertim, cuius sententiam in illo capite proponebat. Solu. Zimaræ.

Sunt alij qui dicunt, bonum sumi posse, aut in quadam late patente significatione, vt est diuisũ cõtra malũ; aut in alia cõtractiori, vt significat finẽ, vel vtilitatem, ob aliquẽ finem prouenientem, qua ratione dicimus optimam valetudinem esse bonam, quia est finis concupitus ægroti, & potionẽ amarã, esse etiam bonam; quia est medium ad huiusmodi finem assequendum, necessarium Docent igitur mathematica esse bona in illa late patente significatione, quia nõ sunt mala, non autem esse bona in alia contractiori significatione, quia neque sunt fines, cum abstrahant à motu, & finis, sit principium motus, neque sint media acomodata, ad aliquã finem, consequẽdũ vnde nullam conferunt vtilitatẽ. & quia bonum quod est proprietas entis, est bonum in prima significatione, ob hanc caussã ens non latius patebit bonitate. 1. Solut. Aliorum.

Lege aliã solutione apud Iandunum 6. lib. de anima q. 1. & Solut. D. Tho.

His tamen & aliis solutionibus prætermissis, Resp. cum D. Tho. 1. p. q. 5. art. 3. ad 4. & q. 21. de verit. art. 2. ad 4.

Mathematica entia sumi posse aut vt sũt à parte rei vnita cũ rebus naturalibus; aut vt sumuntur à Methematico auulsa, & abstracta ab omni materia sensili, motu, efficiente caussa, & fine. Si primo modo sumantur, sunt omnino bona, quia ita sunt entia naturalia, & in quibus contemplandis versatur Philosophia naturæ, vt docet Arist. 1. lib. de cælo cap. 1. dicens Philosophiam naturæ in corporibus, & magnitudinibus (quæ sunt entia Mathematica) versari. Neque de illis hac ratione locutus est Arist. Si vero altero modo vsurpentur, illa nõ sunt bona, & enim hac ratione, abstrahunt ab omni caussa efficiente, & fine, & ex consequenti abstrahent à ratione boni, quia finis, & bonũ, sunt vnũ, & idem. Neque est vllum absurdũ aliquod ens, sumi, vel considerari posse, sine ratione boni, quia quamuis ens sit idem cum bono, est tamen prius natura ipso, et quod prius est, contemplari potest sine posteriori.

1. Argu. aduersus solutionem D. Tho.

Verum aduersus hanc solutionem, se se offerunt non nulla argumẽta. Primũ Resp. Metaphysicæ, vt sunt substantiæ separatæ, in quibus explicandis versatur prima Philosophia, sunt auulsæ ab omni materia sensili, & amotu; atqui huiusmodi naturæ sunt bonæ; er-

næ, ergo quamuis magnitudo, & aliæ res mathematicæ, abstrahant ab omni materia sensili, & à motu, vt contemplantur à mathematico, nihilominus hac ratione sumptæ, erunt bonæ. Secundo. Res Mathematicæ vt sumuntur à Mathematico, sunt entia, & sunt res creatæ à Deo, sed omne ens est bonum. Tu etiam, quidquid est creatum à Deo, est bonu, ergo res Mathematicæ, vt contemplantur à Mathematico, erunt etiam bonæ. a. Arg.

Attamen his argumentis ita occurrimus, Ad. 1. arg.
Ad primu Resp. Esse disparem rationem inter res Mathematicas, & Metaphysicas; quia Metaphysicæ, subsistunt perse, auulsæ, & separatæ, ab omni materia, & à motu, & ita sunt bonæ, cum quidquid existat à parte rei ea ratione qua existit, sit etiam bonum. At res Mathematicę non subsistunt auulsæ, & separatæ ab omni materia, & à motu, imo hac ratione sumptę, per intellectu abstrahũt ab omni existẽtia, & ita nõ erũt bonæ, vt sumũtur à Mathematicis auulsæ, à materia, & à motº. Ad Secũdũ Resp. res Mathematicas, vt sumuntur à Mathematicis, esse quidẽ entia, negamus tamen inde sequi illa esse bona; quia quamuis omne ens sit bonũ, à parte rei, at cum ratio entis sit prior natura, ratione boni, poterit sumi aliquid vt est ens, & nõ cõsiderari ea ratione qua est bonum. Deinde quamuis entia Mathematica sint creaturę, Ad 2.

vt sunt alia ab omni materia sensili, nõ tamen recte colligitur illa esse bona, hac ratione sumpta; quia omnis creatura, vt subsistit à parte rei, bona est, vt tamen hac, vel alia ratione sumitur ab intellectu, non est necesse vt sit formaliter bona; & enim si sumatur vt est vera, non est formaliter bona, & ita à Mathematico considerantur naturæ Mathematicæ (quamuis sint creaturæ) sub ratione entis, & non sub ratione boni. Lege acutissimum Caiet. 1. p. q. 5. art. 3. accurate horum argumentorum difficultatem explicantem.

3. Arg. Tertiũ Arg. Appetibile latius patet ente; sed omne quod est appetibile est bonum, ergo bonum latius patebit ente, quare bonũ & ens, neque inter se cõuertentur, neque bonum erit proprietas entis. Confir. prop. Appetibile se diffundit ad nõ ens, ad quod ens nullo modo se diffundit, vt conspicimus in illis hominibus qui se ipsos interimunt, & in damnatis, qui non esse maxime cupiunt, & quibus melius fuisset non esse, quam esse, iuxta illud verbum Domini de Iuda proditore. Marci. 14. & Math. 26. bonum erat illi si natus non fuisset homo ille, ergo appetibile latius patebit ente. Huius argu. ocasione disputare poteramus hoc loco, quæstionem illam, num non esse sit appetibile, verũ ne hoc opus longius quã decreueramus augeatur, illam prætermittimus, quam legere potestis

apud

apud D. Augusti. lib. 3. de libe arbitrio. Theologos, 4. lib. sent. dist. vltima, D. Tho. q. 2. art. 1. quæst. 3. Durandum q. 2. Henricum. Quodlib. 1. q. 10. Ferrari. 3. contra Gent. cap. 15. Caiet. 1. p. q. 63. art. 3. & 22. q. 34. art. 1. & M. Victoriã (cuius laus, propriq; nominis splendor, nulla vnquam obliuione delebitur) in relectione de homicidio. Neramen illam omnino intactam prætermittamus, Resp. cum D. Tho. in superiori loco. Non esse posse sumi duobus modis, primo vt est non ens, absque vlla alia ratione, secundo vt est finis omnium ærumnarum, & calamitatum; nõ esse enim, finem imponit laboribus omnibus, & calamitatibus, amoto si quidem esse, nulla superesse potest miseria. Si primo modo sumatur nõ ens, nulla ratione potest ab appetitu cõcupisci; quia illud hac ratione sumptum, nullam cõtinet rationem boni, imo est summum, & maximũ malum, cum opponatur summo bono, quod est esse, vel existere. At si altero modo vsurpetur, poterit appeti à voluntate; quia ita, aliquam continet rationem boni, carere enim miserijs, & calamitatibus bonum est, hoc autem præstat non esse. Quare cum damnati, & illi qui sibi ipsis interitum moliuntur, maxime cupiant miseram vitam fugere, quam nisi per non esse, subterfugere nulla ratione queunt, secundario, & quasi per accidens, appe-

D. August.
D. Tho.
Duran.
Henri.
Ferra.
Caiet.
M. Victoria

Nũ sit non esse appetibile.

appetunt non esse. Ad arg. igitur Resp. in primis duplex esse appetibile, vnum per se, & aliud per accidens; illud primum constituit rationem boni, quod facimus proprietatem entis; alterum vero nullam rationē boni constituit, sed est veluti accidens quoddā consequens naturam, & essentiam boni. Igitur appetibile per se, & ens, inter se reciprocantur, appetibile vero per accidens, (quale est non ens) & ipsum ens, non reciprocantur inter se, sed potest hoc appetibile, latius patere ente. Vnde non sequitur bonum latius patere ente; quia appetibile quod constituit rationem boni transcendentis, non latius patēte. Hanc solutionem proponit D. Tho. quāuis non ita perspicuè 1. p. q. 5. art. 2. ad 3. reuera tamen si verba illius attentius pendantur, nihil aliud quam hæc quæ docuimus, ipsum tradere, intuebimur. Præterea Resp. duplex esse bonū, vnum priuatiuū quod scilicet est ablatio alicuius mali, & alterum positiuum, quod entitatem aliquam, & perfectionem indicat in subiecto, vt sunt sapientia iustitia, pulchritudo, & alia huius generis. Ex his duobus generibus boni, positiuum tantum est proprietas entis, alterū vero priuatiuum, non est illius proprietas; & ita positiuum non patet Latius ente, sed reciprocatur cum eo, priuatiuum vero quale est non ens, potest latius patere ipso.

Dissoluitur arg. & Solutio.

D. Tho.

2. Solut.

Quar-

M.C.D. 2018

Quartum arg. Materia prima est ens; sed materia prima non est bona, ergo ens & bonum, non reciprocantur, & ex consequenti bonum non erit proprietas entis. Propositio est perspicua. Confir. Assump. omne ens est appetibile, at materia prima non est appetibilis, tum primo quia est pura potentia, nullum actum ex sua natura includens, appetitus autem, tantũ est eius quod est actu. Tũ deinde, quia ipsa est quæ ppetit formam, eo modo quo fœmina appetit virum, & quod turpe est, appetit illud quod est pulchrum, & decorum, vt à forma ornetur, perficiatur & illustretur, vt author est Arist. 1. Physico. cap. 9. Iam ergo materia prima appetens erit, non appetibilis, forma vero erit appetibilis, cum sit quippiam optimum, & diuinũ, In explicãda huius argumenti difficultate, statuendum erit tamquam certum, & explo ratum, materiam primã esse bonã, est enim illa condita à Deo Op. Max. à quo omnia fuerunt bona producta, vt sacræ literæ profitentur, Gene. 1. Qua autem ratione sit bona, explicat acutissimè. D. Pater Augustinus Theologorum omnium, & Philosophorum splendor, & ornamentum, in lib. de natura boni aduersus Manicheos, cap. 18. tomo 6. Inquiens materiam esse bonam, ratione capacitatis quam habet, vt recipiat formas. Nam si forma ipsa, à qua res formosæ, & pul-

4. Argu.

vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.

& pulchr& nuncupantur, bona est, procul dubio, & capacitas formæ, bona quoque erit quare cum materia prima sit capax formarum omnium, erit quoque ratione huius capacitatis bona, Subijciam verba D. Augusti, vt facilius, quisq; illius sententiam possit intelligere. *Habet enim & ipsa capacitatem formarum, nam si capere imposset formam nõ posset, nec materies utiq; diceretur. Porro si bonum aliquod est forma, unde qui ea præualent formosi appellantur, sicut à specie, specioſi, proculdubio bonum aliquod est etiam capacitas formæ. Sicut quia bonum est sapientia, nemo dubitat quod bonum sit capacem esse sapientiæ.* & D. Tho. Sapientiæ, & sanctitatis D. Augusti, maximꝰ imitator, & qui inter Philosophos omnes, & Thologos, non secus quam sol inter reliqua sydera longè, lateq; collucere videtur 3. lib. cont. Gent. cap. 20. han sentẽtia D. Augusti, amplectens, inquit, materiam primam ex eo esse bonam; quia ordinatur ad formas suscipiendas, quarum omnium est commune subiectum, & mater, sinu suo omnes fouens, atq; complectens. Vnde in his rebus inferioribus, tres erunt constituendi gradus bonitatis, primus formę, secundus compositi, & tertius ipsius materiæ. Forma enim est bona secundum suam essentiam, quia est actus simplex, perfectio, & absolutio rei, & ita nuncupatur ab Arist. 1. Physi. cap. 9. quid optimum,

Verba D. Augusti Idem etiã profitetur in lib. de uera religione cap. 18. tomo. 1 vbi materiam aliq. bonũ esse docet quia est capax formarũ, nã esse capacem alicuius quod bonum est. D. Tho. Hanc eandem sentẽtiã grauissimi viri, & Theologi eruditissimi D. Albert. Mag. 1. p. tracta.

mum, atque diuinum, optimum (quia est decor, & perfectio materiæ primæ; diuinum vero, quia est quædam participata similitudo naturæ diuinæ, est enim (vt natura diuina,) simplex actus, absque vlla permixtione potentiæ. Mox in secundo gradu sub sequitur bonitas totius compositi, quę à bonitate formæ, tamquam à parte intrinseca, & essentiali deriuatur. Vltimo continetur bonitas materiæ primæ, quę ex eo dicitur bona, quia destinatur ad formas suscipiendas, Vnde asserere possumus, bonitatem analogicè dici de his tribus generibus bonitatis, secundum analogiam attributionis: nam primo, perse, & secundũ essentiã, dicitur de bonitate formę, secũdo de bonitate totius cõpositi, & tertio de bonitate materiæ, per attributionem ad formam. Ad argumentum igitur propositum dicimus, falsam esse assump. Ad confir. ita Resp. Ad primam Resp. Materiam primam appetibilem esse à toto composito, cuius est pars, vnde quamuis ipsa sit pura potentia, quia tamen destinatur ad formas, ratione huius capacitatis, & ordinis, appetibilis erit. Ad Secundã Resp. Materiam primã appetere formam, eo modo quo turpe appetit pulchrum, cum hoc tamen optime coheret, vt ipsa appetatur à toto composito; ratione ordinis quem habet ad formas.

6. q. 26. art. 2. mẽbro. 1. insolutione vlti mi arg. & Alexander Alens. 1. p. q. 18. membro 6. amplectun - tur, nimirum, materiam primam esse bonam, ratione capacitatis quam habet ad formas.

Ita hũc locum Arist. interpræ - tatur D. Tho. in cõmentarijs illius.

Dissolui - tur arg.

Quod si quis roget, nũ materia prima ra- Dubitatio

tione

(Solut. tione huius capacitatis, sit bona simpliciter, nec ne. Resp. erit duobus modis posse aliquid nuncupari simpliciter tale, aut quia est tale secundum essentiã, qua ratione animal appellamus simpliciter sanum, aut quia est tale sine addito, quomodo vrinã dicere possumus simpliciter sanam, eo quod sine vllo addito, vocatur sana. In hęrentes igitur vestigijs eruditissimi Ferrari. 3. cõt. Gent. cap. 20. dicimus materiam primam non esse bonam simpliciter, primo modo, eo quod illa non est bona secundum essentiã, sed per participationem bonitatis formæ: hac si quidẽ ratione formæ competit esse bonam simpliciter, & absolutè. Dicimus tamen esse bonã simpliciter, secundo modo; quia sine vllo addito, & orepleno, illam nuncupamus bonam.

Dissolui turdubitatiocx Ferra

Dubitatio altera.

Solut. Præterea si ad huc scisiteris, sit ne illa bona actu, vel potestate. Resp. Ipsam vtroque modo esse bonam, diuersa tamẽ ratione, potest enim illa sumi, aut absque vllo ordine ad formam, aut cum habitudine ad illam, si primo modo sumatur, tantum est bona potestate, si vero altero modo vsurpetur, est bona actu. Ex qua distinctione conciliari possunt diuersa loca D. Tho. quæ inter se pugnare videntur; nam 3. contra Gent. in loco proposito, docet materiam primam esse ens sola potestate, at esse bonam actu, & simpli-

Cõciliãtur diuersa loca D. Thø

citer.

M.C.D. 2018

citer. Verum in 1.p.q.5. art.3.ad 2 & q.21. de verit.art. 2.ad 3. contrarium ſtatuit, ſcilicet, illam eſſe bonã ſola poteſtate. Et enim quando inquit materiam eſſe bonam actu, intelligi debet de materia cum habitudine ad formas, quando vero docet eſſe bonam poteſtate, intelligi debet, de materia, præſcindendo ab ea, omnem habitudinem ad formas.

Quintum. Relatio eſt ens; atqui relatio non eſt bona, ergo non omne ens erit bonum Propo. eſt perſpicua. Confir. Aſſump. Primo, quia relatio communis eſt ad relationẽ rei, & rationis, atque ita ſi ipſa eſſet bona, aliquod ens rationis eſſet bonum, cuius contrarium docuimus in cap. ſuperiori. Secundo; quia bonum & perfectum dicũtur in habitudine ad ſubiectum quod perficitur, relatio autem, ea ratione qua relatio eſt, non dicitur in habitudine ad ſubiectum, ſed ad terminum, quare ipſa non erit bona. In hac dubitatione explicanda, Gabriel in 1. diſt. 7. q. 3. Bartholomeus Torres. 1.p.q.28. art. 2. & non nulli alij exiſtimant. Relationem in propria, & peculiari ratione, eſſe bonam, & perfectam. Reuera tamen aduerſus illos (vt alia argumenta Theologica prætermittamus, quę non ſunt huius inſtituti) maxime vrget effectum argumentum; quia relatio in propria ratione, non denotat habitudinem ad ſu-

5. Argu.

Opinio Gabriel. & Torres. Cõfutatur hæc opinio. Cõſule M. Bañes. 1. p. q. 28. art. 2.

ad subiectum, sed ad terminum, at perfectio denotare debet habitudinem ad subiectum quod perficitur. Quare hac opinione explo-

Solut. Legitima. sa. Resp. Relationem posse sumi aut in communi rei, & rationis, aut in particulari, vt scilicet tantum dicitur de relatione rei. Si primo modo sumatur relatio, nullam denotat perfectionem. Hac si quidem ratione, tantũ exprimit habitudinem ad terminum significatam illa voce. Ad, Bonitas vero & perfectio, in habitudine ad subiectum dicũtur, et non ad terminum. Si vero altero modo vsurpetur, indicat bonitatem, & perfectionem; nam ea parte qua est ens rei, exprimit habitudinem ad subiectum, & existentiã rei, quæ existit à parte rei, tamquam perfectio subiecti relati. Vnde relatio incõmuni abstrahet à ratione perfectionis, & imperfectionis, & ita in quibusdam suis subiectis, vt in relationibus rei dicet perfectionem, in alijs vero, vt in relationibus rationis, non dicet illã quemadmodũ ante nos viri eruditissimi Capreo. in 1. dist. 7. q. 1. ad 3. aduersus 1. assertionem & Caiet. 1. p. q. 28. art. 2. ad 3. docuerunt.

Capreo.
Caiet.
Solut. 1.
Confir.

Ad Arg. igitur dicimus, falsam esse assump. Ad 1. Confir. Resp. relationem in cõmuni nullam denotare perfectionem, propter relationem rationis quam amplectitur, vt expositum, vnde quando deinde colligimus,

ens

ens igitur latius patebit bonitat, admitten da erit collectio; quia bonitas non est proprietas omnis entis, sed solius entis rei. Ad Secundam Resp. relationem rei etiã in suo conceptu formali, & vltimo, includere habitudinem ad subiectum; quia etiam hac ratione est accidens, atque ita dicetur bona, verè, & propriè.

Solut. ad

Sextum arg. est aduersus illam assertionẽ in qua docuimus entia rationis non esse bona. Omnis natura est bona; sed entia rationis habent naturam, ergo erunt bona. Resp. Nõ omnem naturam; sed eam tantum quæ est ens rei, potestque existere, existentia rei, esse bonam; at entia rationis non habent essentiam, & existentiam huius rationis, sed habent illa duo beneficio intellectus. Verum vrgebit aliquis ad hunc modum, entia rationis non sunt bona, ergo erunt mala; nã quid quid est, vel est bonum, vel malum. Resp. negando consequentiam; quia bonum, & malum, tantum sunt nata conuenire entibus rei existentibus, aut habentibus habitudinẽ ad existentiam, quare entia rationis neque erũt bona, neque mala in genere entis; quemadmodum non nullæ actiones hominis, quæ non à ratione deliberata, sed à vi imaginandi progrediuntur, vt confricatio barbæ; & commotio pedum, neque sunt bonæ, neque malæ in genere moris.

Quandoinquit D. Diony. cap 4. de nominibus diuinis bonũ latius patere ente, intelligi debet secundum caussam, quia summum bonum se extẽdit ad non entia, cum producat res, ex nihilo. Nõ debet autẽ intelligi secundũ attributionẽ nã ita illa duo sunt equalis ambitus. Lege Ferra. 3. cont. Gentes cap. 20.

M.C.D. 2018

Cap. IIII. Num bonum secundum essentiam, denotet naturam absolutam, vel relatam.

PRogrediamur vlterius, in suscepta disputatione de natura boni, explicãda; inuestigemusque, denotet ne illud secundũ essentiam habitudinẽ aliquã ad appetitum, vel naturam potius aliquam absolutam, omnis habitudinis expertẽ. Est enim prima opinio Heruei, viri acutissimi, in suis quodlib. quod. 3. q. 2. existimantis bonum solam naturam absolutam denotare, scilicet perfectionẽ, & absolutionẽ cuiusq; rei. Secunda opinio est Durandi. Huic ex diametro opposita in 2. dist. 34. q. 2. constituentis bonum solum habitudinem, & relationem conuenientiæ exprime re. Caprco. in 1. dist. 3. q. 3. art. 1. ad 9. arg. opinatur bonum relationem significare non tamen solam, vt putat Duran. Sed vna cum entitate absoluta, vnde aggregatũ quippiã ex relato, & absoluto, arbitratur constituere integram rationem boni. Tertia opinio est aliorum qui censent, bonum primo, & per se, denotare naturam aliquam absolutam, secundario tamen, & ex consequenti, exprime re relationem ad appetitum. Hanc opinionẽ sequ-

1. Opin. Heruei.

2 opin Duran.

Caprco.

3. Opinio.

M.C.D. 2018

sequuntur ferè omnes nostri Thomistæ, Capreol. priori sententia explosa in 2. dist. 34. q. 1. Caiet. 1. p. q. 5. art. 1. Ferrari. 1. cont Gent. cap. 37. M Bañes. 1. p. q. 5. art. 1. Cumel ibidem, & Petrus à Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 7. sectione 5. Capreo. Caiet. Ferra. M Bañes. M Cumel. Fonseca.

1. Assert.

Ex his tribus opinionibus hanc tertiam tamquam veriorem amplectimur, atque ita vt illam explicemus, sit prima assertio. Bonum nõ significat naturam purè absolutam. Hanc assertionem constituit D. Tho. q. 1. de veritate art. 1. & 21. art. 2. in quibus locis profitetur, verum, & bonum addere enti relationem quandam rationis, verum ad intellectum, bonum vero ad appetitum. Confirmariq; potest in hunc modum; eo modo se habet appetibile ad appetitum, quo visibile ad visum; sed visibile, non significat naturam purè absolutam, sed etiam denotat quandam habitudinem ad visum, ergo & appetibile non significabit naturam aliquam purè absolutam, sed denotabit etiam habitudinem ad appetitum. Cum igitur bonum sit appetibile, illud non denotabit naturam pure, absolutam. Præterea eo modo se habet bonum ad appetitum, quo verum ad intellectum; sed verum non denotat puram, & solam, naturam absolutam, vt in superiori lib. docuimus, ergo neque bonum illam denotabit, sed præter naturam absolutam, ex-

Confir.

2. Argu.

primet quoq; relationem ad appetitum.

Secunda Assertio, Boni natura non signi
2. Assert. ad uersus. Du ran. ficat expręcipuo, & essentiali significato, re-
lationem, & habitudinem, vt docuit Duran.
Confir. his arg. Primum. Natura boni ma-
1. Argu. ximam indicat perfectionẽ ; sed relatio sub
ratione relationis, nullam indicat perfectio-
nem, vt docuimus in superiori cap. ergo ra-
tio boni non erit formaliter relata. Secundũ
2. Argu. Omnis motus fertur in aliquod bonũ ; quia
fertur in aliquem finem , finis autem , &
bonum sunt vnum, & idem ; sed adrela-
tionem non est per se motus, vt docet
Arist. 5. lib. Physico. cap. 2. ergo ratio bo-
3. Argu. ni non erit relata. Tertium Virtus est bona,
sed virtutis essentia non est relata, ergo es
sentia boni, non erit aliqua relatio. Confir.
assump. Virtus est habitus ; sed natura ha-
bitus non est relata, sed absoluta, cũ sit qua-
litas, ergo natura virtutis non erit relata, sed
absoluta. Ad hæc eadem est bonitas secun-
4. Argu. dum analogiam in Deo, & increaturis, sed in
Deo non significat secundum essentiam ali-
quam relationem, ergo neque in creaturis il
lam significabit. Prop. est perspicua, confir.
assump. si in Deo significaret relationem, aut
illa esset relatio rei, aut rationis ; sed neutra
esse potest. In primis nõ rei; quia ita præter
quatuor illas relationes, paternitatem, filia-
tionem, spirationem actiuam. & processionẽ
daretur

daretur in Deo alia relatio rei, quod dici nul la ratione potest. Deinde neq; rationis; quia ita in deo esse bonum, non esset formaliter esse ens rei, sed rationis.

Tertia Assertio. Bonum secundum esse tiam, perse, & primo significat naturam aliquam absolutam; secundario tamē, minusq; præcipuè, denotat habitudinem quandam, ad appetitum. Quemadmodum scientia, primo, & perse significat naturam absolutam, secundario tamen, & minus præcipuè, denotat habitudinem ab obiectum quod scitur, vndē nuncupari poterit bonum relatum secundum dici, quod ex præcipuo significato, denotat naturam absolutam, ex minus præcipuo verò quandam relationem. Confir. ex superioribus ad hunc modum. Bonū exprimit aliquam naturam; sed non exprimit illā quæ sit tantum absoluta, vt cōstat ex prima assertione, neque illam quæ sit tantum relata, vt docuimus in superiori, ergo exprimet naturam absolutam, cum relatione, secundario tamen, & quasi per accidens significata. Deinde eodem modo se habet bonum ad appetitum, quo se habent obiecta aliarum facultatum, ad ipsas facultates; sed aliarum facultatū obiecta, vt visibile, audibile, tactile, & alia huiusmodi, secundum essentiam significant rem absolutam, connotantque habitudinem ad facultatem, ergo pari ratione

3. Asser.

Confir. 1. Argu. Capreo. in loco citato ex 1. sentē. docet, bonum esse aggregatū ex relato & absoluto verū hoc constare non potest, quia ita esset ens per accidens.

2. Argu.

bonum secundum essentiam, naturam absoluta denotabit, secundario vero, & quasi per accidens habitudinem ad appetitum.

Controuersia est tamen, num hæc relatio quam secundario indicat bonum, ad appetitum, sit relatio appetibilis, vel conuenientis. Multi enim existimant esse relationem appetibilis. Alij verò censent, esse relationem cõnenientis. Sit tamen

4. Asser. Quarta assertio. Relatio quam secundario indicat bonum non est relatio appetibilis, sed conuenientis. Imprimis non esse relationem appetibilis, dictum est à nobis cap. 1. vbi docuimus relationem

Confir. 1. pars asser-tio. appetibilis, non esse de essentia boni, sed esse quandam illius proprietatem. Confir. quæ potest ad hunc modum. Non ideo aliquid est bonum, quia est appetibile; imo econuerso, aliquid est appetibile, quia bonum, non ergo ratio boni erit ratio appetibilis, cũ sit illa causa ob quam quippiam appetatur. Deinde esse rationem conuenientis, in hunc

Confir. 2. pars eiusdẽ assert modum possumus demonstrare. Quidquid appetitur, ex eo appetitur, quia est appetenti simile, & conueniens; ita enim natura cõparatum esse videmus, vt res omnes, alias sibi similes diligant; sed bonum est causa ob

1. Argu. quam, quippiam appetatur, ergo ratio boni, erit ratio similis, & conuenientis. Præterea vna, & eadem res, est vni bona, & alteri ma-

2. Argu. la; quia est vni conueniens. & alteri non con-

ueniens

ueniens,& alteri non eſt cõueniens;quemad modum calor,eſt bonus igni,& malus aquæ, quia eſt igni conueniens,aquæ vero non itẽ, iam ergo ratio boni,erit ratio conuenientis rei quæ appetitur,ad appetentem.

Cap. V. In quo Argumenta aduerſariorum diſſoluuntur.

EXplicata igitur noſtra opinione,ſuper eſt vt argumentis aduerſariorum ſatisfaciamus;nã aduerſus ſecundã aſſertionem ita argumentatur Durandus. Primo Vna,& eadem res,eſt bona,& mala, reſpectu diuerſorum,quemadmodum calor eſt bonus igni,& malus aquæ,cum moliatur interitum illius,ergo bonum,& malum, formaliter denotabunt relationem. Confir. Cõſequent. Quia hæc eſt proprietas relatorum, vt reſpectu diuerſorum , vna,& eadem res, reſpectu vnius ſe habeat vno modo & reſpectu alteriùs,altero modo. Confir. Arg. In abſolutis,res quæ vni eſt talis , omnibus eſt talis,vt quod eſt album vni, omnibus eſt album,ſed quod eſt bonum vni,non eſt omnibus bonum,ergo bonum non denotabit naturam abſolutam. Reſp. negando conſequẽti. Quia illa non tantum eſt proprietas relatorum

1. Arg. Duran.

Confir. 1. Argu.

Soluc.

torum, sed etiam rerum absolutarum, nam magnum, & paruum, sunt res absolutæ, cum tamen sit eadem res magna respectu vnius, & parua respectu alterius, quemadmodum leo respectu formicæ est magnus, & respectu mõtis est paruꝰ, vt auctor est Arist. in categoria quantitatis. Eademque ratione satisfacimus confir. Aliquando etiam in absolutis ita euenire, vt quod vni est tale, non sit sẽper omnibus tale, multa enim sunt quibusdam calida, quæ ab alijs iudicantur esse frigida.

2. Argu. Secundum argu. bonum, & malum, sunt contraria priuatiuè, sed malum significat relationem disconuenientiæ, ergo bonum significabit relationem conuenientiæ, & ita formaliter bonum erit quippiam relatũ. Resp.

Solut. In primis falsam esse propositionem, si de omni malo loquamur, quia vitium non significat solam priuationem virtutis, sed qualitatem positiuam, virtuti contrariam. Resp.

Solut. Præterea falsam esse assump. Quia malum primo, & perse, non est priuatio conuenientiæ, sed perfectionis rei, secundariò verò, & quasi per accidens, est priuatio conuenientiæ, atque ita bonum primo, & perse, non significabit relationem conuenientiæ, sed perfectionem naturæ; secundario tamen, & in obliquo denotabit relationem cõuenientiæ, vt in assertionibus exposuimus.

Tertiũ

Tertium. Appetibile indicat formalem relationem ad appetitum; sed bonum est illud quod est appetibile, vt in primo cap. docuimus ergo bonum formaliter erit quippiam relatum. Resp. Appetibile sumi duobus modis, aut formaliter, aut fundamentaliter; si formaliter sumatur, dicimus illud denotare habitudinem ad appetitū, si vero fundamentaliter vsurpetur, dicimus non denotare huiusmodi relationem; sed naturam quandam absolutam, scilicet perfectionem rei, quæ nata est excitare appetitum, ad sui desiderium. At vero bonnm non est aliquid appetibile formaliter, sed fundamẽtaliter, vt in 1. cap. exposuimus, & ita non significabit in recto, & per se, relationem aliquam. 3. Argu. Solut.

Præterea, aduersus Tertiã Assertio. in qua docuimus bonum secundario significare relationem ad appetitum, argumentãtur Scotistæ quidam, vt auctor est Capreo. in 2. dist. 34. q. 1. in argumentis aduersus primã assertionem. Sit igitur primum Arg. illorum, & quartum huius cap. Relatio nullam denotat perfectionem, sed bonum denotat maximam perfectionem, cum bonum, & perfectum, sint vnum, & idem, ergo bonum nullam exprimet relationem. Resp. In primis falsam esse propositionẽ, si de omni relatione intelligatur, nam multæ relationes significant perfectionem, vt docuimus in su- Argu. Scotis aduersus. 3. asser. 4. Argu. Solut. 1. Solut. 2.

perioribus. ap. Deinde Resp. destinguentes
Solut. consequens; quia vel loquimur de præcipuo significato boni, vel de secundario, & minus præcipuo, si de præcipuo loquamur, libẽter illud admittimus, nihil tamen probat aduersus nos, qui ingenuè fatemur, bonum ex præcipuo significato, & secundum essentiam, nõ denotare relationem aliquam, sed naturam absolutam. Si vero de minus præcipuo, & secundario significato loquamur, falsum est, & negandum, neque enim hoc vlla ratione confirmat, bonum scilicet neque præcipuè, neque minus præcipuè, significare relationẽ.

Quintum. Illud quod conuertitur cum
5. Argu. ente, & de rebus omnibus prædicatur, non significabit formaliter relationẽ; quia si significaret illam, omnes res essent relatæ; sed bonum conuertitur cum ente, & dicitur de rebus omnibus, ergo non significabit formaliter relationem. Resp. Distinguendo prop.
olut. Vel relatio significatur nomine illius rei, præcipuè, & in recto, vel minus præcipuè, & in obliquo, si primo modo significetur, vera erit propo. Si autem altero modo vsurpetur, erit falsa; quia quod hoc modo significat relationem, est simpliciter natura absoluta, at bonum, tantum hoc secundo modo, significat relationem.

Cap.

M.C.D. 2018

Cap. VI. Num bonum habeat rationem finis nec ne.

T hanc dubitationē comodè explicemus animaduertendū est, duobus modis posse quippiam nuncupari rationem alterius. Primo quia explicatur per diffinitionem essentialem illius, quemadmodum esse principium à quo fluit motus, vel mutatio, est ratio causſæ efficientis, eo quod hæc ratio significatur per diffinitionē causſæ efficientis. Secundò quia est illi ratio agendi, & operādi; qua ratione dicimus formam, esse rationem causſæ efficientis, quia est illi ratio operandi.

Hac igitur distinctione constituta sit. 1. Assert. Ratio boni, non est ratio finis, sumpta ratione primo modo. Confir. Alia ratio exprimitur per diffinitionem finis, & alia per diffinitionem boni, nā per diffinitionē finis, exprimitur esse illud cuius gratia aliquid fit, per diffinitionem vero boni, esse aliquid appetibile, ergo ratio boni, non erit ratio finis. 1. Assert.

Secunda. Assert. Sumpta ratione secundo modo, pro ratione agendi, ratio boni, est ratio finis, idest ratio ob quam finis mouet appetitum est, quia est bonum. Confir. Im- 2. Assert. 1. Argu.

primis

primis ex Arist. qui 2. Physi. cap. 3. & 5. Metaph. cap. 2. inquit bonum, & finem, esse vnum, & idem, quibus verbis à parte satis in

6. Arg. dicat, rationem boni, esse rationem finis. Pręterea ratio est ratio appetibilis, sed hęc ratio est caussa ob quam finis moueat operãtem, & enim operans ex appetitu finis, ducitur ad aliquid agẽdum, ergo ratio boni erit ratio finis, nimirum erit caussa ob quam finis exerceat suam actionem, quę est mouere per desiderium agentem ad operandũ. Quare quemadmodũ forma est ratio agentis prima. i est ratio operandi, ita quoque bonũ est ratio prima finis, & est caussa quare ille agat, & moueat operantem. Hanc affert, profitetur D. Tho. 1. p. q. 5. art. 4.

Assert. Tertia Assert. Bonum præter rationem finis, continet etiam rationes aliarum caussarum, præsertim vero formæ, & efficientis Hanc assertio. constituunt D. Alber. Mag. 1. p. trac. 6. q. 26. art. 2. mem. 2. & Alexander Alen. 1. p. q. 17. memb. 3. Quam vt intelligamus annotat Alex. In omni opere, agens moueri ex fine, vt querat acommodatã materiam, ad operis molitionem; quemadmodum faber Ferrarius, ex fine qui est secare, quærit acommodatam materiã, (vt ferrũ) ad serram conficiendam. Vnde in bono hæc tria reperiẽtur, mouere appetitum agentis, esse veluti exẽplar, ad quod inspiciẽs agens perfe-

M.C.D. 2018

perfectum opus præstet, & esse consumatio nem, & absolutionem operis.

Ex his ergo confirmari poterit bonũ habere rationem causſæ efficientis, finis, & formæ. In primis efficientis, quia mouet operantem: mouere autem ad causſam efficientem ſpectat. Quamuis ſi vera loqui cupimus, hęc motio cum ſit Metaphorica, conſtituet quoque causſam efficientem metaphoricam, & & ita bonum erit causſa efficiens metaphorica, nõ propria. Deinde Finis; quia eſt quid vltimũ in re, perfectio, & abſolutio illius atquod vltimũ eſt, habet rationẽ finis & tandẽ forma; eoquod ſit exemplar, ad cuius ſimilitudinem opifex quilibet, ſuo operi confert vltimam perfectionem: non eſt autem materia, quia non eſt illud ex quo inſito aliquid fit. Confir. etiam poteſt hæc aſſertio ex his quæ diximus in 1. cap. in vltima diffinitione boni, propoſita a D. Diony. in qua diximus, bonum ſub his generibus cauſſarum contineri. Confir. aſſer.

Verum contra ſuperiora eſt. Primũ arg. De ratione finis eſt eſſe quippiã appetibile, ſed de ratione boni non eſt eſſe appetibile, cum ſit appetibilitas, proprietas boni, ergo bonum, & finis non erunt vnum, & idem. 1. Arg. aduerſus ſuperioriora

Reſp. de ratione finis non eſſe appetibile in actu, vel formaliter, ſed eſt eſſe appetibile poteſtate, vel fundamentaliter, qua eadem Soluț.

ratio

ratio, est eadem ratio boni, vt sæpè diximus, atque ita non erunt diuersæ rationes boni, & finis.

2. Argu. Secundum Arg. Finis obtinet rationem primæ causæ, est enim causa quæ primo excitat agentem, vt ex aliqua materia, opus suum moliatur; sed bonum habet rationem vltimi, cum sit absolutio, & perfectio rei, ergo bonum, & finis, non erunt eiusdem rationis. Confir. arg. Finis non præsupponit rationem causæ efficientis, & formæ; sed ratio boni præsupponit has rationes, nam bonum supponit rem existentem, & productã à generante, quæ sine causa efficiente, & forma esse non potest, ergo bonum, & finis, nõ erũt vnum, & idem. Resp. finem sumi posse, aut vt est in instituto operantis, aut vt est in executione operis. Si primo modo sumatur, habet rationem primæ causæ; si vero sumatur secundo modo, non habet rationẽ illius, imo neque causæ, sed effectus. & eadem ratione bonum, si sumatur vt est in instituto operantis, habet rationem primi, vt autem est in executione operis, obtinet rationem vltimi. Ad Confir. Dicimus. Finem in intentione, nõ præsupponere rationem causæ efficientis, & formæ, in executione vero, præsuponere illã. In quauis enim re prius est forma, quę confert esse, secũdo est causa efficiẽs, & virtus agendi, consequens formam in illa, & ter-

Cõfir. arg.

Solut.

Solut. Cõ.

M.C.D. 2018

& tertio subsequitur finis, qui est perfecta actio, consequens hanc vim, & facultatem agendi, & ita finis in executione non differet a bono. Lege D. Tho. 1. p. q. 5. art. 4. in corpore.

Tertiũ. Argu. Deus Op. Max. fuit bonus ab æterno, sed non fuit finis ab æterno, cum non rapuerit ab æterno creaturam aliquam, ad sui desiderium, & amorem, ergo bonum, & Finis, non erunt vnum, & idem. Resp. Negando assump. Quia ad rationem finis, non est necesse vt aliquid actu moueat appetitũ, sed sat est vt sit natum actu mouere illum. Quemadmodũ ad rationẽ causæ efficientis non est necesse actu producere effectũ, sed natum, & aptũ quippiã esse, vt illum produceet. Et ita Deus Op. Max. fuit finis ab æterno, quia natus fuit, & aptus, mouere appetitum. Quamuis in actu exercito non fuerit finis, nisi in tempore, quemadmodum neque fuit causa efficiens, nisi in tempore. 3. Argu. Solut.

Cap. VII. Num creaturæ sint bonæ secundum essentiam.

Egregia quidem dubitatio, & quæ erit à nobis diffusè pertractanda, paulo altius non nullis repetitis principijs. Sit primum, duobus modis posse di-

se dici aliquid tale secundum essentiam, primo modo ita vt idem significet per essentiã, quod non per alterius participationem, qua ratione dicimus ignem esse calidum per essentiam, quia non est calidus participatione alterius. Secundo ita vt idem significet per essentiam, quod non per accidens, vel quod fluit à natura, & essentia rei, qua ratione dicimus hominem esse capacem disciplinæ per essentiam, quia non est per accidens capax disciplinæ, fluitque hæc proprietas ab illius essentia, & natura. Sit secundum. Bonũ transcendens duplex est, vnum quod tantum obtinet illam perfectionẽ, quæ sat est, ad bonitatem entis, & transcendentem constituẽdam; quælibet enim perfectio rei, quamtum uis minima, constituit bonitatem entis, & transcendentem. Et alterum, quod dicitur bonum simpliciter, & absolutè, illud scilicet quod ornatur omnibus perfectionibus, quas nata est, quælibet res possidere. Verum vt hoc facilius intelligamus, annot. est ex D. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. ad 1. esse diuersam rationem boni simpliciter, & entis simpliciter, quia ratione esse, & formæ substantialis, quælibet res, est ens simpliciter, non est tamẽ bona simpliciter; at ratione formæ accidentariæ, est bona simpliciter, & est ens secundum quid. Cum enim bonum, & perfectum, sint vnum, & idem, nulla quæ res esse possit perfecta,

2. Principium.

Obseru. ex D. Tho.

M.C.D. 2018

fecta,nisi obtinuerit formas omnes quas nata est habere,nisi illa ornetur formis omnibus accidentarijs,non poterit esse bona simpliciter,atque ita ignis, per suam formã substantialem,est ens simpliciter,& bonus secũdum quid; per calorem,vero,siccitatem, raritatem,tenuitatem,& leuitatem,est ens secundum quid,& bonus simpliciter. Sit tertium. Nulla res potest appeti sine existentia, aut ordine ad illã. Ratio est perspicua Quia omne quod appetitur, sub ratione alicuius perfectionis appetitur;at sine existentia, aut ordine ad illam,nihil potest dici,aut esse perfectum,quare sine existentia,nihil poterit appeti:& ita cũ ratio appetibilis,sit ratio boni sine existentia, aut ordine ad illam, nihil poterit esse bonum. 3. Principium.

His igitur principijs cõstitutis sit. Prima Assertio. Solus Deus est bonus secundum essentiam,id est solus ipse est bon⁹ nõ per participationem alterius. Confir. in primis ex illo Math. 19. nemo bonus,nisi solus De⁹, quod testimonium intelligi necessario debet de bonitate huius generis, Præterea. Qua ratione se habent aliqua ad entitatem, eadẽ se habent ad bonitatem; sed solus Deus est ens per essentiam,ergo solus ipse erit bonus per essentiam. Rursus. Illud est bonum per essentiam,in quo reperitur tota ratio bonitatis. Sed in solo Deo reperitur tota ratio- 1. Asser. 1. Arg. 2. Argu. 3. Argu.

bonitatis; nam in creaturis, solæ portiones & particulę quædam bonitatis reperiuntur, & ita in auro, non reperitur bonitas quæ est in planta, neque in igne, bonitas quæ est in corporibus cælestibus, ergo solus Deus erit bonus per suam essentiam, creaturæ vero erunt bonæ per participationem. Hanc assertionem abundè satis cõfirmat D. Seuerinus Boetius, in lib. de Hebdomadibus, in quo nihil aliud ferè instituit, quam docere, solum Deum esse bonum aseipso, & per essentiam, creaturas vero esse bonas ab alio, & per participationem.

D. Seueri. Boeti.

Secunda Assertio. Si loquamur de bonitate transcendente, quælibet creatura est bona secundum suam essentiã, ea ratione quæ hæc particula, secundum essentiam, denotat idem, quod non accidentaria ratione. Cõ

2. Asser.

1. Argu. fir. Quælibet creatura est ens secundum essentiam, ideſt non acadentario, sed eadẽ ratione se habet aliquid ad bonitatem, quo ad entitatem, ergo omne ens erit bonum secundum essentiam. Deinde quælibet natura est

2. Argu. vera, & vna secundum suam essentiam, cum sint hæ duæ proprietates consequentes intima, & essentialia, cuiuslibet naturæ attributa, ergo cum non sit maior ratio illarum

3. Argu. quam bonitatis, quælibet natura erit bona secundum essentiam. Ad hæc omnis essentia creaturarum bona est, ergo bonitas conueniet

M.C.D. 2018

veniet cuilibet rei, secundum essentiam.

Tertia Assert. Si loquamur de bonitate simpliciter, & absolutè, nulla res est bona secundum suam essentiam, sed hanc bonitatẽ habet ab his quæ sunt extra illius naturam, scilicet, ab existentia, & ab alijs accidẽtibus, & qualitatibus, præsertim. In primis bonitatem simpliciter, ab existentia prouenire, sæpè docuimus. Quia sine existentia, vel ordine ad illam nihil est appetibile, & ex consequenti neque bonum. Deinde prouenire ab accidentibus superadditis, itadem ostramus. Primo. Quia illud est bonum simpliciter, quod est assecutum suum finem; sed finis cõsistit in actione, & operatione, ergo & bonũ simpliciter in actione consistet, quare cum in rebus creatis actio sit accidens, quælibet creatura erit bona simpliciter, ex accidentibus. Secundo. Bonum, & perfectum, sunt vnum, & idem, sed nulla res potest esse perfecta, nisi ratione accidentium, ergo neque poterit esse bona nisi ratione accidentium. Confir. Assum. perfectio reiin vltimo quod res nata est habere, est constituta, sed accidẽtia sunt illa, quæ res quælibet, vltimo nata est habere, ergo in accidentibus perfectio rei erit constituta. Deinde illum tantum hominum vocamus perfectum in mente, qui sapientia, iustitia, prudentia, & alijs virtutibus fuerit ornatus, & illum perfectũ in corpore

3. Assert.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

qui pulchritudine, venustate, rebore & optima valetudine præditus fuerit; at qui hæc omnia sunt accidentia, quædam mentis, & alia corporis, ergo perfectio simpliciter, & absolutè, in accidentibus erit constituta. Et ita docet D. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. ad 1. & q. 6. art. 3. ad 1. Ex his omnibus colligere licebit nullam essentiam rei per se sumptam, absque existentia, vel ordine ad illam, esse bonam simpliciter; sed tantum esse bonam secundum quid; quia bonitas simpliter, ab existentia, & actu dependet, at essentia sine existentia, aut ordine ad ipsam, nullum continet actum. Lege Caiet. acutissimum in loco ex 1. p. nunc proximè citato.

Consec.

Cap. VIII. In quo dissoluuntur arg. aduersus superiora.

1. Argu.

IN ea tamen quæ dicta sunt poterit aliquis ita argumentari. Primo. Quælibet essentia est participio quædam bonitatis, & perfectionis diuinæ, ergo quælibet res erit bona per suam essentiam. Resp. si dictio per essentiã, idem significet quod non per participationem, negandam esse consequentiam, imo antecedens omnino aduersatur consequẽti. Si vero hęc dictio,

Solut.

M.C.D. 2018

dictio, idem denotet quod non per accidens, illam libenter admittimus: nã bonitate transcendenti, res sunt bonę per suam essentiam.

Secundum, Arg. Quælibet res secundum suam essentiam est perfecta, ergo quęlibet secundum suam essentiã erit bona. Conseq. est perspicua, quia bonum, & perfectũ, sunt vnum & idem. Confir. antec. Quælibet essentia est quidã actus, sed actus, & perfectio, sunt vnum, & idem, ergo quælibet essentia erit perfecta. Resp. Negando antec. Ad Confir. dicimus, actum existentiæ, & perfectionem simpliciter, reciprocari interse' & esse vnum, & idem: & actum essentiæ, & perfectionem secundum quid, esse quoque vnũ, & idem, atque ita, quælibet res per suam essentiam erit bona secundum quid, per existentiam vero erit bona simpliciter. 2. Argu. Solut.

Tertium. Vna res est perfectior altera secundum essentiam, quemadmodum homo, est perfectior lone; & aurum est perfectius argento, imo rerum omnium essentiæ sunt ita interse concatenatæ, & essentialiter connexæ, vt vna earum non possit obtinere parem, & æqualem, perfectionem, cum altera, iam ergo res omnes erunt perfectæ secundũ suam essentiam. Resp. In primis, vnam rem esse perfectiorem altera secundum essentiã, non perfectione simpliciter, sed perfectione secundum quid, & ita sunt illę interse con- 3 Argu. Solut.

nexæ ſecundùm eſſentiam, in perfectione ſe-
Solut. cundum quid. Præterea dicimus. Vnam rẽ eſſe perfectiorem altera ſecundum eſſentiã, tamquam ex radice perfectionis, & origine, fectio ſimpliciter, deriuatur tamquam à radice, ab eſſentia, vt in 2. lib. cap. 4. docuim⁹, at formaliter falſum eſt, vnam rem eſſe perfectiorem altera ſecundum eſſentiam, perfectione ſimpliciter.

Dubit. Quod ſi quis roget, num creaturæ ſint bonæ bonitate diuina, necne?
Solut. Reſp. erit, duobus modis poſſe creaturas denominari bonas, intrinſecè, & extrinſecè, primo modo nõ dicuntur bonæ, à bonitate diuina, ſed à propria, & intrinſeca bonitate, quemadmodum dicuntur entia, à propria, & intrinſeca entitate. Altero vero modo dicuntur bonæ, à bonitate diuina, tamquam à primo exemplari, efficiente, & fine totius bonitatis.

Cap. Vltimum in quo traduntur non nullæ diuiſiones boni.

SEquitur tandem vt in vltimo cap. Huius noſtri operis, non nullas diuiſiones boni proponamus, quæ ex Ariſt. D. Auguſt. D. Tho. & ex alijs Philoſophis colliguntur. Ariſt. igitur 1. lib. Magnorum

M.C.D. 2015

gnorum moralium cap. 3. quatuor proponit nobis diuisiones bonorum. Prima est. bonorum quædam sunt honorabilia, alia laudabilia, & alia potentiæ. Honorabilia sunt virtutes, quæ sunt dignæ omni honore. Laudibilia sunt actiones illarum, quia ab illis maximam laudem sibi homines promerentur. Potentiæ vero dicuntur, quibus aliqua possumus, vt sunt opulentiæ, robur, & principatus. Secunda diuisio est. Bonorum quædam sunt omnino eligibilia, vt sunt virtutes omnes, & alia non sunt omnino eligibilia, imo possunt iustè aliquando non eligi, vt diuitiæ, robur, & principatus. Tertia diuisio bonorum quædam sunt propterse expetenda, & alia sunt quæ expetuntur ratione alterius. Sub primo genere continẽtur fines, qui propterse expetuntur, vt sanitas, sub secundo vero compræhenduntur media, quæ ratione finiũ expetũtur, vt potio amara, quę expetitur propter sanitatẽ. Exhis quę sũt fines, meliora sunt, quam quæ sunt media; quia quæ sunt bona perse, meliora sunt, quam illa quæ sunt bona per aliud. Quarta diuisio. Bonorũ quędam sunt in anima, vt virtutes, alià in corpore, vt robur, & pulchritudo. Et alia in rebus exterioribus, vt opes, honores, & principatus. Ex quibus quæ sunt in anima sunt optima, & meliora, quę sunt distributa in prudentiam, virtutem, & voluptates. Quæ

1. Diuisio.

2. Diuisio.

3. Diuisio.

4. Diuisio.

M.C.D. 2018

sunt in corpore secundum obtinent locum. In fimum autem sibi vendicant, quæ sunt in bonis exterioribus constituta, han eandē diuisionem proponit Arist. 2. lib. Moralium Eudemiorum cap. 1. Qua etiam vtitur D. Augusst. 2. lib. de libero arbitrio cap. 19. vbi diuidit bona, in maxima, quibus rectè viuitur, vt sunt virtutes, media, sine quibus nō potest recte viui, vt sunt facultates animi, & infima, vt sunt diuitiæ, & alia bona exteriora. Præterea idem D. Augusst. psal. 134. diuidit bonum, in bonum per essentiam, quale est Deus, & in bonum per participationem, vt est bonum omnium creaturarum. Protrita tamen, & peruulgata diuisio boni, est illa etiam à D. Augustino proposita in lib. de bono Coniugali à D. Ambrosio. 1. de officijs cap 9. & à D. Tho. 1. p. q. 5. art. 6. qua diuiditur bonum, in honestum, vtile, & delectabile. Honestum est illud quod propterse expetitur, vt sunt virtutes. Delectabile est quies in huiusmodi bono, vt conquiescere in virtutibus; est bonum delectabile, sequitur enim ingens quædā animi oblectatio, ex vsu, & consuetudine illarum Vtile vero illud nuncupatur, quod ratione alterius dicitur bonum, quod scilicet, vtilitatem aliquam confert, ad bonum aliquod consequēdum; qua ratione media omnia sunt bona vtilia, ad suos fines consequendos.

Alia diuisio.

vltima diuisio.

Proponūt etiam alij hanc diuisionem boni, in bonū naturæ, & bonū moris, hæc tamen diuisio potius spectat ad Philosophum moralem, quā ad metaphysicum.

Au-

M.C.D. 2018

Auctoris Peroratio:

Agitur Hactenus exposui-
mus, quæ in initio operis, nos
explicaturos (scilicet, vt natu
ram eutis, & suarum proprie
tatum, exponeremus) polliciti fueramus;
num autem titulo, & inscriptioni illius,
pro dignitate satisfecerimus, benigni lecto
res iudicabunt. Ego quidem pro ingenij te
nuitate, ea tamen qua potui diligentia, &
verborum, sententiarumq. perspicuitate,
quæ ex assidua grauissimorum philoso-
phorũ prælectione colligere potui, de pro-
posita disputatione sententiam, & iudiciũ
meum, in medium proposui. Sat scio nõ de
futuros lapsus aliquos, homines enim su-
mus, qui non possumus in rebus omnibus
veritatem, nudo vultu contemplari, illi igi
tur imbecillitati meæ ascribantur. Cætera
vero omnia quæ vere, & ad vtilita ẽ acõ-

 modata

M.C.D. 2018

modata, conſcripta fuerũt, Deo Op. Max.
totius ſapientiæ, & veritatis fonti vberri-
mo, tribuantur, vt ita ad locum a quo exie
runt ſapientiæ flumina, per gratiarum a-
ctionem, eadem reuertantur. Tibi igitur
Chriſte redemptor, quas poſſum, tota ani-
mi demiſſione, ingẽtes refero gratias, quod
hanc noſtram diſputationem tuo numine
inchoatam, ad finem tandem fauſtum, &
felicem perduxiſti, idq; hæud dubiè ſingu-
lari quodã tuæ genitricis, & Dominæ no-
ſtræ auxilio, & D. Tho. Aquinatis, pluſ-
quã Mecænatis noſtri, omniumq; alio-
rum cælitum, à quibus in æternũ
benediceris, & laudaris
Amen.

FINIS.

M.C.D. 2018

INDEX EARVM QVAESTIONVM, QVAE IN HIS libris pertractantur.

HARVM quæstionum indicem ex eo proposuimus, vt eruditi viri, in his quæstionibus explicandis se exerceant; si enim illud effecerint, ipsos, nõ sophistas, (vt imperitiquidã) sed doctissimos cum D. August. non verebor nũcupare, ita enim loquitur, in lib. de Cathecizandis rudibus cap. 9. Sunt quidã de scholis vsitatissimis Grammaticorum, oratorũq; venientes, quos neque inter idiotas, numerare audeas; neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum, est exercitata quæstionibus. Quanti etiã fecerit Arist. quęstiones, cognouissent proculdubio hi quęstionum osores, & veritatis calumniatores, si inter innumera alia loca, legissent cap. 1. lib. 3. Metaphy. vbi ita ille habet. Est autem operæ pretiũ, bene cos dubitare, qui consequi percupiunt facultatẽ: qua propter difficultates omnes antea contẽplari oportet.

QVAE-

M.C.D. 2018

INDEX.

QVAESTIONVM QVAE de Ente, in 1. lib. exagitantur.

1 NVM ens significet essentiam, uel existentiam. lib. 1. cap. 3.

2 Quid sit ens rationis, num quod est in anima, tamquam in subiecto, uel quod est tamquã obiectum cognitum. cap. 4.

3 Quæ nam sit prima diuisio entis. cap. 5.

4 Num ens sit analogũ, ad ens rei, & rationis. cap. 7.

5 Sit ne ens homonymum, ad Deum, & ad creaturas. cap. 10.

6 Num ens dicatur synonymè de Deo, & de creaturis. cap. 12.

7 Sit ne ens analogũ, ad Deũ, & ad creaturas. cap. 15.

An in analogis membrum magis præcipuum, contineri debeat in aliorum diffinitionibus. cap 16.

8 Num sit ens homonymum, ad substantiam, & ad accidentia. cap. 17.

9 St ne ens Synonymum, ad substantiam, & ad accidẽtia. cap. 19.

10 An accidens sit synonymum, ad substantiam, & ad accidentia. cap. 22.

11 Sit ne ens synonymum, ad inferiora mediata, quæ sub eo continentur. cap. 23.

12 An ens possit esse genus. cap. 25.

13 Sit ne ens analogum, ad substantiam, & ad accidentia. cap. 27.

14 An in ente sit aliquis unus conceptus, ad sua inferiora. cap. 29.

Sit

M.C.D. 2018

15 Sit ne conceptus entis præcissus à conceptibus suorum inferiorum. cap.31.
16 An conceptus entis sit disiunctus. cap.33.
17 Qualis sit conceptus entis. cap.34.

QVAESTIONES QVAE de essentia, & existētia explicantur in 2. libro.

1 QVid sint essentia, & existentia lib. 2. cap. 1.
2 Sit ne existētia accidens, uel substātia cap. 2.
3 An existentia sit effectus formæ cap. 4.
4 An existentia conueniat solum toti cōpositō ibidē.
5 Sit ne existētia primus, uel ultimus actus, in eodē ca.
6 Num existentia, sit nobilior quam essentia. cap. 5.
7 An essentia & existentia, reipsa distinguantur. cap. 8. & 9.
8 An inherentia aptitudinalis sit de essentia accidētium. cap. 10.
9 Num in accidentibus detur propria existentia, subiecti, in eodem cap.
10 An unio actualis, sit existentia accidentium. ibidē.
11 Sint ne in accidentibus essentia, & existētia, reipsa distincta, in eodem. cap.

Quæsti. De proprietatibus entis, in communi.

In eodem. 2. lib.

1 Num ens quod est transcendens, & subiectum, unius ueri, & boni, sit illud quod denotat essentiā, uel quod exprimit existentiam. cap. 12.
2 Sub quo numero comprehendantur transcendentia lib, 1, cap. 2.

Numens

M.C.D. 2018

3 Num ens obtineat aliquas proprietas. lib. 2. cap. 13.
4 Sit ne proprietates entis rei, uel demõstrabiles. ibidẽ
5 Qua ratione proprietates entis distinguantur ab illo cap. 15.
6 Num ens prædicetur secundum essentiam de suis proprietatibus, & de ultimis differentijs. lib. 2. cap. 17.
7 Quem ordinem obtineant proprietates entis inter se. lib. 2. cap. 19.

QVAESTIONES DE VNO.

1 NVM unum latius pateat ente. lib. 3. cap. 1.
2 An unũ sit uera, & legitima proprietas entis. cap. 3.
3 Num unum reipsa distinguatur ab ente. cap. 5.
4 An Vnum transcendens, distinguatur ab uno, quod est principium numeri. cap. 7.
5 Quid addat unum numericum, unitati transcendenti, ibidem.
6 Sit ne ratio unius positiua, uel priuatiua. cap. 8
7 Num unum significet indiuisionem, per modum negationis, uel priuationis. cap. 10.
8 Significet ne unum preter negationem diuisionis, negationem idemptitatis. ibidem.
9 An ratio unius sit priuatio diuisionis, uel multitudinis. cap. 11.
20 An unum secundum naturam sit prius multitudine, ut multitudo est, ibidem.
11 Num unum & multitudo opponantur. cap. 13.
12 Quæ sint formæ, & species unius. cap. 15.

Quæ

M.C.D. 2018

13 Quæ ſint proprietates unius. cap.16.

Quæſtiones lib. 4. de veritate.

1 Quæ ſit diffinitio ueritatis. cap.1.
2 Sit ne ueritas adæquatio rerũ cũ intellectu diuino. c.2
3 An uerum ſit proprietas entis. cap.3.
4 Num denotet naturã absolutam, uel potius relatam ibidem.
5 St ne ueritas ens rei, uel rationis. cap.5.
6 An ueritas ſit in rebus, uel in ſolo intellectu. cap. 7.
7 Num ueritas ſit in ſola compoſitione, & diuiſione intellectus. cap.9.
8 Denturne aliquæ enuntiationes aternæ ueritatis. cap.11.
9 An ſit aliqua ueritas creata æterna, cap.ultimo.
10 St ne omnis ueritas immutabilis, ibidem.
11 An ſit tantum unica ueritas, in eodem cap.

Quęſtiones de bonitate, quæ in 5. libro continentur.

1 NVm appetibilitas ſit ratio formalis boni. ca. 1
2 Sit ne bonum proprietas entis. cap.2.
3 An entia rationis ſint bona in eodem cap.
4 Aures Mathematicæ ſint bonæ. cap.3.
5 Num materia prima ſit bona ibidẽ.
6 An non eſſe, ſit appetibile. ibidem.
7 Sit ne relatio bona in eodem loco
8 Num bonum denotet naturã absolutam, uel relatã.
9 Habeant ne bonum rationem finis. cap.6.
10 An creaturæ ſint bonæ ſecnndum eſſentiam. cap.7.
11 Sit ne aßignandæ aliquæ diuiſiones boni, cap. ult.

M.C.D. 2018

Errata ita erunt corrigenda.

QVamuis in hanc vnã curam ſedulò incubuerimus vt hæc diſputatio prodiret caſtigatiſsima, fieri tamen non potuit quin ob incuriam calcographorum, & eorum quorum intererat errata corrigere, non nulla errata diſperſa continerentur: ex quibus illa quæ magis offendere poſſunt lectores, erunt ita corrigenda.

Pagi. 40 li. 27. ſuperuacaneũ, dic ſuperuacaneã. pag. 55. lin. 14. ſentẽtiæ, dic ſcientiæ. pag. 61 lin. 18. neq. cauſſam, dic neq. effectum. pag. 64. lin. 1. cũ, dic eſt. pag. 120. lin. 11. qui conſtituebat, dic conſtituebant. pag. 129. lin. 17. copioſa, dic copioſè. pag. 127. lin. 20 confir. aſſump. dic, præterea confir. prop. pag. 155. lin. 6. ad primum, dic ad primam, lin. 15. ad ſecundum, dic ad ſecundam. pag. 156. lin. notione, dic notiones. lin. 21. ad tertiam, dic ad tertiam. pag. 157. lin. 15. peiorem, dic priorem. lin. 19. ad quartum, dic ad quartam, & in eo, dic in ea, lin. 23. ad primum, dic ad primam. pag 159. lin. 8. ad ſecundũ dic ſecundam. lin 20 ad 3. dic ad tertiam. pag. 177. 1. cont. Gen. dic. 4 cont. Gent pag. 193. lin. 12. ex his membris, dic, ſuis membris. ibidem vbi habetur accidens, debent hæc verba quę de ſunt ſub iungi. At ſi conceptus entis contineretur ſub conceptu abſoluto, contineretur ſub eo ſecundum eſſentiam. pag 200 lin. 18. Caie. q. 1. dic q. 2. pagi. 246 lin. 22. tertia, dic tertium. pag 384. q 6. trac. 24 dic è conuerſo. trac. 6. q 24. lin 14 contrauerſia, dic controuerſia pag. 432. lin. 14. iuſta, dic iuxta lin. 26. rato, dic ratio & qui, dic quia pag. 116 intitulo cap. diſſoluntur, dic. *D*iſſoluuntur, & in non nullis etiam titulis dic idem pag. 532. in titulo euntiationes, dic enuntiationes. Ibidem lin. 23. hautores, dic dic hi auctores. pag. 533. adrent, dic adhęrent. pag. 534. lin. 15. perſpicuus, dic perſpicuis pag. 558. lin. 19 ponti, dic potenti. pag. 587. lin. 1. & hãc, dic vt hanc. pag. 519. lin. vlt. qua eadẽ, dic quæ.

FINIS.

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

M.C.D. 2018

Universitat de València
Biblioteca Històrica
Z-13
147

METAPHY-
SICA DISPVTATIO, DE ENTE, ET EIVS PROPRIE-TATIBVS, QVAE COM-muni nomine inscribitur de Tran-scendētibus, in quinque libros

Auctor [illegible] entino

Ad Illu[illegible] banné

Vale[illegible] 87.

Expensis Balthasaris Simonis bibliopolæ, apud quem extant exemplaria.

Ex bibliotecha Antonij Ioannis Andrei Auctoris dono

M.C.D. 2018